IHS MA

APPARATVS EVANGELICVS, QVO EA DISQVIRVNTVR, ET ILLVSTRANTVR,


QVÆ DE EVANGELIO, ET EVANGELISTIS TAM VNIVERSE, QVAM SIGILLATIM POSSVNT DISPVTARI.

LEX VETVS

LEX NOVA

Authore R. P. Joanne de la Haye Seruiis Societatis IESV Theologo.

DVACI.
EX TYPOGRAPHEIO LAVRENTII KELLAMI.
1611.



REVERENDO
ADMODVM PATRI IN CHRISTO,
AC DOMINO AMPLISSIMO,
D. ROBERTO D'OSTELART
ABBATI CAMBRONENSI.



PAVLATIM iam in præſentis vitæ occaſum prolabitur ætas veſtra, Præſul admodum R^de Sed tamē, quod mirum recreat, in ortum longè protendit felicioris, in qua ſub ſignis B Bernardi, ſub quibus in præſenti militaſti, donatiuum pro tota recipias æternitate. Ita videlicet pro regulari obſeruantia labores ſuſcepti omnino ſpondent. Quis enim in patriç noſtræ territorio vniuerſo ita longè, lateque ſplendorem religioſum diffudit, vt Cambronenſis Antiſtes? Quid dico territorio noſtro? Quis nobis, abſit verbo inuidia; in orbe vniuerſo familiam deſignet D Bernardi, in qua, tanto ſint, vt apud vos, numero religioſi? tanta doctrina inſtructi Fratres? tanta pietatis diſciplina? Tuorum doctrinam, prudentia veſtra excitauit, dum nullis pepercit impendijs in vniuerſitate, ſuis liberaliter educandis: & quo cura illa ſtaret firmius, prouidit fundatis Duaci regio in Seminario Burſis, ne filijs ſuis, & venturis olim nepotibus, inter Theologos deeſſet locus, & ne ipſi, loco deeſſent religioſi; vt ſacrarum inde littera-

rum succum perpetuò hauriant, quo & ipsi in pietate colenda vtantur, & porro etiam in alios semper deriuent. Pietatem quoque ac religiosæ disciplinæ gratissimum odorem domi tuæ ita excitasti, ac roborasti, vt æuum ferre verisimiliter possit. Siquidem ea semper fuit morum vestrorum comitas, ea regendi alios modesta suauitas, vt Parentem hac in re D. Bernardum, quibusdam quasi proprijs videare lineamentis expressisse; non dominatu in cleris; sed forma factus gregis, in spiritu clementiæ, & lenitatis. Talesque superiores alios esse voluisti, qualem ijs te tuis moribus exhibuisti. Regunt videlicet apud vos sine aculeo apes, sua ad aluearia peruigiles: & quis non fratrum religiosorum, hîc tam suauibus Adæ vinculis, deduci se patiatur in omnium virtutum honestamenta? Inde videlicet factum, vt doctis, prudentibus, pijs, ac bona excultis disciplina religiosis ita abunderis, vt inde ad loca alia coloniæ optimorum Præsulum deduci facilè possint: & ex voto bonorum deducentur, quando latentia illa sub modio luminaria, palam in candelabris incipient collocari. Hæcque potissima sunt, Amplissime Antistes, quæ me permouerunt, vt cùm Apparatum Euangelicum essem euulgaturus, sub nominis vestri claritudine prodire voluerim. Quibus priuatę etiam accedunt rationes; vtrique videlicet nostrum communis patria, quæ non abs re in multorum animis potest multum: etiam familiaritas non vulgata; obsequia parentis mei in D. V. & Prælatos antecessores; quibus omnibus vtinã & hic Apparatus Euangelicus aliquid noui ponderis afferat, pręparet, inquã, fratribus ad persequendam vitæ suæ perfectionem, momentũ aliquod, apparet & vobis audiendi desideriũ illud

ex Euan-

ex Euangelio: *Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* quod ex animo amplissimæ D. V. opto, voueoque, vbi ætate, & meritis plena matura omnino fuerit æternitati. Stent interim in gradu magnarum actionum firma consilia, nec aduerso moueantur impetu. Ardua sapere, ardua decet peragere capaces æternitatis animos. Vale admodum R^{de.} Domine Prælate, mihi, vt soles, beneuolus, vtilis tuis, & Ecclesiæ Dei. Duaci 8. Iulij. 1611.

V. R. indignus in Christo seruus
IOANNES de la HAYE SERVIVS.



IN

APPARATVM EVANGELICVM

R^DI. PATRIS IOANNIS SERVII.

VNDE hæc malorum Gargara Belgio,
Sinúque mundi quadrifido ſedent?
Vnde impiato dira faſtu
Hæreſis imperium propagat?
Lerna hoc malorum protulit omnium.
Quæ fronte ferreâ, pectore plumbeo
PROTERVITAS *illoto oberrat*
Templa pede, aſtriferáſque ſedes.
Mulctralia inter voluere myſticas
Non erubeſcit fœmina paginas:
Inter colum, fuſúmque, & inter
Iam legitur calathos PROPHETA;
Ille, ille, Pathmi qui latebras colens,
Solus reuolui vidit ahenea
Cæli volumina, & Deorum
Fata oculis bibit, auribúſque.
O quàm profundè Democriti in puteo
Immerſa! quantùm diſſita mentibus
Eſt veritas noſtris! ſub huius
Quæ latitat folijs Sibyllæ.
Auiſque rara eſt: rarior albulo
Coruo, nigello rarior eſt auis
Cygno, cui non ceſpitarit
Hic animus, neque lapſa mens eſt.

Maleominatam Pieridum alitem
Fugate, Diui; deuolet impigris
Spes alma pennis, & benignè
Πάντα καλῶς *moduletur* ἔσαι.
En fila præbet Dædala SERVIVS,
Quæ Pallas olli conglomerat sacra;
Fila aurea, aureóque Phryxi à
Vellere, de Superûm officinâ.
Quicúnque cæcas Historiæ vias
Inis sacratæ, corripe sedulus
Hæc fila: nusquam deuiabis:
Fila vias animata narrant.
Perge, eia! textus per Labyrinthicos.
Procul periclum: nunc dubio procul
Prognata partu bellua, Orci
Hæresis in stabulum refugit.
Fallor. resistit: victima sed tuo
Futura ferro. feruidus emica.
Hic præliari te docebit
Tela liber generosa cudens.
Quantis senectus fructibus vberat,
Magni senectus viuida SERVII,
Non languido torpens veterno;
Sed vegetos acuens lacertos!
Nullum hîc sacellum Murcea iactitet:
Sua hîc Labori sunt penetralia:
Virtutis & sacrarium hic est:
Hic adytum Mariæ, Deóque.
Vtríque notum est, veriùs, Indiæ,
Hæc me Camœnâ pangere Apollinis:

Cuius fenestratæ æstuanti
Auriculæ studio vaporant,
Tuis triumphum dum auspicijs legit
Celsâ in QVADRIGA *ducere* VERITAS
Quem gaudet, orbe gratulante,
Atque tuæ faciente laudi.
Dum cernit, vnus dura QVATERNIO
Pugnata vt olim prælia molliat.
Nec iam procacis pullulare
Semina dissidij pauescit.
Eia! &ia! sertis blanda recentibus
Vincite amœnum Gaudia verticem.
Sparge, Inde, flores, sparge odoros,
Et medicos iaculare succos.
Nouo vt virore, & floribus vt nouis
Herbescat acri canicies Seni.
Vernet senecta, frondeátque
Nestoreos viridis per annos.
Quicúnque dium nunc adytum cupis
Euangelíque per penetralia
Obambulare, clauis isto
Aurea porrigitur libello.

N. S. S. I.



IN APPARATVM EVANGELICVM R. P.

Ioannis de la Haye Seruij,

candido Lectori

Elegiacum programma.

NOnne oleum ſubolent hæc ſcripta, & mordicus vngues
Prærofos,& opes hinc ſtudij,hinc ſenij?
Quæ vigilauit opus tam Mercuriale lucerna,
Quæcúmque illa fuit, docta lucerna fuit.
Appello criticos pluteos, acrémque ſaliuam,
Si non hîc Sophię prima medulla ſapit.
Si non doctrinę penus, & promptuaria cella,
Et fax ingenij, iudiciíque Pharos.
O ſi Rupellę quę ſtertit vipera nido,
Aut quę Gebennę ſibilat hydra lacu,
Hunc ſemel in librum ſeſe penetraret! abirent
Quam citò de penitis toxica cruda fibris!
Huc ades, Hęretice, ex ſcripturę incude, meróque
Ex Euangelio, qui tibi tela facis;
Huc ades; at rabidos prius ô! prius exſpue dentes,
Exue morſuro, quem geris ore, canem:

Mendica

Mendica hinc lumen, lege, perlege: si modò iustæ
Momentum ad trutinæ sensa vocare velis;
Sum stipes; nisi continuò bene dogma recantas,
Inuertisque tuæ lintea perfidiæ.
Non vis. Nempe vides serpens Epidaurius; Argum
Te credis cinctum sole, merumque oculum.
O Argum talpam! quid te quid caecius vsquam?
I bubo, i, tenebris noctua plaude tuis.
At tibi, qui ludo doctus meliore, malorum
Hanc Lernam exhorres, hæc aconita fugis,
Qui poscis fideique fauum diuûmque sapores:
Huc pleno turgens impete orexis eat.
Si non ad stomachum faciunt hæc Seruia mella;
Sat scio, tota simul nil faciet Sophia.

PETRVS PENNEQVIN *Societatis JESV Humanitatis Professor in Colleg. Aquicinctino eiusdem Societatis.*

ΕΙΣ ΠΑΡΑΣΚΕΥΗΝ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΝ ΑΙΔΕΣΙΜΟΥ Π. ΙΩΑΝΝΟΥ
ΣΕΡΒΙΟΥ ΕΚ ΤΗΣ ΕΤΑΙΡΙΑΣ
τῆς Ἰησοῦ Θεολόγου.

Μή τινα θεσπεσίης διδαχῆς ἐπ' ἀπείρονα πόντον
    Ἁρπάξασα νόου τῆλε θύελλα φέροι·
Μή τις ἀταρποιο γραφικῆς ἀλαωπὸς ὁδίτης
    Ἐμπλάζοιτο μάτην, οὐδένα πομπὸν ἔχων·
Μή τιν' ἀλαισι Γραφῆς τετράορον ἅρμα πελάζοι
    Κύμβαχον, ἡνιόχου μὴ προμαθόντα νόμον·
Πουλύπλοκός τε νόου τὸν μὴ λαβύρινθος ἐνίσχοι,
    Ὑψιφανῆ ποτ' ἄγων ἄνδρα μετ' ἀμπλακίην·
Βίβλος ἰδ' ἔνθα μι', ἣν πολιὴ πολυΐδρις ἔτικτε,
    Πηδάλιον, πομπὸν, ἡνία, νῆμα πορεῖ.

IDEM E GRÆCO LATINVM.

NE quem doctrinę cælestis in æquore raptum
    Longiùs arbitrij cæca procella ferat;
Neu graphico veri de tramite cęcus aberret
    Erro, vię nullum questus habere ducem;
Neu legis quadriga sacræ per deuia voluat
    Pręcipitem, aurigæ ni sciat antè modum;
Neu temerè mentem labyrinthius impliceterror,
    Seróq; perspectum ducat in exitium;
En, quem canities peperit multiscia, codex
    Clauum, ductorem, fræna, glomúmq; dedit.

Adamus Walteri. *Ling. Græc. Professor in eodem*
Aquicinct. Colleg. Societatis IESV.



Franciſcus Flerontinus Soc^tis IESV per Belgium Præpoſitus Prouincialis: L. S.

EGO *Franciſcus Flerontinus Soc^tis. IESV per Belgium Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad hoc mihi facta à Reu^do. admodum P. N. Claudio Aquauiua eiuſdem Soc^tis. Generali Præpoſito, facultatem concedo, vt Euangelicus Apparatus à P. Ioanne de la Haye Seruio Soc^tis. noſtræ Theologo compoſitus, ac grauium Theologorum eiuſdem Soc^tis. iudicio examinatus, & approbatus, typis euulgetur, in cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Duaci. Anno Domini 1610. 22. Octobris.*

Franſciſcus Flerontinus.

HVNC laborioſum, authore R. & pereruditо P. Ioanne de la Haye Seruio, Euangelicum apparatum, quo non tantum ea exponuntur, quæ Euangelio, ac Euangeliſtis communia ſunt, ſed etiam quæ ſingulorum propria, eaque multiplicia; propter variam, quæ lectoribus inde ventura ſit, vtilitatem, prælo committendam cenſuimus. Duaci, 28. Iunii. 1611.

Bartholomæus Petrus S. Theolog. Doct. & in vniu. Duacenſi Prof.

APPARATVS EVANGELICVS, QVO EA DISQVIRVNTVR, ET ILLVSTRANTVR,

Quæ de Euangelio, & Euangeliſtis tam vniuerſè, quàm ſigillatim poſſunt diſputari.

Apparationis huius Promiſsio.

CAPVT I.



VONIAM, Domino noſtro IESV CHRISTO propitio, enarrationem, explicationemque nonnullam totius Euangelicæ hiſtoriæ, ſcripto nobis à quatuor ſanctis Euangeliſtis propoſitæ aggreſſi ſumus; initio planè dicendum nobis aliquid in laudem ſanctiſſimi Euangelij, de eius præſtantia, dignitate, excellentia, & auctoritate videtur. Nemo quidem illud laudare pro rei dignitate ſufficit; nonnihil tamen, ſi non vt res ipſa merĕtur, ſaltem vt virium noſtrarum exiguitas feret, conabimur.

2. Porro in declaranda Euangelij dignitate, ea primo loco adducemus, quæ ſic Euangelio conueniunt, vt ei cum reliquis omnibus ſacris voluminibus cōmunia ſint. Deinde illa, quę Euangelio ſic propria ſunt, vt à veteri teſtamento nouum diſtinguant. Præterea quæ nullis omnino diuinis codicibus, niſi duntaxat Euangelio, poſſunt applicari. Ex ijs enim quę Euangelio partim cōmunia ſunt cum libris alijs canonicis; partim verò propria, quanta ſit eius dignitas, manifeſtum euadit. Ordo tractandorum in hoc apparatu.

3. Interim verò quę ſingulis Euangeliſtis propria ſunt, & in quibus ab inuicem diſtinguantur explicare non omittam: quin etiam illa, quæ de quatuor Euangeliſtis in genere diſputari ſolent, qualia ſunt, quid Euangelij, & Euangeliſtæ vocabulum importet; quanta ſit Euangeliſtarum

 aucto-

ctoritas, & vnde eam habeant; quo tempore scripserint; vbi; quâ linguâ; & quo consilio; & quare nec plures sint Euangelistæ, nec pauciores quàm quatuor, exponam. Postremò quæ de sanctis ipsis Euangelistis à scriptoribus memoriæ prodita sunt, in medium, fauentibus superis, adferam.

De Sancti Euangelij primo, & principali auctore.

Capvt 2.

SACROSANCTVM Euangelium, atque adeo scripturam omnem diuinam, maximæ esse dignitatis, & auctoritatis, adeò perspicuum, & apud omnes in confesso est, vt ipse diuus Augustinus libro 12. de ciuitate Dei cap. 9. testetur fidem sanctæ scripturæ, mirabilem auctoritatem, non immeritò in orbe terrarum, atque in omnibus gentibus obtinuisse: & libro 6. confess. cap. 5. dicat libros diuinos magnâ, in omnibus ferè gentibus, auctoritate à Deo fundatos esse, scripturamque eandem summo apice auctoritatis eminere. & libro 13. cap. 15. diuina (inquit) scriptura sublimioris est auctoritatis, & lib. 1. de libero arbitrio cap. 3. libri (inquit) sacri diuinâ auctoritate præcellunt. Et lib. 11. de ciuitate Dei cap. 3. scripturam canonicam, cui fidem habemus, eminentissimæ esse auctoritatis asserit. epist. 8. sacram scripturam vocat magnum auctoritatis fastigium. Primo quoque lib. de sermone Domini in monte, cap. 22. scripturæ diuinæ & culmen auctoritatis deferendum, & tantæ auctoritati, velut Patris testamento, exhibendam esse beneuolentiam, & reuerentiam profitetur.

August.

2. Ecce quanta sit, ipsius etiam Augustini testimonio diuinarum litterarum auctoritas. Tanta profectò est, vt Apostolus Paulus illis potiùs quam Angelis sanctis credendū asserat. Et S. Petrus illas ipso sensus experimento firmiores esse testetur. Neq; tem à proposito alienā me facturum existimo, si Iosephi de scripturæ sacræ auctoritate testimonium, quod ex eodem refert Euseb. lib. 3. hist. cap. 9. superioribus adiecero: quantum (inquit) fidei, & auctoritatis nostræ scripturæ libris tribuamus, re ipsa satis perspicuum est. Nam tanto & tam diuturno æui curriculo decurso, nemo illis vel addere, vel adimere, vel quidquam denique in eisdem commutare ausus est. Imo quod rata Dei præcepta, decretáque sint, pro certo existimare; iisdemque firmè adhærescere, & pro illis, si opus sit, vitam libenter profundere non dubitare, omnium Iudæorum animis statim ab ineunte ætate, quasi insitum & innatum est. Hæc ex Iosepho Eusebius.

Gal. 1. v. 8.
2. Pet. 1. v. 19.
Iose. Euseb.

3. Itaque sacri omnes scriptores tantam suo modò habent auctoritatem, quantam habet ipse Spiritus Sanctus, cuius in scribendo amanuenses tantùm fuerunt. Nec enim litteræ nostræ auctoritatem habent, quia à seruo scriptæ: sed quia à nobis datæ sunt. Cum ergò omnes scriptores sacri tantam habeant

Habet ista Iosephus paulò post initium l. 1.

habeant auctoritatem, quantam possunt habere maximam; tamen quatuor Euangelistæ, si maximâ maior esse potest, maiorem habent maximâ. Nullus enim est Christianus, quin ductu quodam religionis, cum omnibus sacris auctoribus quantùm potest tribuat, quatuor Euangelistis plusquàm alijs tribuere videatur; non solùm quia ij dicta ipsa, factaque Christi commemorant, adeò vt cum eos legimus, Christum ipsum intueri, audireque videamur, sicut Basilius (homil, 16. in illud Euangelij secundum Ioannem, *In principio erat verbum*) adnotauit; sed etiam quia Euangelia finis sunt veterum scripturarum, fons nouarum, & omnium primitiæ, vt Origenes tom. 1. in Ioannem vocat: & quia eadem à quatuor testibus dicta sunt. Ideoque omnem Euangeliorum vocem reliquis omnibus Sancti Spiritus præceptis, eminentiorem esse, Diuus Basil. eâdem hom. 16. scribere non est veritus. Et S. Augustinus inter omnes diuinas auctoritates, quæ sanctis litteris continentur, Euangelium meritò excellere, cap. 1. lib. 1. de cons. Euang. palam agnoscit: & libri 2. cap. 21. & libri 3. cap 13. habet quòd Deus Euangelistas in Ecclesiæ fastigio, tanto auctoritatis culmine sublimanit.

contra ApPio.

Euangelistarum auctoritas quanta sit.

Basil.

Orige.

Basil.

Auguft.

4. Deinceps verò vnde hæc illi dignitas auctoritatis proueniat, considerandum. Sanè prima Euangelij præstantia, dignitas, excellentia, & auctoritas est à primo, principali, & immediato eius auctore, & conditore, qui est Dominus Deus; sicut & omnium aliorum librorum sacrorum, vt ex Concilio Trid. ses. 4. in quâ decernitur vtriusque testamenti, veteris scilicet, ac noui, vnum Deum auctorem esse, & ex Florentino concilio, quod vnum, atque eundem Deum veteris, ac noui testamenti, hoc est, legis & prophetarum, atque Euangelij profitetur auctorem, perspicuum est. Hinc libro 11. de ciuit. Dei cap. 3. Deum affirmat Aug. etiam scripturam, quæ canonica nominatur, primò quidem per prophetas, secundò per seipsum, tertiò per Apostolos condidisse: & conc. 2. de secundâ parte Psal. 90. scripturas canonicas docet esse litteras, quæ de illa ciuitate, vnde peregrinamur, nobis venerunt. Idem habetur sermone 56. ad fratres in Eremo apud eundem. & Gregorius Papa lib. 4. epist. cap. 84. Quid est (inquit) scriptura sacra, nisi quædam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam? & cap. 1. præfat. in expositionem Beati Iob, dicit fideliter credi spiritum Sanctum libri canonici auctorem esse, & scripsisse, & scribenda dictasse. & Hilar. in psal. 137. versic. *Confitebor nomini tuo &c.* eundem esse Deum legis, & Euangelij, docet ex illo Exod. 3. & Mathæi 22. *Ego sum Deus, Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob &c.* & Ireneus lib. 4. cap. 22. concedit nouum testamentum veteri longè præstantius esse; vt lumen maius, minori; aqua copiosior minùs abundanti; & potior gratia superat exiguam; hoc tamen non efficere vt alius, & alius sit Deus vtriusque conditor vt Marcionitæ, alijque Gnostici confingebant.

Trid.

Flor.

Auguft.

Greg.

Hil. *v. 6.* *Exo. 3.* *Mat. 22.* *v. 32.* *Iren.*

5. Per hoc autem doctrina, seu lex Euangelica, ab omnibus alijs scientijs, & scripturis non sacris discernitur; vt à Philosophiâ, Iure, Medicinâ, & reli-

Euangeliū à quibus

auctore distinguatur. & reliquis. Benè ergo dictum est ab Aug. lib. 11. de ciuit. Dei. cap. 1. in
August. hæc verba; Scriptura sacra non fortuitis motibus animorum, sed planè
summæ dispositione prouidentiæ super omnes omnium gentium litteras,
» omnia sibi genera ingeniorum humanorum, diuina excellens auctoritate
» subiecit. & lib. 11. contra Faustum cap. 5. Distincta est, inquit, ab aliorum
» libris excellentia Canonicæ auctoritatis veteris, & noui testamenti; quæ A-
» postolorum confirmata temporibus per successiones Episcoporum, & pro-
» pagationes Ecclesiarum, tanquam in sede quadam sublimiter constituta est:
» cui seruiat omnis fidelis, & pius intellectus. Aliorum opuscula nullo modo
» illi sacratissimæ canonicarum scripturarum excellentiæ coæquantur. Et si
» in illis sit veritas, longè tamen impar est auctoritas.

Euangelij auctorem esse Deum qui negêt. Gelas. Euangelia qui falsarint. Euangelia qui reijciãt. Manichæi. August.

6. Qui Euangelium aut alium quemuis librum canonicum roserunt, corruperunt, vel etiam reiecerunt, ac omnino negarunt, Deum eius esse auctorem, credidisse non videntur. Si enim hoc sibi persuasissent, illud sanè nec rosissent, nec reiecissent. Euangelia autem falsauit Lucianus quidam, & Hesychius, quemadmodum habetur in decreto Gelasij Papæ dist. 15. cap. sancta Romana. Manichæi libros Euangeliorum ferè in vniuersum repudiabant; eosque non ab Apostolis; sed a quibusdam impostoribus, qui falsa veris admiscuissent conscriptos esse arbitrabantur. Testatum id facit Aug. lib. 16. contra Faust. cap. 2. lib. 17. cap. 1. 4. lib. 32. cap. 2. lib. 33. cap. 3. & sæpè alibi. Alij quidam etsi fateantur Euangelia scripta fuisse, ab Apostolis; non tamen illa recipiunt, eo quod cum veritate ea pugnare contendant: vt notauit Aug. lib. 2. retract. cap. 16. Hos autem Ethnicos fuisse puto; quibus annumerari debet Iulianus ex sententia Cyrilli lib. 10. contra Iulianum. & Mahumetes, si Ioanni Damasceno lib. de hæresibus credimus. Cerdon recipiebat solùm diui Lucæ euangelium: nec tamen totum: alia tria planè reijciebat. Hoc enim de illo refert Tertullianus lib. de præscript. aduersus hæreticos cap. 21. Hunc Cerdonis errorem postea Marcion suscepit, eiusdem Cerdonis discipulus teste Ireneo. lib. 1. aduersus hæreses, cap. 29. & lib. 3. cap. 11. & 14. Tertullian. lib. 1. aduersus Marcionem. dicit enim Euangelia corrosisse: & lib. 4. cap. 2. dicit quòd Marcion videatur Lucam elegisse quem cæderet. Epiphan. hæresi. 42. clarissimè dicit Marcionem non nisi Euangelium Lucæ illudque corruptum recipere. Philast. cap. 45. Origenes hom. 20. in Lucam, testatur hæreticos nonnullos recipere Euangelium secundum Lucam, & quæ in eo scripta sunt contemnere; & 1. dialogo contra Marcionistas indicat eos Lucæ tantùm Euangelium recipere: Chrysost. etiam in cap. 1. epist. ad Gal. Habet Marcionistas recipere vnicum Euangelistam, eumque corruptum; Cerinthus ex quatuor Euangelijs, illud solum quod secundum Matthæum est, reliqua tria contemnens, recepit, vt habet Philast. lib. de hæres. c. 36. Verum Aug. nec cap. 8. lib. de hæres. vbi de Cerintho agit, nec alibi hoc Cerintho adscribit. Iren. lib. 1. aduersus hæres. cap. 26. & lib. 3. cap. 11. Ebioni hunc errorem tribuit. at Philastius, ait Ebionem Cerinthi fuisse discipulum; omniaque

August. Cyril. Damas. Ethnici. Iulianus. Mahumetes. Cerdon. Qui Lucam solùm recipiunt. Marcion. Tert. Iren. Tert. Phil. Orig. Chrysost. Qui solum Matthæum recipiant. Cerinthus. Phila.

omniaque Cerintho, quæ Ireneus Ebioni adſcribit. Euſeb. lib. 3. hiſt. cap. 21. refert Ebioneos Euangelio ſolo, quod ſecundum Hebræos dicitur, fuiſſe vſos; cæteraque Euangelia non magno æſtimaſſe. Vtebantur quidem Ebionej Euangelio, ſed quod ab ipſis deprauatum, & mutilatum fuerat, vt docet Epiphan. hæreſi 30. Itaque abuſi potius ſunt Euangelio Matthæi, quàm vſi, Cerinthus, & Ebion; ſicut & Nazaræi, & Merinthus, & Carpocras, vt habet Epiphan. hæreſi 28. & 42. & alij Patres iàm citati. *Auguſt.* *Iren.* Ebion. *Euſeb.* Nazaræi. Merinthus. Carpocras. *Epiph.*

7. Alogi, ſeu Alogiani tres Euangeliſtas, Matthæum, Lucam, & Marcum, recipiunt; Ioannem verò tanquam alijs contrarium, repudiant; ſcripſit hoc Epiph. hæreſ. 51. & 54. Aug. hæreſ. 30. Iren. lib. 3. c. 11. & Philaſt. c. 60. Nonnulli quoque Marci tantùm Euangelio vſi ſunt; teſte Iren. l. 3. cap. 11. ſed eos non nominat. Valentiniani Ioannis Euangelium, & quidem ſolum, ex veris quatuor, agnoſcebant, ſicut tradit Ireneus lib. 3. cap. 11. Verùm hi omnes errores, ab Eccleſia damnati ſunt; ſuaque ſemper Euangelio integra remanſit auctoritas. De his autem pluribus agere; quique alios ex libris canonicis repudiauerint, explicare; nec huius loci eſt, nec ad præſens inſtitutum pertinet. Hoc tantùm hîc adnotabo, quod monet Aug. lib. 6. confeſ. cap. 5. eos qui dicunt, vnde ſcis illos libros, vnius veri, & veraciſſimi Dei ſpiritu eſſe humano generi miniſtratos? minimè audiendos eſſe: Idipſum enim maximè credendum eſt. Satis notum eſt Hæreticos, ſemper pro arbitrio ſuo ſcripturas admiſiſſe, aut reieciſſe. Alogi. Qui Marcũ tantùm admittant. *Auguſt.*

De Euangelij lumine, ac reuelatione.

CAPVT 3.

ALTERA Euangelij excellentia, & prærogatiua à lumine, & reuelatione petita eſt. Traditum enim eſt, & acceptum, ſeu cognitum, non humano more, ſed diuinitus, Spiritus Sancti afflatu, inſtinctu, & dictamine, ſeu per diuinum quoddam lumen, & ſupernaturale, ac per occultam, & immediatam Spiritus Sancti reuelationem. Quia diuinitus reuelatum eſt, vt habet Damia. ſer. de S. Matthæo, ſecundum illud Ioannis 14. *Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quacunque dixero vobis.* & Ioan. 16. *Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Hinc illud Apoſtoli: *Notum vobis facio Euangelium, quod Euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: ſed per reuelationem* IESV *Chriſti.* Hinc etiam illa Chriſti aſſertio: *Beatus es Simon Bar-Iona; quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi: ſed Pater meus, qui in cælis eſt.* Id quoque volunt illa verba Ezech. *Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur.* Et illa Michææ: *Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum: & mendacium potius loquerer,* vt Hieron. in eum locum annotauit. Secunda Euangelij dignitas. *Ioan. 14. v. 26. Ioan. 16. v. 13. Gal. 1. v. 11 Mat. 16. v. 17. Ezech. 1. v. 12. Michae. 2. v. 11. Hiero.*

 2. Ex

2. Ex hac etiam parte, non est maior Euangelij auctoritas quàm aliarum scripturarum canonicarum: sed eadem. Quia vtrumque testamentum, mediante eodem lumine, datum est, & acceptum. Florentinum enim conc. profitetur eodem spiritu inspirante, vtriusque testamenti sanctos scriptores esse locutos. Eundemque Deum in veteri testamento per Prophetas locutum esse, qui per Filium in nouo, testatur Apostolus cum ait: *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio.* Ideoque Sanctus Aug. lib. 3. de cons. Euang. cap. 7. dicit sacrorum scriptorum mentes secretiore Dei prouidentiæ consilio gubernatas fuisse, illosque omnes vno spiritu locutos esse, & per eos spiritum sanctum, quæcunque ab eis scripta sunt, dixisse. & cap. 13. addit, eis, quo loco hoc aut illud ponendum esset, diuina inspiratione suggestum esse; Deumque eorum mentes, & recordationes gubernauisse. & lib. 18. ciuit. cap. 41. ait Deum per sacros scriptores locutum esse, & quæ in ipsis dicta, vel prohibita sunt, hæc non ora humana, sed oracula diuina fudisse. Diuus quoque Ambros. ep. 63. docet eosdem scripsisse secundùm gratiam, quæ super omnem artem est. Scripserunt enim quæ spiritus ijs loqui dabat, iuxta promissionem illam Dei ad Moysen: *Vade, ego aperiam os tuum & instruam te quid debeas loqui.*

Con. flo. *Heb.* 1. *v.* 1. *August.* *Ambros.* *Exod.* 4. *v.* 12.

3. Quemadmodum verò idem vbique loquitur; sic etiam idem est lumen; vt aperrè dicit Petrus: *Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia: sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.*

2. *Pet.* 1. *v.* 31.

Reuelatio est multiplex.

4. Porrò notandum est, quod reuelatio nihil aliud sit, quàm diuinæ quædam impressio scientiæ; & quòd Spiritus Sanctus veritatem dupliciter reuelet; vno quidem modo, cum homo facit quod in se est, & quod potest, possibilem sibi diligentiam, pro veritatis cognitione, adhibendo; scripturas, & doctores sedulè examinando, & conferendo: ac seriò diuinum auxilium orationibus implorando. Eiusmodi reuelatio est, non solùm in concilijs; sed etiam in sanctis doctoribus. Nam concilium Nicenum 2. act. 3. constitutiones synodorum, etiam localium, & non tantùm vniuersalium, diuinitus inspiratas fatetur. Tamen credere non tenemur etiam sanctos homines per spiritus sancti reuelationem esse locutos, nisi cum omnes, aut valdè multi, in re fidei, vel morum generatim conueniunt: vt fit in Conciliorum, atque Pontificium decretis.

Nic.

5. Altero modo, sine vlla externa consultatione, de quo dicitur: *Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa horâ quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Sic Deus Prophetis, Apostolis, Euangelistis, scriptoribusque sacris omnibus, quæ ab eis Ecclesiæ tradita sunt, reuelauit. Modus prior humanus dicitur: posterior verò diuinus. Hæc distinctio sumitur ex Aug. lib. 18. de ciuit. cap. 38. vbi doctores ait alia sicut homines historicâ diligentiâ: alia sicut prophetas inspiratione diuina scribere potuisse. Atque hæc ita fuisse distincta, vt illa tanquam ipsis ista

Mat. 10. *v.* 19. *August.*

ista verò tanquam Deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda: » illaque pertinerent ad vbertatem cognitionis; hæc ad religionis auctoritatem: sic Aug. »

6. Rursum posterioris modi reuelationis duo sunt genera; vnum quod fit priuatæ tantum personæ: vt Sanctæ Brigittæ, Sanctæ Lidunnæ & similibus multis. Alterum quod fit personæ publicæ, hoc est, ob publicam vtilitatem & commodum. Talis est reuelatio Euangelij, atque adeò omnis sacræ scripturæ, nimirum publica. Fides enim Christiana innititur tantum reuelationi, Prophetis, Apostolis, & canonicorum librorum scriptoribus factæ: non reuelationi, quæ alijs etiam doctoribus, contigit. Sic D. Thomas 1. quæst. 1. art. 8. ad 2. vtramque autem hanc & communem, & priuatam reuelationem varijs iterum modis fieri contingit: primò per Angelos visibiliter, corporaliter, & in vigilia; vt B. Virgini, Zachariæ, pastoribus, Agar, Abrahæ Gen. 19. Iacob Gen. 32. Moysi, Gedeoni. Iudic. 6. Manue Iudic. 13. Dauidi 1. paral. 21. & aliàs sepè. Secundo, per vocem in aëre formatam: vt Samueli 1. reg. 3. Tertiò per imaginationem, vt Isaiæ, Ezechieli, Danieli, Iacob, Ioseph sponso Virginis, & alijs. Quartò, per illuminationem quandam intellectus; sicut Apostoli in transfiguratione ad cognoscendum Moysen, & Eliam illuminabantur, Mathæi 17. Quintò per filium Dei, ad Heb. 1.

Thom. *Luc.* 1. 2. *Gen.* 16. 21. *Gen.* 19. 32. *Exo.* 3. *Iud.* 13. 1. *par.* 21. 1. *Reg.* 3. *Mat.* 17. *Heb.* 1. *v.* 2.

7. Per hoc autem distinguitur Euangelium ab omnibus scientijs ac doctrinis non diuinis, & scripturis non sacris, & canonicis. Longè enim aliter inspirauit Deus scripturam sacram, quàm reliquas veritates, quæ à concilijs, Pontificibus, sanctisque patribus traditæ sunt. Eorum enim quæ in concilijs, decretis Pontificum, & Patrum scriptis continentur, ipsi homines (quamuis non nisi Deo mouente, & auxiliante) sunt auctores: at verò scripturæ omnes canonicæ à Deo immediatè sunt; ita quòd ipse Deus per seipsum immediatè sit sacræ scripturæ auctor; ipsi verò scriptores sacri, tantùm sint Dei, ac spiritus sancti amanuenses, calami, ac instrumenta, secundùm illud: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Nam quæcunque nobis à scriptoribus sacris tradita sunt, ea ipsi à Deo immediatè acceperunt. Et hoc est quod docet Apostolus cum ait: *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè locutus est nobis in Filio*, Et Petrus dicens: *Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines*. Et Zacharias: *Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum eius*. Et Dauid: *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam*. Vnde Petrus ait *Spiritum Sanctum per os Dauidis scripturam prædixisse*: Et Paulus *Edicit omnem scripturam diuinitus inspiratam esse*. Quin & ipse Deus Prophetæ suo dicens. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*: Intelligi voluit ipsos prophetas dum iustos à peccatoribus docendo secernunt, esse quasi os Domini. Hinc Diuus Gregorius præfatione in expositionem Iob, cap. 1. dicit spiritum sanctum operis canonici inspiratorem extitisse: scriptorem verò ipsum non fuisse eius auctorem; sed calamum

Psa. 44. *v.* 2. *Heb.* 1. *v.* 1. 2. *Pet.* 1. *v.* 31. *Luc.* 1. *v.* 70. 2. *Reg.* 23. *v.* 2. *Act.* 1. *v.* 16. 2. *Tim.* 3. *v.* 16. *Iere.* 15. *v.* 19. *Gregor.*

duntaxat,

duntaxat, quo scriptum est opus: & cap. 2. scriptores sacri eloquij fatetur impulsu Sancti Spiritus agitari, super se trahi, & quasi extra semetipsos fieri, ac in illis Deum ipsum loqui; secundum illud Apostoli. *An experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus?* Quemadmodum enim Rex aliquando per se immediatè litteras scribit, & dictat, aliquando per alium scribi iubet; ita etiam Deus in hisce reuelationibus se habet.

2. Cor. 13. v. 3.

8. Hoc igitur est vnum inter sacram scripturam, & decreta conciliorum, seu Pontificum discrimen; quòd illa sit immediata Spiritus Sancti reuelatio: hæc verò sint quidem eiusdem Spiritus Sancti reuelationes; sed mediatæ: quoniam ex immediatis educuntur, & eas explicant. Ipsi quidem scriptores sacri, diuinas aliquando scripturas, tametsi rarius quàm alij patres, in medium adducunt, quibus doctrinam suam confirment: Inde tamen non efficitur, eos à spiritu sancto immediatè non moueri. Id enim tùm propter eos, quorum gratia scribunt; tùm etiam ad concordiam scripturarum ostendendam faciunt: etiamsi ad doctrinæ suæ confirmationem, hoc minimè sit necessarium. At verò Patres ex scripturis à se allegatis, veritatem colligunt, & cognoscunt. Eas ergo aliter hi, quàm illi citant. Et quanquam fidei sint, quæ in Concilijs definiuntur; non tamen per immediatam spiritus sancti assistentiam, ea decreta, & scripta sunt. Neque enim Concilia ex immediata spiritus sancti reuelatione procedunt; sed ex scripturarum inuestigatione; & ita eis ad determinandũ adest Spiritus Sanctus.

Simile. Sacri scriptores cur scripturam citent.

Differentia inter scripturam sacram, & decreta conciliorum.

9. Est & aliud inter ista discrimen hoc loco minimè prætereundum, nempe quod Spiritus Sanctus non semper adsistat Concilijs quoad omnia: sed tantùm in ijs, quæ fidem, & bonos mores in vniuersum concernunt: ideoque posset concilium errare in alijs, vt in factis, vel particularibus iudicijs. Sacris verò scriptoribus Spiritus Sanctus in omnibus etiam in minimis, quæque ad salutem non sunt necessaria, adsistit: adeò vt ne minima in eis falsitas, aut apex otiosus reperiri possit. Integri enim libri canonici; ac integræ, & omnes eorum sententiæ; immo etiam singula eorum verba à Deo immediatè sunt ita quod nulla omnino sit pars etiam minima in diuinis litteris, quæ scripta non sit immediatè adsistente, dirigente, ac dictante Spiritu Sancto: & sic tenente manum, & mentem scriptoris, vt errare non posset. Diuus Ber. ser. 40. in cant. Spiritui sapientiæ „ loquenti, non est fas vel modicum quid omnino adscribere ociosum, aut „ secus dictum, quam oportuerit. & ser. 72. Ego enim, vt verum fatear, iam „ olim mihi persuasi, in sacri, preciosique eloquij textu, nec modicam va„ care particulam. & ser. 73. vt nihil in sacro eloquio ratione carens, nihil indecorum, importunumue resedisse omninò appareat. Sanctus Hieron. in c. „ 5. Michææ: Sunt (inquit) qui asserant in omnibus penè testimonijs, quæ „ de veteri testamento sumuntur, istiusmodi esse errorem, vt aut ordo mu„ tetur, aut verba, & interdum sensus quoque ipse diuersus sit vel Apostolis, „ vel Euangelistis non ex libro carpentibus testimonia; sed memoriæ „ credentibus, quæ nonnunquam fallitur. Et proœmio in epist. ad Philemo: aiunt

Bernard.

Hiero.

aiunt (inquit) non semper Apostolum omnia Christo in se loquente dixisse. Et inferius: Hoc autem non solum Apostolis; sed Prophetis quoque similiter accidisse. Epiphan. quoque hæres: 76. sub finem testatur Aetium dixisse & Prophetas, & Apostolos velut homines nonnulla dixisse. *Hiero.* „ *Epiphan.* „

10. Eundem errorem, quod nimirum scriptores sacri Spiritum Sanctum in se loquentem non semper habuerint, & aliquando memoria lapsi fuerint, docuit etiam Erasmus in annota. ad cap. 2. & 27. Matth. & ad cap. 1. Marci. Verum impius est hic error, nec vllo modo tolerandus. Aduersatur enim scripturis, & Patribus, & rationi. Nam si scriptores sacri errare potuerint, & falli, & fallere, etiamsi in rebus tantum leuibus, & nihil ad salutem nostram pertinentibus; & quædam in libris canonicis humano spiritu scripta, & non a Spiritu Sancto diuinitus reuelata contineantur; Scripturę sacræ auctoritas labefactatur. Interit enim certitudo veritatis, si Spiritus Sanctus per omnia scriptorem non direxerit: nec per scripturam conuinci poterunt hæretici. nam si contra ipsos quippiam ex illis adferatur; id humano spiritu, non diuino scriptum esse, ac prolatum dicere poterunt. Ideòque Hiero. proœmio in epist. ad Philemo. errorem illum tanquam absurdum reijcit. Concilium verò Trident. sess. 4. dicit eis anathema qui libros Canonicos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia legi consueuerunt, pro sacris, & Canonicis non susceperint. *Hiero.* *Trid.* „ „

11. Est porro hic diligenter obseruandum, quod, sine dubio, Euangelistæ, sicut & alij scriptores sacri, nonnulla scripserint, quæ ipsimet viderant, vel ab alijs audiuerant. Sanctus enim Lucas ea scriptis mandauit, quæ ab Apostolis acceperat, vt ipsemet initio sui Euangelij testatur, cum ait: *Sibi visum esse scribere, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt.* *Luc. 1. v.*
Et Diuus Marcus ea scripsit, quæ à sancto Petro didicerat, vt postmodum *2.*
ex Papia, Clemente, Ireneo, Origine, Eusebio, Hiero. & alijs ostendemus.
Et Ioannis 19. dicit; *Qui vidit testimonium perhibuit.* Et alibi. *Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, annunciamus vobis.* Similiter Matthæus, Paulus, Moyses, Iosue, Samuel, Isaias, Ieremias, Daniel, & alij scriptores sacri, multa, quæ vel aliquo sensu externo perceperant; vel humana, & naturali quadam ratione cognouerant, in scripturas retulerunt. Hæc autem vt sancti scriberent, non indigebant expressa, & peculiari Spiritus Sancti reuelatione, quæ immediata dicitur, seu lumine supernaturali. Quemadmodum enim Deus in necessarijs non deficit, ita nec in superfluis redundat. Proinde specialis illa Dei reuelatio in ijs tantum cognoscendis, & tradendis, necessaria erat, quæ naturæ vires superabant. Nihilominus indigebant semper, & in omnibus, etiam minimis, quæ ad salutem minimè necessaria sunt, Spiritus Sancti præsentia, & auxilio peculiari, ac supernaturali lumine, vt ea diuinitus, & absq; vllo errore, tanquam sacra, diuina, & canonica scriberent, proque talibus alijs traderent. Et eo sensu dicuntur scriptores sacri semper in se manentem, & per ipsos loquentem habuisse Spiritum Sanctum; à *Ioan. 19. v. 35. 1. Ioan. 1. v. 1.*

 qua

qno immediatè dirigebantur ad ſcribendum; ac in omnibus omnino, quæ ſcribebant, habuiſſe immediatam Dei reuelationem, lumenque ſupernaturale, & ſpecialem Sancti Spiritus aſſiſtentiam; à quo ſe in ſingulis, quæ ſcribebant, etiam quæ aliàs ſine tali aſſiſtentia nouerant, & tradere poterant, moueri, dirigi, & teneri, ne à veritate aberrarent, certò in ſeipſis experiebantur, & cognoſcebant. Scripſerunt ergo ipſi, etiam ea, quæ viderant, & audierant: ſed adiuti à Spiritu Sancto, cuius erant inſtrumenta, & quem aſſiſtentem, illuminantem, & ſingula dictantem habebant; ſecundum illud pſal: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*. Hoc etiam D. Lucas inſinuat cum ait: *Multi conati ſunt*. Illo enim verbo latenter indicat, ſe non eſſe conatum: ſed per ſingularem, & immediatam Dei reuelationem, Euangelij narrationẽ ordinaſſe. Ex humilitate aut clarè hoc non dixit; cum ſic idipſum dicere opus non eſſet. Diuus autem Paulus, quando neceſſariũ erat, diſertis hoc verbis aſſeruit ad Gal. dicens: *Notum vobis facio Euangeliũ, quod Euangelizatum eſt a me, quia non eſt ſecundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti*. Intellectum itaque eorum illuminabat Spiritus Sanctus ad intelligendum ea & vera eſſe, & reuelata, quæ tradebant; atque ad eis aſſentiendum; etiam ſi prius eadem oculis, vel auribus percepiſſent; vel alia naturæ via cognouiſſent. Hinc eſt quod Apoſtolus ad Cor. cum aliqua dixiſſet, quæ humano more dici ab ipſo potuiſſent, ſubdit: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* Igitur quælibet ſcripturæ canonicæ pars, quantumcunque ſit parua, per immediatam, & propriè dictam Spiritus Sancti reuelationem, non humano more, edita eſt, etiamſi ratione aliqua, & vi naturæ ſcriptori ſacro innotuiſſet. Sic Prophetæ, Apoſtoli, & Euangeliſtæ ex diuina illa reuelatione, & lumine ſupernaturali docuiſſe, & ſcripſiſſe intelliguntur.

Pſa. 44. v. 2. — *Luc. 1. v. 1.* — *Gal. 1. v. 11.* — *2. Cor. 13. v. 3.*

Hieron. 12. Hieronymus procemio in epiſt. ad Philemo. quaſdam ponit rationes eorum, qui opinantur Prophetas, & Apoſtolos quædam humano more, & non ex Spiritu Dei, ſcripſiſſe: Prima eſt, quia imbecillitas humana vnum tenorem Sancti Spiritus, tam longo orationis decurſu, ferre non potuiſſet. Secunda eſt, quia minimè dignum videbatur Spiritus Sancti majeſtatem, ad paruas, naturales, & manifeſtas huius corpuſculi neceſſitates ſine cauſa deducere, eaſque ſemper ſub illius præſentia complere. Tertia eſt, quia proprium Chriſto fuiſſe videtur, ſemper habere Spiritum Sanctum in ſe manentem, ſecundum illud Io: *Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu Sancto*. Verum dici poteſt, quod Chriſtus nunquam ſit vllum verbum locutus, quin eſſet immediatè à Spiritu Sancto. Nam Chriſti lingua erat perpetuum inſtrumentum diuinitatis: ſacri verò ſcriptores ſpecialem hanc Spiritus Sancti aſſiſtentiam non habebant toto vitæ ſuæ decurſu: ſed tunc, *cum eſſent calamus ſcribæ velociter ſcribentis*.

Io. 1. v. 33. — *Pſal. 44. v. 2.*

Hiere. 13. Dicit Hiero: ſi corpuſculi neceſſitatibus pauliſper ſeruiamus, non „ ideo Spiritum Sanctum à nobis refugari; nec verendum eſſe parua ei tribuere,

tribuere, cuius & magna sunt. Hiero. ibidem habet etiam hanc obiectionem; Si scriptores sacri omnia planè ex diuina, supernaturali, & interna Spiritus Sancti reuelatione scripserunt; quomodo dixit Apostolus ad Cor. *Ceteris ego dico, non Dominus?* Si enim Spiritus Sanctus per Apostolum id proferebat; cur non etiam Dominus id dicebat? ad illud hoc inter alia, dici potest, quod scriptores sacri quandoque loquantur in persona Dei; aliquando in persona sua; & nonnunquam in persona alterius: semper tamen mouentur à Spiritu Sancto diuinitus, in cuiuscunque persona loquantur, etiamsi in persona dæmonis: sicut actum in theatro exhibentibus, cuiuscunque personam repræsentent, à directore quid dicendum sit, suggeritur. Hoc igitur est quod sibi vult eò loci Apostolus, nempe Sanctum Spiritum, sic aliquando in persona hominis loqui per hominem, vt non in persona Dei. Simile forsitan est illud 2. ad Cor. 11. *Quod loquor, non loquor secundum Deum: sed quasi in insipientia.*

Hiero. „ *1. Cor. 7. v. 12.* Simile. *2. Cor. v. 17.*

14. Est & aliud discrimen; quod etiam ex primo sequitur; nimirum quod sacrorum librorum scriptores, eo tempore, quo erant calamus scribæ velociter scribentis, ac instrumentum Spiritus Sancti; magnam adhibere diligentiam consulendo libros, non tenebantur; nec opus erat eos cogitare quid scriberent. Ipsis enim à Deo, quod scribendum erat, diuinitus dabatur. Eorum quippe fuerat, inquit Damia. serm. de Sancto Matthæo præparare fideliter animos ad scribendum: Dei autem erat in id quod vellet, dirigere stylum. Secus verò est de Concilij Patribus. Scribit enim Rufinus cap. 5. lib. 10. post Ecclesiasticam hist. Eusebij de prima synodo Nicena loquens: Per singulos dies (inquit) agitabatur conuentus; Nec facile aut temere de re tanta statuere audebant. Euocabatur frequenter Arius in Concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur; & quid aduersum hæc teneri deberet, aut statui, summa cum libratione, quærebatur. Verum post diutinum, multumque tractatum, placet omnibus, ac velut vno cunctorum ore, & corde decernitur Homousion scribi debere. Hæc ibi. Et Spiritus Sanctus, qui concilium regit, cauet, ne Patres Concilij negligentes sint in examinanda veritate; sicut Deus facit ne electus finaliter peccet. De hac re satis.

Dam. *Ruf.* „ „ „ „ „ „ „

15. Operæpretium tamen videtur hic breuiter ponere scripturæ sacræ definitionem. Sacra igitur scriptura est doctrina de rebus diuinis, non humano more, sed diuinitus, Spiritus Sancti afflatu, ad nostram vtilitatem conscripta. Quæ quidem definitio partes habet quinque. Prima est; doctrina scripta, qua discernitur à traditionibus, verbisque Dei non scriptis. Secunda pars; de rebus diuinis. Omnia enim quæ sacra scriptura continentur, ad Deum, vel eius proprietates pertinent. Nam omnia ducunt in notitiam Dei; quædam omnipotentiam, alia prouidentiam, nonnulla charitatem, aliqua iusticiam docent. Ioan. 5. *Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Tertia pars; Spiritus Sancti afflatu, instinctu, seu dictamine. Ea enim, quæ

Quid sit sacra scriptura. *Io. 5. v. 39.*

Ioa. 14. facri fcriptores fcribunt, à Deo accipiunt; fecundum illud Ioan. 14. *Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit om-*
2. Pet. 1. *nia, & fuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.* Et Petrus: *fpiritu fancto in-*
v. 21. *fpirati locuti funt fancti Dei homines.* In hoc differt facra fcriptura ab alijs quamuis fanctorum hominum: credere fiquidem non tenemur eos fen- per effe locutos per reuelationem Spiritus Sancti, nifi cum omnes in re fidei, vel morum conueniunt. Tres iftæ iam dictæ partes côueniunt etiam
Nic. decretis Conciliorum, & fummorum Pontificum. Etenim Conc. Nice. 2. Act. 3. dicit conftitutiones conciliorum effe diuinitus infpiratas. Propterea fequitur pars quarta, non humano more, fed diuinitus. De qua fatis multa in præfenti capite dicuntur. Quinta pars, ad noftram vtilitatem: ad
Ro. 15. v. 4. Rom. 15. *Quæcunque enim fcripta funt, ad noftram doctrinam fcripta funt, vt per*
Pf. 118. v. *patientiã, & confolationem fcripturarum fpem habeamus.* & Pfa. 118. *In quo cor-*
9. *rigit adolefcẽtior viam fuam? in cuftodiendo fermones tuos.* Ex fcriptura habem⁹,
Io. 20. v. quæ ad falutem funt neceffaria. Hinc illud Ioan. *Hæc autem fcripta funt, vt*
31. *credatis, quia* IESVS *eft Filius Dei; & vt credentes vitam habeatis in nomine*
Iac. 5. v. *eius.* Ex ea etiam difcimus rectè viuere, non folum didacticè; fed etiam per
10. exempla. Iac. exemplo Iob hortatur ad patientiam, & exemplo Abrahæ, &
Ia. 2. v. 21. aliorum, ad fidem viuam incitat. Sic etiam Apoftolus ad Hebræ. Et Petrus
Heb. 11. exemplo Saræ excitat mulieres ad obedientiam, & modeftiam. Quapro-
1. Pet. 3. ter ait Apoftolus: *Omnis enim fcriptura diuinitus infpirata, vtilis eft ad docen-*
v. 5. *dum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuftitia: vt perfectus*
2. Tim. 3. *fit homo Dei, ad omne opus bonum inftructus.* Itaque videndum eft ne fcriptu-
v. 16. ram in perniciem noftram conuertamus; ficut illi, de quibus Pet. *Quæ in-*
2. Pet. 3. *docti, & inftabiles deprauant, ficut & cæteras fcripturas, ad fuam ipforum perdi-*
v. 16. *tionem.* Hæc pauca de ifta definitione fufficiant.

Quod Euangelium certiffimæ fit veritatis.

CAPVT 4.

Tertia. Euangelij excellẽtia. A VERITATIS certitudine, tertia Euangelij præftantia fumitur. Euangelium enim veriffimum eft, & certiffimum, ac certiffimæ veritatis. Eapropter ad Eph. Euangelium dicitur *verbum veritatis:* quoniam
Eph. 1. v. illo nihil eft verius, & certius. Euthy. in pfal. 39. dicit Euangelium appellari
12. veritatem, eo quod eam contineat; non falfitatem, & errorem. Iren. li. 3.
Euthy. aduer. hæref. cap. 11. Tanta (inquit) eft circa hæc Euangelia firmitas, vt &
Ire. ipfi hæretici teftimonium reddant ei; & ex ipfis egrediens vnufquifque
" eorum conetur fuam confirmare doctrinam. Itaque eis fecurè poffumus,
" & abfque periculo, affentiri. Enimuero hæc quatuor Euangelia, vnus,
idemque

idemque Magiſter Spiritus Sanctus dictauit; & dictata ab illo Euangeliſtæ exceperunt.

2. Aug. lib. 1. de moribus Eccleſiæ Catholicæ cap. 29. In Euangelio falſum aliquid eſſe ſcriptum: quid (inquit) hoc ſacrilegio magis impium reperiri poteſt? quid iſta voce impudentius? quid audacius? quid ſceleratius? ſimulacrorum cultores, qui Chriſti etiam nomen oderunt, nunquam hoc aduerſus ſcripturas illas auſi ſunt dicere. Conſequetur namque omnium literarum ſumma peruerſio, & omnium qui memoriæ mandati ſunt librorum abolitio, ſi quod tanta populorum religione roboratum eſt, tanta hominum, & temporum conſenſione firmatum, in hanc dubitationem adducitur, vt ne hiſtoriæ quidem vulgaris fidem poſſit, grauitatemque obtinere. Deus enim eſt, qui in Euangelio, ſicut & in omni ſacra ſcriptura loquitur. Hæc ſemper & in omni parte infallibilis, ac indubitatæ veritatis eſt. Deo autem ideò credendum eſſe vult Apoſt. ad Hebræ. quia *Impoſſibile eſt eum mentiri*; & ad Rom. quia *eſt verax*; & ad Timo. quia *Ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt*. Et Ioānes Apoſtolus, quia *eſt veritas*. Et in epiſt. 1. *omne mendacium non eſt ex veritate*. Et Ieremias, quia *eſt verus*. Et Moyſes, quia *non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur*.

Auguſt. „ „ „ *Heb. 6. v. 18.* *Ro. 3. v. 4.* *2. Ti. 2. v. 13.* *1. Io. 2. v. 21.* *Io. 14. v. 6.* *Iere. 10. v. 10.* *Num. 23. v. 19.*

3. Hanc ob rem diuinæ ſcripturæ omnes certiſſimæ ſunt veritatis, quia *Non fuit in Deo eſt, & non; ſed eſt in illo fuit*. At Philoſophorum, & aliorum Gentilium doctrinæ admixtas habent cum veritate falſitates, fabulas, & abſurditates: vt oſtendit Auguſt. lib. 12. de ciuit. Dei cap. 10. & lib. 6. conf. cap. 5.

2. Cor. 1. v. 19. *Auguſt.* „

4. Quinimo doctrinæ Catholicorum doctorum aliquando etiam à veritate deficiunt; vel dubitabiles ſunt. Vnde Sanctus Aug. epiſt. 19. Solis (inquit) ſcripturarum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum auctorem eorum in ſcribendo erraſſe aliquid, firmiſſimè credam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrinaque præpolleant; non ideò verum putem, quod ipſi ita ſenſerunt, vel ſcripſerūt.

„ *Auguſt.* „ „ „ „

5. Et epiſt. 8. Mihi videtur exitioſiſſimè credi, aliquod in libris ſanctis eſſe mendacium, id eſt, eos homines, per quos nobis illa ſcriptura miniſtrata eſt, atque conſcripta, aliquid in libris ſuis fuiſſe mentitos. Admiſſo enim ſemel in tantum auctoritatis faſtigium officioſo aliquo mendacio; nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non vtcunque videbitur vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis, eâdem pernicioſiſſima regula ad mentientis auctoris conſilium, officiumque referatur. Et infra: cognoſcis fluctuare auctoritatem ſcripturarum diuinarum, vt in eis quod vult quiſque credat; quod non vult, non credat; ſi ſemel fuerit perſuaſum aliqua illos viros, per quos nobis hæc miniſtrata ſunt, in ſcripturis ſuis officioſè potuiſſe mentiri.

Auguſt. „ „ „ „ „ „ „ „ „ „

6. Et epi. 9. Si ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint vel officioſa mendacia; quid in eis remanebit auctoritatis? quæ tandē de ſcripturis illis ſententia proferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis obteratur improbitas?

Auguſt. „ „

„ ſtatim enim vt protuleris; ſi aliter ſapit, qui contra nititur; dicet illud, quod „ prolatum erit, honeſto aliquo officio ſcriptorem fuiſſe mentitum. Vbi e- „ nim hoc non poterit? &c. Sancta ſcriptura, quæ ad fidem poſteris edita eſt, „ admiſſa auctoritate mendacij, tota dubia nutat, & fluctuat. Conſequuntur „ aduerſa, ſi ſemel creditum fuerit, poſſe honeſtè, atque piè accipi, ſcriptorem „ diuinorum librorum in aliqua ſui operis parte mentiri.

August. 7. Et lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 3. Quis neſciat ſanctam „ ſcripturam canonicam, tam veteris, quam noui teſtamenti, certis ſuis ter- „ minis contineri, eamque omnibus poſterioribus Epiſcoporum litteris ita „ præponi, vt de illa omnino dubitari, & diſceptari non poſſit, vtrum, ve- „ rum, vel rectum ſit, quidquid in ea ſcriptum eſſe conſtiterit: Epiſcoporum „ autem litteras, quæ poſt confirmatum canonem vel ſcriptæ ſunt, vel ſcri- „ buntur, & per ſermonem forte ſapientiorem cuiuſlibet in ea re peritioris, „ & per aliorum Epiſcoporum grauiorem auctoritatem, doctiorumque pru- „ dentiam, & per concilia, licere repræhendi, ſi quid in eis fortè à veritate de- „ uiatum eſt? & ipſa concilia, quæ per ſingulas regiones, vel prouincias fiunt, „ plenariorum conciliorum auctoritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſti- „ ano, ſine vllis ambagibus cedere: ipſaque plenaria ſæpè priora poſteriori- „ bus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur, quod clauſum „ erat, & cognoſcitur quod latebat?

August. 8. Et lib. 11. contra fauſt. cap. 5. dicit ſcripta non canonica etiam ſan- „ ctorum, non cum credendi neceſſitate, ſed cum iudicandi libertate le- „ genda; diſtinctamque eſſe ab aliorum libris excellentiam canonicæ aucto- „ ritatis, veteris, & noui teſtamenti. Ibi enim ſi quid velut abſurdum moue- „ rit; non licet dicere; auctor huius libri non tenuit veritatem: ſed aut codex „ mendoſus eſt, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In alijs liberum „ habet lector, auditorue iudicium, quo vel approbet quod placuerit, vel „ improbet quod offenderit; niſi vel certa ratione, vel ex illa canonica au- „ ctoritate defendatur. In illa verò canonica eminentia ſacrarum literarum, „ etiamſi vnus Propheta, ſeu Apoſtolus, aut Euangeliſta aliquid in ſuis literis „ poſuiſſe, ipſa canonis confirmatione declaratur; non licet dubitare quod „ verum ſit. Alioqui nulla erit pagina, qua humanæ imperitiæ regatur infir- „ mitas. Et lib. 2. de conſenſ. Euangel. cap. 12. dicit omnem falſitatem abeſſe

August. ab Euangeliſtis, non ſolum eam, quæ mentiendo; ſed etiam eam quæ obli- „ uiſcendo promitur.

9. Itaque nullus error, ne quidem ex memoriæ lapſu, eis attribui poteſt. Ratio huius diuerſitatis eſt, quia doctrinæ hominũ innituntur lumini natu- rali, quod à cognitione veri deficere poteſt; & omnis homo ex ſe, & natura ſua talis eſt, vt falli, fallere, & mentiri poſſit: at verò doctrina ſacræ ſcrip- turæ innititur diuinę reuelationi, & veritati primę, quæ infallibilis eſt, & cui ſubeſſe falſum non poteſt.

August. 10. Secus etiam eſt de alijs facultatibus, & ſcientijs, in quibus plurima „ ſunt incerta. Meritò itaque dixit. Aug. ad illud pſ. 140. *Abſorpti ſunt iuxta petram*

petram Iudices eorum; Magnos, Potentes, Doctos, Platonem, Aristotelem, Pythagoram, & similes, qui de moribus sententiam tulerunt, ad Christum in Euangelio loquentem comparatos, nullius esse auctoritatis.

11. Porro in vtroque testamento eadem, & æqualis est veritatis certitudo; nec in vno potius, & facilius, quàm in alio vel leuissimum mendacium, aut error minimus reperiri potest. Quia idem nempe Deus in vtroque loquitur, qui in dictis suis non magis, aut minus est verax vno tempore, quàm alio. Igitur bene dixit Aug. lib. 3. de cons. Euang. cap. 7. ob eundem Dei Spiritum in scriptoribus sacris loquentem, nullam in eorum libris esse rerum discrepantiam; atque in omnibus, & vbique eandem, æqualemque esse constantiam veritatis, non hic, quam ibi maiorem. Proinde tanta est obligatio, & necessitas credendi quæ dicuntur in vno testamento, quam quæ in alio; & quæ videntur parua, & non necessaria ad salutem, vel ad diuinæ scripturæ complementum; quam quæ sunt magna, & necessaria. Ijs enim quæ diuina scriptura continentur, non credimus propter probationes; vel ob rerum magnitudinem, apparentiam, aut necessitatem: sed propter dicentis auctoritatem. *August.*

12. Itaque non minus esset hæreticus, qui negaret Samuelem fuisse filium Helcanæ, Tobiam in itinere secum habuisse canem, Saram risisse, Dauidem fuisse adulterum, filias Iob fuisse pulcherrimas; Paulum & Barnabam Apostolos contendisse: quàm si quis negaret Christum esse Filium Dei, & Beatæ Virginis; quamuis hoc pertineat ad salutem, & ad scripturæ diuinæ complementum: alia verò minimè. Itaque doctrina Euangelij est certissima, adeo vt, de eius veritate, nec debeamus, nec possimus dubitare, vel hæsitare, & huc atque illuc trahi, ob diuersitatem opinionum; quemadmodum in alijs scientijs & historijs contingit.

13. Verum vnde sciendum est, quod liber aliquis sit diuinus, sacer, & canonicus, ac talis, cui ob veritatis certitudinem præ cæteris omnibus non sacris doctrinis, & historijs credendum sit? sanè id ab Ecclesiæ pendet auctoritate. Sacris enim historijs & scripturis propter Ecclesiæ auctoritatem, magis, quàm vllis alijs credimus. Nam etsi quis sit moribus vitæ sublimis; eruditione præclarus; ingenij acumine pollens, ab aliquo cælesti Angelo, immo etiam ab ipso Deo speciali modo eruditus; adhuc tamen aliquid sibi deesse, vt apud alios fidei firmitate constare debeant, quæ tradit intelliget, donec eadem illa ab Ecclesia Catholica fuerint cognita, & confirmata. Siquidem ipsa non modo priuata cuiuspiam scripta probare: sed & quæ sint canonica, definire consueuit. Hinc Paulus ad Ananiam mittitur; Et cornelius Petro imbuendus traditur; & Paulus de se, alios docens, ad Gal. 1. cum dixisset: *Notum vobis facio Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi.* Ait: *post annos quatuordecim iterum ascendi Ierosolymam, cum Barnaba, assumpto & Tito: ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus; seorsum autem ijs,*

Euangeliorum auctoritas ab Ecclesia.

2. *Act.* 9. *v.* 6. *Act.* 10. *v.* 5. *Gal.* 1. *v.* 11. *Gal.* 2. *v.* 1.

tem ijs, qui videbantur aliquid esse; ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.

Tert. 14. Tertul. enim lib. 4. aduersus Marcionem cap. 5. asserit auctoritatem Ecclesiarum Apostolicarum patrocinati Euangelijs, quæ per illas, & secundum illas habemus; quæque à primordio apud Ecclesias fuerunt; vt Ioannis, Matthæi, Marci, & Lucæ. *August.* Aug. quoque lib. 1. contra Cresco. ca. 33. docet in dubijs hoc faciendum & tenendum, quod vniuersæ placet Ecclesiæ; quam (inquit) ipsarum scripturarum commendat auctoritas. Et quoniam sancta scriptura fallere non potest; quisquis falli metuit obscuritate quæstionis, Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. *August.* Et contra epist. Manichæi cap. 5. Ego verò (inquit) Euangelio non crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoueret auctoritas. libro Actorum Apostolorum necesse est me credere, si credo Euangelio: quoniam vtramque scripturam similiter mihi Catholica commendat auctoritas.

De Euangelij medio, id est, Euangelium quanam ratione persuadeatur.

CAPVT 5.

Quarta Euangelij excellẽtia. PRÆROGATIVA Euangelij quarta, ex parte mediorum consideratur. Nam Euangelica doctrina, lex, & veritas, non probatur testimonijs humanis; non persuadetur rationibus naturalibus, siue necessarijs, siue probabilibus, aut apparentibus. Huc enim non adferuntur demonstrationes Physicæ, syllogismiue Dialectici: nec ornatui verborum innititur; quia hic ad sermonis elegantiam, & delectum non attenditur. *Euangelij media quinque.* Sed quemadmodum ipsa doctrina Euangelica est planè diuina & supernaturalis, sicut & ipsum lumen: ita etiam diuinum, & supernaturale medium, quod est fides, requiritur, vt ipsa intelligatur, iuxta illud Isaiæ: *Si non credideritis, non intelligetis*; *Isa. 7.* Secundum 70. vt notauit Hier. & secundum id quod dicit Apostolus: *1. Cor. 2. v. 1. 4. 5.* *Ego cum venissem ad vos, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis: sed in ostensione Spiritus, & virtutis; vt fides vestra non sit in sapientia hominum: sed in virtute Dei.*

2. Probatur quoque Euangelium, miraculis Christi, Apostolorum, & aliorum sanctorum. Deinde etiam per martyria, & sanctorum vitas mirabiles. Consensu deniq; omnium populorum confirmatur. *Ambros.* Ad hoc alludere videtur Ambr. præfatione in Lucam, dum ait Scripturam diuinam, mundanæ sapientiæ disciplinam ideò euacuare, quod hæc maiore fucata verborum ambitu, quàm rerum ratione subnixa sit. Apertius verò epist. 63. cum ait: negant plerique nostros secundum artem scripsisse; nec nos obnitimur: non

non enim secundum artem scripserunt: sed secundum gratiam, quæ super „
omnem artem est: sed tamen ij, qui de arte scripserunt, de eorum scriptis „
artem inuenerunt, & condiderunt cõmenta artis, & magisteria. Euse. quo- *Euseb.*
que lib. 3. hist. cap. 18. Apostoli (inquit) quanquam linguæ elegantis, & „
diserti sermonis rudes, & ignari; diuina tamen, & miranda potentia ipsis à „
seruatore donata, fidentes, exquisita verborum fabricandorum solertia, & „
arte elaborata, doctrinã magistri sui, ac præcepta exponere, neque norunt, „
neq; conati sunt: sed aperta, & manifesta docendi ratione per sacrosanctum „
spiritum ipsis opem ferentem infusa, & sola Christi virtute tot miraculorum „
effectrice, per ipsorum doctrinam, & res gestas plenius peruulgata, vtentes, „
regni cælorum notitiam toti orbi terrarum patefecerunt: & istud planè pre- „
stiterunt, vtpote excellentiori ministerio, ac longè hominum captum su- „
peranti inseruientes. Habet etiam de his digna lectu Chrysost. hom. 3. & *Chrysost.*
6. in priorem epistolam ad Corinth. Ad hæc Hiero. de scriptoribus Eccle- *Hiero.*
siasticis in Egesippo, dicens enim sermone simplici libros composuisse, vt „
quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem; satis „
indicat, etiam Apostolos simplici sermone scripsisse. Et alibi sermonem „
eorum rudem appellat. In cap. 4. Mat. dicit piscatores, & illiteratos mitti „
ad prædicandum, ne fides credentium non virtute Dei, sed eloquentia, „
atque doctrina fieri putaretur. In ca. Mat. 10. Apostolos vocat rusticanos, „
indoctos, illiteratos, & absque eloquij venustate. Epistolæ ad Paulinum „
cap. 4. dicit Petrum & Ioannem rusticos, & imperitos sermone, sed non „
scientiã. Ioannem indoctum piscatorem nominat. cap. 7. nolo (ait) of- „
fendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborum, quæ „
vel vitio interpretum, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam concio- „
nem facilius instruerent. In caput. 3. epist. ad Ephe. in Paulo vitiosam „
elocutionem esse ostendit. „

3. Denique notandum est, quid de hac re sentiat Aug. hic epist. 1 Dicit *August.*
literarum sanctarum studio curam impendere, rem esse sinceram, & soli- „
dam, quæ fucatis eloquijs non ambit ad animum, nec vllo linguæ tectorio „
inane aliquid, ac pendulum crepitat. Et lib. 6. confes. cap. 5. de se refert „
August. quod cum doctrinam, fidemque Catholicam amplecti propone- „
ret, modestius ibi minimeque fallaciter sentiebat iuberi vt crederetur, quod „
non demonstrabatur; quam illic temeraria pollicitatione scientiæ creduli- „
tatem irrideri; & postea multa fabulosissima, & absurdissima, quia demon- „
strari non poterant, credenda imperari. Scripsit etiam lib. 3. confes. cap. 5. „
se aliquando sacras literas ob styli simplicitatem fastidiuisse. „

4. Porro qui sermo diuinam scripturam deceat, expressit Aug. lib. 12. *August.*
conf. cap. 26. Nempe talis eloquendi facultas, isque modus texendi ser- „
monis, vt neque illi, qui nondum queunt intelligere, tanquam excedentia „
vires suas dicta recusent, & illi, qui hoc iam possunt, in quamlibet veram „
sententiam cogitando veniant, eam non prætermissam in paucis verbis re- „
periant: & si alius aliam videat in luce veritatis, nec ipsa in eisdem verbis „

Qualis eloquentia sit in diuinis scripturis.

intelligenda deest. Vt autem melius intelligatur qualis eloquentia sit in diuinis literis, & qualis non, superioribus attexam quæ habet Aug. lib. 4. de doctrina Christ. cap. 6. hic aliquis (inquit) forsitan quærit, vtrum au-

August.

ctores nostri, quorum scripta diuinitus inspirata, canonem nobis saluberrima auctoritate fecerunt, sapientes tantummodo, an eloquentes etiam nuncupandi sunt. Quæ quidem quæstio, apud meipsum, & apud eos, qui mecum, quod dico sentiunt, facillimè soluitur. Nam vbi eos intelligo, non solum nihil eis sapientius; verum etiam nihil eloquentius mihi videri potest. Et audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt, quod illi loquuntur, simul intelligere, non eos aliter loqui debuisse. Sicut est enim quædam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet; est quæ senilem; neciam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentis (nam Plato

Plat.

in Apologia Socratis etiam distinguit senilem sapientiam à iuuenili:) ita est quædam quæ viros summa auctoritate dignissimos, planeque diuinos decet. Hac illi locuti sunt; nec ipsos decet alia, nec alios ipsa. Ipsis enim congruit. Alias autem quanto videtur humilior, tanto altius, non ventositate, sed soliditate transcendit. Vbi verò non eos intelligo; minus quidem mihi apparet eorum eloquẽtia: sed eam tamen non dubito esse talem, qualis est vbi intelligo. Ipsa quoque obscuritas diuinorum, salubriumque dictorum tali eloquentiæ miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus non solum inuentione, verum etiam exercitatione deberet. Possem quidem, si vacaret, omnes virtutes, & ornamenta eloquentiæ, de quibus inflantur isti, qui linguam suam, nostrorum auctorum linguæ, non magnitudine, sed tumore præponunt, ostendere in istorum literis sacris. Sed non ipsa me plusquam dici potest in illa eloquentia delectant, quæ sunt his viris, cum oratoribus gentilium, Poëtisue communia.

5. Illud magis admiror, & stupeo, quod ista nostra eloquentia, ita vsi sunt per alteram quandam eloquentiam suam, vt nec eis deesset, nec emineret in eis. Quia eam nec improbari ab illis, nec ostentari oportebat: quorum alterum fieret, si vitaretur; alterum putari posset, si facile agnosceretur. Et in quibus fortè locis agnoscitur à doctis; tales res dicuntur, vt verba quibus dicuntur, non à dicente adhibita, sed ipsis rebus velut spontè subiuncta videantur; quasi sapientiam de domo sua, id est, pectore sapientis procedere intelligas; & tanquam inseparabilem famulam, etiam non vocatam, sequi eloquentiam. Et cap. 7. Negat Apostolum etiam vbi figura, & decus agnoscitur, artis eloquentiæ præcepta secutum; & tandem infert: Sicut ergo Apostolum (inquit) præcepta eloquentiæ secutum fuisse non dicimus: ita quod eius sapientiam secuta sit eloquentia non negamus. Et post multa; malè doctis hominibus respondendum fuit, qui nostros auctores contemnendos putant, non quia non habent; sed quia non ostentant, quam isti nimis diligunt, eloquentiam. Et sub finem; Neque enim hæc humana industria composita, sed diuina mente sunt fusa, & sapienter, & eloquenter; non intenta ad eloquentiam sapientia, sed à sapientia non recedente

recedente eloquentia. Si enim, sicut quidam disertissimi, atque acutissimi » viri videre, ac dicere potuerunt, ea quæ velut oratoria arte dicuntur, non » obseruarentur,& notarentur, & in hanc doctrinam redigerentur,nisi prius » in oratorum inuenirentur ingenijs: quid mirum si & in istis inueniuntur, » quos ille misit, qui facit ingenia? Quapropter & eloquentes quidem, non » solum sapientes canonicos nostros auctores, doctoresque, fateamur tali » eloquentia vsos, qualis personis eiusmodi congruebat. Hactenus Aug. »

6. Audi iam quod de hac re scripsit Isidor. Hispal. lib. 3. sentent. cap. 13. *Isid.* Quidam plus meditari delectantur gentilium dicta, propter tumentem » & ornatum sermonem; quam scripturam sanctam, propter eloquium humile. » Sed quid prodest in mundanis doctrinis proficere, & inanescere in » diuinis? caduca sequi figmenta, & cælestia fastidire mysteria? Cauendi sunt » igitur tales libri, & propter amorem sanctarum scripturarum vitandi. Gentilium » dicta exterius verborum eloquentia nitent, interius vacua virtutis » sapientia manent: eloquia autem sacra exterius incompta verbis apparent: » intrinsecus autem mysteriorum sapientia fulgent. Vnde & Apostolus: *Habemus* *1. Cor. 4.* (inquit) *thesaurum istum in vasis fictilibus*. Sermo quippe Dei oc- *v. 9.* cultum habet fulgorem sapientiæ, & veritatis, repositum in verborum vi- » lissimis vasculis. Ideò libri sancti simplici sermone conscripti sunt, vt non » in sapientia verbi; sed in ostensione spiritus homines ad fidem perducerentur. » Nam si dialectici acuminis versutia, aut rhetoricę artis eloquentia editi » essent; nequaquam putaretur fides Christi in Dei virtute; sed in eloquentiæ » humanæ argumentis consistere: nec quemquam crederemus ad fidem » diuino inspiramine prouocari, sed potius verborum calliditate seduci. » Fastidiosis, atque loquacibus scripturæ sanctæ minus, propter sermonem » simplicem, placent; Gentili enim eloquentiæ comparata videtur illis indigna: » quod si animo humili mysteria eius intendant, confestim aduertunt » quàm excelsa sunt, quæ in illis despiciunt. Ita Isidorus. »

7. Dionysius verò Alexandriæ Episcopus apud Euseb. lib. 7. Eccles. *Dion.* hist. cap. 20. sic habet: Ioannis Euangelium & epistolæ, non modò absque *Euseb.* vllo orationis vitio, sed etiam summa cum verborum elegantia, maximo » sententiarum pondere, & cócinna elocutionis dispositione perscripta sunt: » tantum abest vt vox aliqua barbara, aut solœcismus, aut imperitus, & rudis » sermo in eis reperiatur. Habebat enim Euangelista, vt videtur, hæc vtra- » que, & disertum sermonem, & scientiam diuinam: propterea quod Do- » minus ista duo, nimirum donum sapientiæ, & donum cognitionis illi lar- » gitus fuisset. Hæc ibi Euseb. ex Dionys. Quod ergo Ioannes græcè minus » politè loquatur, quàm cæteri Euangelistæ; quis Dionysium, qui Ioannem » grecè examinauit, dicturum fuisse iudicabit? »

8. A proposito alienum non videtur, si nunc ostendero fidei nostrę, ac *Articuli fidei sunt euidenter credibiles.* Euangelij doctrinam esse credibilem. Quanquam enim non habeamus euidentiam articulorum fidei, hoc est, licet nobis articuli fidei non sint euidentes, seu euidenter veri: nobis tamen euidens esse potest eos esse credi-

biles, id est, tales quibus merito credere, & assentiri debeamus; & certum, esse veros. Siquidem aliud est esse verum, & aliud esse credibile. Falsa namque multa possunt esse credibilia. Cumque illis ipsis articulis assentiamur sine vlla de opposito formidine, certissimam habent veritatem. Vnde ad

Gal.1.v.8. Gal. dicitur: *Licet nos, aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis, præter quod Euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico; Si quis vobis Euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit.* Quocirca non rectè Iulianus apostata, & Porphyrius vocant Apostolos leues, quod Christum vocantem statim secuti sunt.

Causæ credibilitatis, & certitudinis.

9. Porrò multæ sunt causę, quæ hanc credibilitatis euidentiam, & veritatis certitudinem animis nostris possunt ingenerare. Prior est ipsum infusæ lumen fidei. Quemadmodum enim naturale intellectus lumen ipsa

1. Lumen fidei.

prima principia humanarum scientiarum illustrat, eaque vera esse ostendit; sic etiam fides diuinitus infusa, religionis nostræ articulos illustrat, credibilesque demonstrat. Nam vt principia naturalia per lumen naturale: sic principia supernaturalia per lumen supernaturale cognoscuntur, inquit

Ro.8.v.16. Tho. 2. 2. quæst. 1. art. 4. ad 3. iuxta illud Apostoli ad Rom. *Ipse Spiritus*
2. Cor. 13. v. 3. *testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei.* Et ad Cor: *an experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Et Ioan: *qui credit in Filium*
1. Io. 5. v. 10. *Dei habet testimonium Dei in se.* Causam hanc reddit August. lib. 11. conf.
cap. 3. vbi dicit se credere Moysi, non quia dixit; sed quia Deus intra cordis
August. domicilium, absque strepitu oris, & linguæ ipsum verum dixisse confirmat.
» Igitur quod nostram religionem veram, & certam, quodque fidei nostræ
» articulos veros, ac certos esse credamus, ex hoc interno Spiritus Sancti testimonio prouenit.

Quibus argumentis nostra fides roboretur.

10. Causæ reliquæ sunt argumenta, & motiua quædam externa, quæ multum pro fidei nostræ confirmatione faciunt; quæ quidem multa, & magni sunt momenti. Vnum est certitudo reuelationum propheticæ veri-

2. tatis, quæ in nostra religione est, & semper fuit. Quæ vnquam religio tot vates habuit, quot nostra? qui non rem vnam tantum, sed plurima; eaque contingentia prædixerunt: omniaque certò euenerunt. Semper in Eccle-

Num. 12. v. 6. sia nostra fuerunt reuelationes. Num. 12. *Si quis fuerit inter vos Propheta domini, in visione apparebo ei vel per somnium loquar ad illum.* Et Deut. 4. *nec est*
Deut. 4. v. 7. *alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquãtes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta vt habeat cæremo-*
Bar. 4. v. 4. *nias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros.* Et Bar. 4. *Beati sumus Israel, quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.*
Mat. 11. v. 4. Fides igitur prophetiarũ impletione confirmatur. Quocirca Mat. 11. dicitur: *Respondens* IESVS *ait illis: euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis:*
Isa. 41. v. 22. *cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.* Et Isa. 41. *accedant, & nuncient nobis quæcunque ventura sunt: priora quæ fuerunt nunciate: & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum: & quæ ventura sunt indicate nobis: annunciate quæ ventura sunt in futurum,*

futurum, & scimus quia dij estis vos. Motiui huius meminerunt Aug.& Greg. citati cap. 6. *August.* *Greg.*

11. Aliud est gloria, multitudo, & claritas miraculorum. Probatur enim & persuadetur hominibus Euangelium miraculis Christi, & sanctorum: quæ profecto tot sunt, vt libris ea comprehendi nequeant, vt dicitur Ioa. 21. *Nulla vero alia religio miracula edidit.* Vrget hoc argumentum Aug. lib. 22. ciuit. cap. 5. addit Richar. de S. Victore lib. 1. de trinit. cap. 2. possemus, inquit, dicere; Si error est, Domine, à te decepti sumus. Nam ista in nobis tantis, ac talibus signis, atque prodigijs sunt confirmata, quæ non nisi per te fieri poterant. Vnde Ioa. 3. *Scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Et 5. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiam, ea ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me. Et 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me.* Et post nonnulla: *Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite.* Et Ioa. 15. *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Et Mar. 16. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Ob hæc miracula Paulus Iudæis minatur ad Heb. 2. *Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus Sancti distributionibus.* Porro inter hæc miracula, hoc est vnum etiam mirabile quod homines pauci, rustici, indocti, neglecti, sine honore, & potentia, totum mundum conuerterint. Quod profecto bene notauit Apostolus 1. ad Cor. 1. *Videte vocationem vestram, fratres; quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes. Et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Ac etiam Aug. lib. 22. ciuit. cap. 5. & 7. & 8. agit de hoc motiuo, & lib. cont. epist. Manichæi, quam vocant fundamenti cap. 4. Vt ergo hanc, ait, omittam sapientiam, quam in Ecclesia esse Catholica non creditis, multa sunt alia, quæ in eius gremio me iustissimè teneant. Tenet consensio populorum, atque gentium: tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata &c. & lib. de vtilitate credendi cap. 15. & 16. docet fidem miraculis conciliari. Euangelium itaque probatur miraculis Christi, Apostolorum, & aliorum sanctorum.

[Margin: *Ioan.* 21. v. 25. — *August.* — *Rich.* — *Io.* 3. v. 2. — *Io.* 5. v. 36. — *Io.* 10. v. 25. — v. 37. — *Ioa.* 15. v. 2. — *Mar.* 16. v. 20. — *Heb.* 2. v. 3. — 1. *Cor.* 1. v. 26. — *August.* — Argumenta fidei.]

12. Deinde etiam per martyria, & sanctorum vitas mirabiles Euangelium probatur. Magnum enim est motiuum sanctitas eorum, qui fidem nobis tradiderunt, & eam confirmarunt. Fuerunt enim magnæ charitatis in Deum, & proximum; legem Dei custodientes; lucra temporalia non sectantes: spernentes omnia caduca, etiam vitam propriam; clari virtutibus, & miraculis in vita, et post mortem. Multi enim proprij sanguinis 4.

Rich. effusione fidem confirmarunt. Causam hanc habet etiam Richar. cap. illo
August. 2. & Aug. lib. de vtilit. cred. cap. 17.

5. 13. Adhæc consensu omnium populorum confirmatur Euangelium, hoc est, amplitudine, diuersitate, ac numero credentium. Nam quod tot homines, tam diuersæ conditionis, & status, omnium temporum, & locorum, nobiles, ignobiles, potentes, infirmi, docti, rudes, magni, parui, senes, iuuenes, viri, mulieres, totus denique mundus veritates tam arduas, & humanum captum excedentes susceperint; est indicium nostram fidem
August. esse credibilem, certæque veritatis. Hoc argumentum vrget Aug. lib. 22. de ciuit. cap. 51. Proponens dilēma quoddam insolubile: Iam credidit mundus, iam crediderunt docti, & indocti; si rem credibilem crediderunt, videant quàm sint stolidi, qui non credunt. Si autem res incredibilis credita est, etiam hoc vtique incredibile est. Et lib. cont. epist. Manichæi cap.
August. 4. Tenet me in Ecclesia consensio populorum, tenet me in Ecclesia ipsum Catholicæ nomen &c. Et lib. de vtilitate credendi cap. 14. Nullis me video credidisse, nisi populorum, atque gentium confirmatæ opinioni, ac famæ admodum celeberrimæ &c. Hoc ergo credidi, vt dixi, famæ celebritate, consensione, vetustate roboratæ. Quis enim tantam multitudinem ad peccata pronam, ad legem carni, & mundo contrariam, nisi Deus induceret? Eodem argumento vtitur Theodoret. conc. 1. de fide contra
Theod. Græcos.

6. 14. His addi potest admirabilis consensio sacrorum scriptorum, & sacrarum literarum, quibus nostra fides, & religio, continetur. Omnes enim sacri scriptores diuersis locis, temporibus, seculis, regionibus, & conditionibus florentes & existentes, in vna, eademque doctrina ita conueniunt; vt ne in minimo quidem dissideant: quod vnitatem Spiritus Sancti docēris
August. manifestè indicat. Testatur id Aug. lib 18. de ciuit. cap. 41. His verbis: Denique auctores nostri, in quibus non frustra sacrarum literarum figitur, & terminatur canon, absit vt inter se aliqua ratione dissentiant. Vnde non immeritò cum illa scriberent eis Deum, vel per eos locutum, non pauci in scholis, atque Gymnasijs litigiosis disputationibus garruli, sed in agris, atque in vrbibus cum doctis, atque indoctis, tot, tantique populi crediderunt &c. Est etiam mirabilis harmonia, concordia, & correspondentia in ipsis scripturis inter vetus, & nouum instrumentum; vt quæcunque figurata, & adumbrata sunt in illo, re ipsa completa, & expressa in isto conspiciantur & inueniantur. Consensum hunc significant, & innuunt duo Seraphim,
Isa.6.v.3. qui clamabant alter ad alterum, Isa. 6. vt videre licet apud Greg. homil. 6.
Greg. in Ezech. Et duo Cherubim se mutuo respicientia versus propitiatorium,
Exo.25.v. vnde responsa dabat Dominus, Exo. 25.
18.

7. 15. Præterea in nostra fide magna est rationabilitas. Siquidem in nostra religione, & doctrina nihil est omnino quod naturæ aduersetur. Rationabilia docet; naturæ legem perfectè vult obseruari; hominis finem in Deo constituit; omnes respublicas ad pacem exhortatur; omnes in charitate vnit.

vnit. Eapropter, ait Aug. lib. 22. ciuit. ca. 7. persuadebatur veritas noua *August.*
consuetudini, non contraria rationi. Hic nihil turpe, ac flagitiosum „
spectandum, vel imitandum proponitur: sed præcepta Dei insinuantur,
aut miracula narrantur, vel Dei dona laudantur, aut beneficia postulantur.
Si quid supernaturale docet, id non contra, verum supra naturam est.
Nullus erret; nec minimum mendacium in ea continetur. Contra verò
leges, & doctrinę, quas infideles ipsi tradiderũt, valde sunt irrationabiles.
Nulla enim est secta gentilium, quæ aliquid ipsi naturæ, ac rectæ rationi,
ipsique veritati repugnans non contineat; vt patet ex Theodoreto conc. *Theod.*
9. de legibus; & alijs historijs.

16. Insuper vis, & efficacitas nostræ doctrinæ. Nostra siquidem fides, 8.
& sacra doctrina voluntatem mouet, intellectum illuminat, hominem
ad Deum erigit, omnia caduca contemni facit. Hinc dicitur Ps. 18. *Lex* *Psal.* 18. *v.*
Domini immaculata, conuertens animas; testimonium Domini fidele, sapientiam *8.*
præstans paruulis. Et ad hebr. 4. *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & pene-* *Heb.* 4. *v.*
trabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, 12.
compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum
cordis.

17. Nonò, stabilitas, constantia, perpetuitas, & antiquitas nostræ 9.
fidei, ac religionis. Nulla enim est alia religio tantæ antiquitatis, tantæque
durationis: vtpote quæ ab initio mundi cœperit, & in æternum perma-
neat; secundum illud Mat. 16. *Portæ inferi non praualebunt aduersus eam.* *Mat.* 16.
Nulla vis, nulla persecutio, nulli reges, Imperatores nulli, etiamsi poten- *v.* 18.
tissimi eam euertere potuerunt. Nullum imperium, nullum regnum etiam
armis, opibus, ac militibus munitissimum tam diu durare potuit. Magni
facit Aug. hoc argumentum lib. de vtilitate credendi ca. 17. Dubitamus, *August.*
inquit, nos eius Ecclesiæ credere gremioque vsque ad confessionem gene- „
ris humani ab Apostolica sede per successiones Episcoporum, frustra hære- „
ticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorũ „
grauitate, partim etiam miraculorum majestate damnãtes, culmen auctori- „
tatis obtinuit: Et cap. 14. Credidi, inquit, famæ vetustate roboratæ. Et „
lib. cont. Episto. Manichæi, quam vocant fundamenti, cap. 4. Tenet me in „
Ecclesia, ab ipsa sede Petri Apostoli, vsque ad præsentem Episcopatum, „
successio sacerdotum: tenet auctoritas vetustate firmata. De hac fortitu- *Leo.*
dine, & constantia loquitur etiam Leo Papa 1. de Epipha. Dom. ser. 6. cap. *Theod.*
3. Et Theodore. conc. 9. aduersus græcos.

18. Denique aduersariorum approbatio. Nam ipsi infideles, Christia- 10.
norum vitam, & religionem attendentes, eam probant, vt constat ex
Plinio secundo lib. 10. epist. 317. 318. ex Tertul. in apolog. cont. gentes *Plin.*
cap. 2. ex Euseb. Cæsar. lib. 3. hist. cap. 27. & lib. 4. cap. 26. Vtinam & *Tert.*
nos iuxta fidei, & religionis nostrę exigentiam viueremus; profectò vita *Euseb.*
nostra tunc esset efficax ad conuersionem Infidelium; iuxta illud Matth. 5. *Mat.* 5.
Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glori- *v.* 16.

ficent

cent patrem vestrum, qui in cœlis est. His, atque alijs argumentis, euangelij, & fidei nostræ doctrina ostendetur esse credibilis, secundum illud ps. 91. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.*

Psa. 92. v. 7.

19. Porro vt finiam quæ de medio Euangelij dicenda videntur, breuiter hic est notandum in genere septem esse locos theologicos, hoc est, sedes, notas, seu domicilia, è quibus Theologi suas argumentationes educunt, & colligunt, siue ad confirmandam veritatem, siue ad refellendam falsitatem. Primus est auctoritas scripturæ sacræ, quæ libris canonicis continetur. Secundus est auctoritas traditionum Christi, & Apostolorum, quæ dicuntur viuæ vocis oracula: eo quod minimè scriptæ sint: sed de aure in aurem ad nos peruenerunt. Tertius est auctoritas conciliorum præsertim generalium, in quibus Ecclesiæ totius auctoritas residet. Quartus, authoritas Ecclesiæ Romanæ, seu Apostolicæ, ac authoritas determinationum sanctæ sedis Apostolicæ, ac decretorum summorum pontificum. Quintus, est authoritas veterum patrum, & antiquorum doctorum theologorum. Sextus, est authoritas doctorum scholasticorum; quibus periti iuris pontificij merito possunt adiungi. Septimus, est ratio naturalis, seu ingenij tantum lumine inuenta, siue auctoritas philosophorum; quibus Cæsareos iurisconsultos, cum humanis historijs addimus. In his delitescunt omnia argumenta theologica, & ex his in lucem eruūtur. Est tamen aliquod discrimen. Etenim quę ex sex primis locis eliciuntur, sacræ doctrinæ, ac theologiæ propria sunt: quæ vero ex septimo desumuntur, adiectitia sunt, & velut ex alieno emendicata. Siquidem genus argumentandi per authoritatem, theologi proprium est: per rationem vero philosophi. Et in hoc à reliquis disciplinis theologia differt. Hæc de Euangelij medio sufficiant.

Quid sit locus Theologicus.

Loci Theologici. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

De Euangelij ineuitabilitate, hoc est, Euangelium esse infallibilis, certissimaque veritatis, seu, quæ continentur Euangelio infallibiliter sic futura, vt prænunciantur.

CAPVT 6.

Quinta Euangelij excellētia.

QVINTA Euangelij præstantia à necessitate, & ineuitabilitate attenditur. Fient enim absque vllo dubio, & euenient omnia, quæ dicit Euangelium, siue de malis, & eorum punitione, miseria, & perditione: siue de bonis, deque eorum retributione. Mat. 24. *Cælum, & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt.* Vnde Chrysost. hom. 1. in Mat. dicit ea, quæ a piscatoribus annunciata sunt, esse firma, & penitus immobilia. Et Aug. in psal. 39. omnia (inquit) quæ prædixit Dominus noster, partim

Mat. 24. v. 35. Chrysost. August.

partim facta cognoſcimus; partim futura ſperamus; cuncta tamen complebuntur; quia veritas hæc dicit. Attendite ſcripturas noſtras: ſi aliquid fefellerunt, ſi aliquid dixerunt, & aliter accidit, quam dixerunt. Neceſſe eſt vt vſque in finem ſic fiant omnia, quemadmodum dixerunt. Et in pſal. 62. Stultus eſt (inquit) qui non vult credere pauca quæ reſtant ventura, cum videat tam multa impleta eſſe, quæ tunc non erant, quando prædicebantur. In pſa. 66. & 73. fusè docet omnia, quæ prædicta ſunt vel impleta, vel implenda; & hoc varijs exemplis declarat. *Auguſt.*

2. Porro hoc quoque de veteri teſtamento verum eſt, vt aſſerit Chriſtus Mat. 5. *Iota vnum* (inquit) *aut vnus apex, non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Et Petrus actor. 1. *Oportet impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid.* Et Aug. ſer. 20. de verbis Domini: Attendite, ait, ſcripturas ſanctas, ſi aliquid fefellerunt, ſi aliquid dixerunt, & aliter accidit quam dixerunt. Neceſſe eſt vt vſque ad finem ſic fiat, quemadmodum dixerunt. Et multis interiectis; quod promiſſum eſt, ſine dubio dandum eſt: ſed adhuc retro eſt; non dabitur modò, ſed dabitur poſtea. Videte iam quanta data ſint. Quis illa vel enumerare præualet? de omnibus enim rebus, quæ nobis in ſcripturis diuinis promiſſæ ſunt, vna tantummodo remanſit. Deus enim, qui nobis in tantis rebus verum dixit, in vna nos fallit? Scriptum eſt de Eccleſia, quia erit; & videtur quia eſt. Scriptum eſt de idolis, quia non erunt; & videtur quia non ſunt. Scriptum eſt, quia perdituri erant Iudæi regnum; & videtur. Scriptum eſt de hæreticis, quia futuri erant; & videtur. Scriptum eſt & de die iudicij; ſcriptum & de præmijs bonorum & de pœna malorum: Nemo ſe circumueniat. Quomodo illa omnia venerunt, quæ promiſſa ſunt: ſic & dies iudicij, & malorum pœna & iuſtorum præmia, ſine vlla dubitatione ventura ſunt. *Mat. 5. v. 18. Act. 1. v. 16. Auguſt.*

3. Idipſum confirmat Aug. lib. 12. De ciuitat. in fine cap. 9. Dicens ſanctam ſcripturam mirablem auctoritatem non immeritò habere in orbe terrarum, atque in omnibus gentibus; quas ſibi eſſe crediturus, inter cętera quæ dixit; vera diuinitas prædixit. Et in fine cap. 10. ſic habet: Porro ſi hęc epiſtola, Alexandri, quæ maximè innotuit, multum abhorret in ſpatijs temporum à probabili fide rerum; quanto minus credendum eſt illis litteris, quas plenas fabuloſis velut antiquitatibus proferre voluerunt, contra auctoritate notiſſimorum, diuinorumque librorum, quæ totum orbem ſibi crediturum eſſe prædixit, & cui totus orbis, ſicut ab ea prædictum eſt, credidit: quæ, vera ſe narraſſe prætenta, ex his quæ futura prænunciauit, cum tanta veritate implentur, oſtendit. Ad eundē modum Greg. Ho. 1. in Euangelia; ex eo colligit futura, quæ prædicta ſunt; quia quædā impleta ſunt. Cum multa, inquit, prænunciata iam completa ſint; dubium non eſt, quin ſequantur etiam pauca, quæ reſtant: quia ſequentium rerum certitudo, eſt præteritarum exhibitio. Ita Greg. Inuictiſſimæ igitur auctoritatis eſt ſcriptura diuina. Hinc dicit Dominus pſal. 88. *Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita* *Auguſt. Auguſt. Greg. Pſa. 88. v. 34.*

Quod Euangelium ſit vtile.

CAPVT 7.

Sexta Euangelij excellẽtia.

SEXTA Euangelij dignitas, ad eius vtilitatem pertinet. Omnis enim ſcriptura diuina, eſt tota, & ſecundum omnes ſuas partes, etiam minimas, vtilis: nec quidquam in ea abundans, otioſum, ſterile, aut aridum eſt. 2. *Tim.* 3. *v.* 16. Vnde Apoſtolus 2. ad Timot. 3. *Omnis* (inquit) *ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* Deinde noſtra hæc ſcientia docet, delectat, & mouet, non minus, quam alia quæuis: immo *August.* magis. Aug. epiſt. 5. docet Euangelicam legem reipublicæ moribus non aduerſari; ſed eſſe & omnium hominum ſtatui vtiliſſimam, & magnam reipublicæ ſalutem: vitia autem quæ accidunt, hominum eſſe, non doctrinæ. Aliæ verò ſcientiæ dici totæ vtiles non poſſunt; eo quod magna earum pars *Baſil.* in rebus vanis, & inutilibus, parui, aut nullius momenti conſumatur. Baſil. ep. 79. ad Euſtathium Epiſcopum Sebaſtæ paulo poſt initium, ex ſe docet quam vtilis ſit Euangelij lectio; quoniam in virum alium per eam mutatus eſt. Et hom. 10. Hexame. tradit per Euangelia nos ad Dei ſimilitudinem effingi: aſſerere vel verbum in ſcriptura ſacra inueniri otioſum, intolerandam prorſus, & grauem eſſe blaſphemiam: illamq; nihil in aream proferre *August.* otioſum quod ſit, aut redundans. Aug. epiſt. 1. cupiens Voluſianum ad Chriſtum conuertere, diuinas ſcripturas eundem legere hortatur. Hanc enim eſſe viam ad fidei Chriſtianæ veritatem exiſtimauit: Hortor (inquit) vt valeo, vt literarum verè, certèque ſanctarum ſtudio, te curam non pigeat impendere. Sincera enim, & ſolida res eſt. Et paulo inferius: Multum mouet non verborum, ſed rerum auidum; & multum terret factura ſecurum. Præcipuè Apoſtolorum linguas exhortor vt legas.

Quę in primis diuinarum ſcripturarum legendę ſunt. Sacra lectio in melius hominem mutat. *Ro.* 13. *v.* 13.

2. Quam ipſi Auguſtino vtilis fuerit diuinarum ſcripturarum lectio, & quos in eo effectus produxerit, & qualem eum reddiderit; docet ipſemet paſſim lib. 8. confeſ. ſed præcipuè cap. 12. vbi poſt alia multa dicit: Itaque concitus redij ad eum locum vbi ſedebat Alipius: ibi enim poſueram codicẽ Apoſtoli, cum inde ſurrexeram, arripui, aperui, & legi in ſilentio capitulum quò primum coniecti ſunt oculi mei: *Non in commeſſationibus, & ebrietatibus &c.* Nec vltra volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine huius ſententiæ, quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo, omnes dubitationis tenebræ diffugerunt &c. tranquillo iam vultu indicaui Alipio.

Athan. August. Hiero.

3. Quantum etiam magnus ille Antonius Abbas ex Euangelij recitatione, quam audiuit in Eccleſia, cum miſſæ intereſſet, profecerit; Athanaſius in eius vita teſtatus eſt, & poſtea etiam retulit Aug. lib. 8. conf. cap. 12. De hac eadem re plurima ſunt in Aug. in Hieron. & in alijs patribus.

4. Aug.

4. Aug. lib. 13. confes. cap. 14. de scriptura diuina loquens ait; Neque „
enim nouimus alios libros ita destruentes superbiam, ita destruentes ini- „
micum, & defensorem resistentem reconciliationi tuæ, defendendo pec- „
cata sua: non noui, Domine, alia tam casta eloquia, quæ sic mihi persua- „
derent confessionem, & lenirent ceruicem meam iugo tuo, & inuitarent „
colere te gratis. Et epist. 3. his verbis docet scripturam diuinam omnibus „
esse vtilem: Modus, inquit, ipse docendi, quo sancta scriptura contexitur, „
quam omnibus accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis; ea quę aperta „
continet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum, at- „
que doctorum: ea verò quæ in mysterijs occultat, nec ipsa eloquio superbo „
erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula, & inerudita, quasi pau- „
per ad diuitem; sed inuitat omnes humili sermone, quos non solum ma- „
nifesta pascat; sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis, quod in „
reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus operta desi- „
derantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter inti- „
mantur. His salubriter & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & ma- „
gna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui vel „
errando eam nescit esse saluberrimam, vel odit ægrotando medicinam. „

5. Et lib. 9. de ciuit. Dei, cap. 5. Scriptura diuina, inquit, Christiana *August.*
eruditio continetur. Deo quippe ipsa mentem subijcit regendam, & iuuan- „
dam; mentique passiones ita moderandas, atque frænandas, vt in vsum „
iustitiæ conuertantur. Et lib. de vera religione cap. 51. diuinarum scriptu- „
rarum consideratione, & tractatione pasci, & potari affirmat animum, vanę „
curiositatis fame, ac siti fessum, necnon æstuantem, & inanibus phantas- „
matibus, tanquam pictis epulis frustra refici, saturarique cupientem. Hunc „
testatur verè liberalem, & ingenuum esse ludum, quo salubriter erudiamur: „
hîcque illam sapientiam, quæ pertendit à fine, vsque ad finem fortiter, & „
disponit omnia suauiter, inueniri, ac videri. Et ser. 1. de verb. Apost. dicit, *August.*
sancta, & diuina eloquia nobis salubriter quotidie recitari, vt animę nostræ „
pascantur. lib. 1. de ser. Domini in monte cap. 22. dicit non propter hoc *August.*
nos diuinam scripturam debere odio habere, quod peccatis nostris eam „
aduersari sentiamus: sed magis diligere correptionem nostram, & gau- „
dere quod moribus nostris, donec sanentur, non parcat. In psal. 31. Illa „
aqua, hoc est, doctrina, quæ docet confiteri Domino, quæque docet hanc „
vocem: Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitiam meam Domino; & „
illam; Ego dixi, Domine miserere, sana animam meam, quoniam peccaui „
tibi: hæc aqua confessionis, humiliationis cordis, vitæ salutaris, abijcien- „
tis se, nihil de se præsumentis, nihil suæ potentiæ superbè tribuentis, in „
nullis alienigenarum libris est; non in epicureis, non in Stoicis, non in Ma- „
nichæis, non in Platonicis. In libris Philosophorum inueniuntur optima „
præcepta morum, & disciplinæ: humilitas tamen ista non inuenitur. Via „
humilitatis huius à Christo venit, aliunde non manat. „

6. Similia habet lib. 7. conf. cap. 20. concione 2. de 2. parte psal. 90. *August.*

dicit quod ſcripturæ diuinæ nos ad benè viuendum hortentur. Lib. 11. de ciuit. Dei cap. 3. dicit ſcripturam canonicam de his eſſe rebus, quas igno-
August. rare non expedit, nec per noſipſos noſſe idonei ſumus. lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 5. ſcriptura diuina morbis humanarum voluntatum ſubueniri teſtatur, & in illa Dei voluntatem, inueniri. cap. 9. dicit in illa inueniri Dei voluntatem, fidem, moreſque viuendi, ſpem ſcilicet, atque charitatem. lib.
August. 19. de ciuit. Dei cap. 18. ex ſcripturis (inquit) ſanctis veteribus, & nouis quas canonicas appellamus, fides ipſa concepta eſt. ſer. 30. de temp. homines (ait) diuinis literis inſtruuntur ad ſalutem. lib. 11. contra Fauſtum cap. 5. habet quod ſcriptura diuina imperitiæ humanæ regat infirmitatem. lib. 4. de doctrina Chriſt. cap. 6. literas (ait) ſacras nobis erudiendis, & ab hoc ſæculo prauo, in beatum ſeculum transferendis, prouidentia diuina prouidit. lib. 6. conf. cap. 5. dicit neceſſariam eſſe ſanctarum literarũ aucto-
Delectat. ritatem, ad inueniendam liquida ratione veritatem. In pſal. 38. Quidam hic viuunt in gaudijs quibuſdã ſpiritualibus. Hæc vnde ſunt adhuc ambulantib⁹ ſuper terrã, niſi ex diuinis eloquijs, ex verbo Dei, ex parabola aliqua ſcripturarum ſcrutata, & inueſtigata, ex dulcedine inuentionis, quam præceſſit labor inquiſitionis? ſunt quædã delitię ſanctæ, & bonæ in libris; quæ non ſunt in auro, & argento, in epulis, atque luxuria; in venationibus & piſcationi-
Pſa. 118. bus, in ludo & ioco, in theatricis nugis, in affectandis, & apprehendendis
v. 85. ruinoſis honoribus. *Narrauerunt mihi iniqui delectationes: ſed non vt lex tua.*

7. Ser. 112. de temp. adhuc (inquit) bonum habemus ſolatium, diuinarum lectionem ſcripturarum; quia ſacrarum lectio ſcripturarum diuinæ eſt præcognitio non parua beatitudinis. In his enim quaſi in quodam
Purificat. ſpeculo homo ſeipſum conſiderare poteſt, qualis ſit, vel quo tendat. Lectio aſſidua purificat omnia, timorem incutit gehennæ, ad gaudia ſuperna cor inſtigat legentis. Qui vult cum Deo ſemper eſſe, frequenter debet orare, & legere; nam cum oramus, ipſi cum Deo loquimur; cum verò legimus, Deus nobiſcum loquitur. Geminum confert donum lectio ſanctarum ſcripturarum, ſiue quia intellectum mentis erudit; ſeu quia à mundi vanitatibus abſtractum hominem ad amorem Dei perducit. Labor honeſtus eſt lectionis, & multum ad emundationem animi proficit. Sicut enim ex carnalibus eſcis alitur caro: ita ex diuinis eloquijs interior homo nutritur, &
Pſa. 118. paſcitur, ficut Pſal. ait: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine,*
v. 102. *ſuper mel, & fauum ori meo.* Sed ille beatiſſimus eſt, qui diuinas ſcripturas vertit in opera. Omnes planè ſcripturæ ſanctæ ad noſtram ſalutem ſcriptæ ſunt, vt proficiamus in eis in veritatis agnitione. Sæpius cæcus offendit, quam videns; ſic ignorans legem Dei ſæpius ignoranter peccat, quam ille qui ſcit. Sicut cæcus ſine ductore, ſic homo ſine doctore viam rectam vix graditur. Et ideò quicunque lectiones ſacras legere, & intelligere poſſunt, in his ſtudium impendant; vt earum frequenter meditatione vtantur.

August. 8. Lib. 2. de doctri. Chriſt. cap. 42. Quantum (inquit) minor eſt
Compara- auri, argenti, veſtiſque copia, quam de Ægypto ſecum ille populus abſtu-
tio diuinæ lit; in

lit, in comparatione diuitiarum, quas postea Hierosolymæ consecutus est, quæ maximè in Salomone rege ostenduntur; tanta fit cuncta scientia, quæ quidem est vtilis, collecta de libris gentium, si diuinarum scripturarum scientiæ comparetur. Nam quidquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur: si vtile est, ibi inuenitur. Et cum ibi quisque inuenerit omnia, quæ vtiliter alibi didicit; multò abundantius ibi inueniet ea, quæ nusquam omnino alibi, sed in illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate discuntur. Est apud Aug. ser. 56. ad fratres, in quo auctor ad sacrarum scripturarum lectionem, & meditationem hortatur, eo quod in illis animæ refectio contineatur.

scripturæ cum profana.

August. Reficit animam.

9. Ambros. præfat. in explanationem Euangelij secundum Lucam, declarat in scripturis diuinis, illa etiam inueniri, quæ miranda sapientes mundi putant. Hiero. ep. ad Iulianum, asserit in sanctis scripturis, veram esse vulnerum medicinam, dolorumque certa remedia. Et in illud Nahum 3. (*aquam obsidionis hauri tibi*) de sermone Dei dicitur (inquit) vt circundet sibi quasi murum firmissimum, scripturarum doctrinam. Et alibi dicit, quod sermo rudis, ad cor penetret: politus verò aures pascat.

Ambros.

Hiero. Medetur vulneribus, & doloribus. Munit vt murus.

10. Nicephor. lib. 1. hist. ca. 22. In omni arte (inquit) & disciplina necesse est finem, & vtilitatem eius cognoscere, si quidem non ociosè, & quasi aliud agens quispiam doctrinæ ei incumbere velit: sicuti igitur in alijs, ita in hoc quoque studio, eos qui ex præscripto Euangelij vitam sibi agendam constituerunt, finem eius inprimis, videlicet quænam vtilitas, eos, qui per id ad perfectionem consequendam aspirant, consequatur, scire conuenit. Itaque quemadmodum doctori omni ille finis propositus est, vt discipulum quoad eius fieri potest, disciplinæ communicatione sibi reddat persimilem: Itidem præceptori Christo Iesu, qui re vera summè bonus est, constitutum scilicet est, quantum humana permittit conditio & fragilitas, vnumquemque per Euangelium ad se accedentem sibi ipsi conformare, atque ita conformatos filios suo exhibere patri, & hęredes quidem Dei, cohæredes verò per eam adoptionem, quæ gratiâ obtigit, ipsius vnigeniti, & primogeniti Iesu Christi, constituere. Quapropter ad hunc tam magnum, & mirificum euangelij finem, & tam insignis adoptionis honorem spectantes, vnumquodque seorsim præceptum eius ad animum adducere, & penitus perspicere debemus. Horum siquidem aliqua rationalem animæ partem repurgant, longèque ignorantiam, inscitiamque omnem exigentia, quidquid est in rationis nostræ cogitationibus vanitatis, abijciunt, atque repellunt; & pro eis cognitionem Dei amantem, Deoque gratam prudentiamque cum ratione recta inducunt. Quædam verò ferociores animi affectus ordinant, atque constituunt: incompositos enim, inobedientes, & rebelles quasi catenis constringunt; iramque, & vociferationem vehementiorem, atque deformiorem omnem. Præterea blasphemiam, & maledictionem, vel diminuentia, vel prorsus eximentia, tollunt: morem verò mitem, & mansuetum, animumque æquum, &

Nic.

„ fortem ritè, atque ordine omnia exequentem, substituunt. Nonnulla „ autem cum cura, & diligentia seruata, partem animæ cupiditati obnoxiam „ erudientia, componunt : stuprum, omnemque aliam impuritatem, & „ immunditiem, & (vt vno verbo simpliciter dicam) omnem cordis malam „ affectionem, atque perturbationem abolent, & extinguunt : puritatem „ verò, sobrietatem, temperantiam, pudorem, omnique appetitu malo „ carentem constantiam; denique innocentiam, & munditiem, atque omni „ carnis simul, & spiritus contaminatione, & inquinamento vacuam casti- „ tatem, introducunt. Hæc Nicephor.

11. In sanctæ Ceciliæ vita legitur inter alia virtutum, & laudum eius præconia, quod Euangelium Christi semper in pectore gestaret; quia nimirum de ijs, quę in Euangelio tradita sunt, frequenter meditabatur, eaque ratione maximos in virtute progressus fecit, atque ad excellentem perfectionis gradum peruenit. Res profectò vtilissima est attenta Euangelij lectio, & frequens eius meditatio. Nusquam enim sic doceri possumus, & armari contra vana, & caduca mundi huius blandimenta; contra tribulationes, & aduersa quæcunque; contra hostium tentationes, & vitia; sicut in vita Domini nostri Iesu Christi. Ex cuius assidua, frequentique meditatione anima in quandam ipsius Redemptoris familiaritatem, confidentiam & amorem adducitur, ita quod alia vilipendat, & contemnat. Inde etiam Christi seruus multo fortior efficitur : & quid facere, aut vitare debeat instruitur. Quod meditatio vitæ Christi seu Euangelij, mentem aduersus omnia vana stabiliat, & corroboret; beatæ Ceciliæ docet exemplum, quæ sic Euangelio cor suum repleuerat, & muniuerat; vt vana in illud ingredi non possent. Nam in ipsa nuptiarum pompa, ludentibus organis, stabili corde soli Domino decantabat, dicens : Fiat cor, & corpus meum immaculatum vt non confundar.

12. Quod animum contra omnes tribulationes & aduersa fortificet; euidens est in martyribus, & alijs sanctis. Illorum fortitudinē hinc oriri testatur Ber. ser. 61. in cant. cum ait : Quid non boni in petra? in petra exalta-
Bern.
„ tus; in petra securus; in petra firmiter sto, securus ab hoste, fortis à casu; „ & hoc quoniam exaltatus à terra. Anceps est enim & caducum, terrenum „ omne. conuersatio nostra in cælis sit; & nec cadere, nec deijci formidemus. In cœlis petra, in illa firmitas, atq; securitas est. Petra refugium herinaceis.
Psal. 103. *v.* 19.
Et reuera vbi tuta, firmaque infirmis securitas, & requies, nisi in vulneribus Saluatoris? tanto illic securior habito, quanto ille potentior est ad salu„ andum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus insidiatur; non cado. Fundatus enim sum supra firmam petram. Et post multa : Idcirco denique audit, Columba mea in foraminibus petræ; quòd in Christi vulneribus tota
Can. 2. *v.* 14.
„ deuotione versetur, & ingi meditatione demoretur in illis. Inde martyrij „ tolerantia, inde illi magna fiducia apud Deum altissimum. Non est quod „ vereatur martyr exanguem liuidamque leuare ad eum faciem, cuius liuore „ sanatus est. Et infra: ostende mihi faciem tuam. Vult ergo videri, vult be-

nignus

nignus dux deuoti militis vultum, & oculos in sua sustolli vulnera, vt illius " ex hoc animum erigat, & exemplo sui reddat ad tolerandum fortiorem. " Enimuero non sentiet sua, dum illius vulnera intuebitur. Stat martyr tri- " pudians, & triumphans toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, " non modò fortiter, sed & alacriter sacrum è carne sua circumspicit ebullire " cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, " nempe in visceribus Iesu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. " Si in suis esset visceribus; scrutans ea ferrum profectò sentiret; dolorem " non ferret; succumberet, & negaret. Nunc autem in petra habitans; quid " mirum si in modum petræ duruerit? Sed neque hoc mirum, si exul à cor- " pore, dolores non sentiat corporis. Neque hoc facit stupor, sed amor. Sub- " mittitur enim sensus, non amittitur. Nec deest dolor: sed superatur, sed " contemnitur. Ergo ex petra martyris fortitudo; inde planè potens ad bi- " bendum calicem Domini. Hæc Ber. "

13. Inde est etiam, quod non solum martyres, sed etiam confessores in tribulationibus, aduersitatibus, penurijs, infirmitatibus & miserijs non solum patientiam habuerint, sed etiam hilares extiterint. Quotidie etiam hoc videre licet in ijs qui sanctam, & nouam vitam auspicantur.

14. Nos quoque docet, & instruit quæ agenda sunt, & fugienda, vt nec hostes, nec vitia nos fallere possint. Nam in Euangelio, & vita Christi, virtutum omnium perfectio reperitur. Vbi enim perfectum charitatis, paupertatis, humilitatis, orationis, sapientiæ, mansuetudinis, obedientiæ, patientiæ, cæterarumque virtutum exemplar, atque documentum, præterquam in Euangelio inuenitur? Audite quid Ber. in fine ser. 22. super cant. *Bern.* de hac re dicat: Quid vobis (inquit) cum virtutibus, qui Dei virtutem " Christum ignoratis? vbinam quæso vera prudentia, nisi in Christi doctri- " na? vnde vera iustitia, nisi de Christi misericordia? vbi vera temperantia, " nisi in Christi vita? vbi vera fortitudo, nisi in passione Christi? Soli ergo qui " eius doctrina imbuti sunt, prudentes dicendi sunt. Soli iusti, qui de eius " misericordia veniam peccatorum consecuti sunt. Soli temperantes, qui " eius vitam imitari student. Soli fortes, qui eius patientiæ documenta for- " titer in aduersis tenent. Incassum proinde quis laborat in acquisitione " virtutum, si aliunde eas sperandas putat, quam à Domino virtutum; cuius " doctrina seminarium prudentiæ; cuius misericordia, opus iustitiæ; cuius " vita speculum temperantiæ; cuius mors insigne est fortitudinis. Ita Bern. Christum ergo qui sequitur, & imitatur, errare, & falli non potest: cor autem nostrum ad virtutes eius imitandas, & adipiscendas ex frequenti lectione, ac meditatione Euangelij accenditur & animatur.

15. Postremò qui diligenter in Euangelij lectione, & meditatione versantur, non solum virtutibus exornantur; sed etiam ad eum modum illuminantur; vt à veris falsa discernant, & magna, profundaque Dei cognoscant; cum alioqui simplices, & illiterati sint. Horum enim nonnulli ex familiari vitæ Christi meditatione, ad magnam virtutũ copiam, ad excelsum

perfe-

perfectionis gradum, ad luculentam scripturarum intelligentiam, & ad perspicacem fallaciarum hostis, & vitiorum, notitiam peruenerunt. Ex dictis perspicuum est, quantus sit Euangelij fructus, & ad quæ vtile sit Euangeliũ.
Ro.15.v.4. Quod etiam Apostolus ad Rom. 15. docet cum ait: *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scriptura-*
Psa. 118. *rum spem habeamus.* Et Dauid ps. 118. *In quo corrigit adolescentior viam suam?*
v.9.11.14. *in custodiendo sermones tuos. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitijs.*

16. Habemus ex diuina scriptura quæ ad salutem necessaria sunt, teste
Io. 20. v. Ioanne cap. 20. Euangelij sui cum ait: *Hæc autem scripta sunt, vt credatis,*
31. *quia* IESVS *est Filius Dei; & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* Benè ac rectè ex ea viuere discimus, non solum didacticos, sed etiam per
Ia.5.v.10. exempla. Iacobus enim epist. suæ cap. 5. exemplo Iob, & Prophetarum ad
Iac. 2. v. patientiam hortatur. cap. 2. exemplo Abrahæ, & aliorum, ad fidem viuam.
26. Et Pet. cap. 3. epist. suæ prioris Saræ exemplo, mulieres ad obedientiam,
1. Pet. 3. & modestiam excitat. Sic etiam Paulus ad Hebræos 11. Itaque videndum
v. 6. ne scripturam in nostram perniciem, sicut illi de quibus 2. Pet. 3. conuer-
Heb. 11. tamus.

2. Pet. 3. 17. Hactenus de ijs Euangelij excellentijs egimus, quas nouo, & veteri
v. 16. testamento communes esse perspicuum est; nec in ijs à lege, & prophetis distinctum est Euangelium: sed æqualis sunt auctoritatis, præstantiæ, & dignitatis, nempe in auctore, lumine, certitudine, medio, ineuitabilitate,
Trid. & fructu. Atque ita concilium Trident. ses. 4. ait omnes libros sacros ab Ecclesia pari pietatis affectu, & reuerentia suscipi: eo quod vnus, & idem sit auctor omnium, nempe Deus.

De immediato Euangelij auctore.

CAPVT 8.

EXCELLENTIÆ nunc, & prærogatiuæ sequuntur, quæ sic Euangelio conueniunt, vt veteri testamento minimè: & ex quibus Euangelij discrimen à lege, & Prophetis cognoscitur. Septima igitur Euangelij excellentia, quæ est prima Euangelij à lege, & Prophetis differentia, ex parte immediati auctoris sumitur. Mediatus enim auctor veteris, ac noui testamenti, vnus, ac idem est, nempe Deus, & Spiritus Sanctus. At verò immediati auctores veteris testamenti sunt Prophetæ: Euangelij autem, ipse Filius Dei Christus Iesus. Nam Euangelica lex à Christo vero Deo, & vero homine, Patris æterni vnigenito immediatè data est: vetus autem lex à Deo mediatè, non immediatè data fuit, & quidem per duplicem gradum ministrorum, videlicet per Angelos, & per Moysen. Deo enim iubente, ac destinante, Angelus Moysi locutus est; & Angelo ex parte Dei iubēte, Moyses legem

Septima Euangelij præstantia. Prima Euangelij à lege differentia.

legem ab Angelo immediatè acceptam hebræis proposuit: nec vnius duntaxat Angeli ministerio, sed plurium, lex vetus data est. Iuxta illud Apostoli
ad Gal. 3. *Lex propter transgressionem posita est, ordinata per Angelos in manu* *Gal.* 3. *v.*
mediatoris. Hinc Stephanus act. 7. ait: *Accepistis legem in dispositione Angelo-* 19.
rum, & non custodistis. *Act.* 7. *v.*

2. Ex parte ergo legislatoris, lex Euangelica Mosaicam perfectione, 53.
dignitateque superat. Vnde Iob. 36. *Nullus ei similis in legislatoribus.* Isaiæ *Iob.* 36. *v.*
33. *Dominus legifer noster.* Et Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus* 22.
filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. *Isa.* 33. *v.*

3. Apertè hoc discrimen ponit Apostolus ad Heb. 1. cum ait: *Multifa-* 22.
riam multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis *Io.* 1. *v.* 18.
locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & *Heb.* 1. *v.*
secula. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæredi- 1.
tauit. Et cap. 2. *Propterea abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus,* *Heb.* 2.
ne forte perefluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & *v.* 1.
omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum initium accepisset enarrandi per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante
Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus. Et cap. 3. *Amplioris enim gloriæ* *Heb.* 3. *v.*
ipse præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fa- 3.
bricauit illam. &c.

4. In quibus Apostoli verbis tria hæc notanda sunt. Primum, quod vtriusque testamenti, vnus, ac idem sit mediatus auctor. Secundum, quod Apostolus nouum testamentum à veteri, per auctorem eius immediatum distinguat. Tertium, quod Christum immediatum Euangelij auctorem, non solum Moysi, omnibus Prophetis, & hominibus; sed etiam omnibus Angelis præferat. Et profectò Christus Dominus, non solum vt est Deus: sed etiam vt est homo, sine comparatione superat, & excellit omnes homines, Angelos, & creaturas, etiam si mille adhuc essent mundi.

5. Cæteras doctrinas, leges, & mandata Deus nobis per os suorum seruorum dedit: Euangelica autem præcepta per vnigenitum filium suum,
quem magistrum, & doctorem in mundum misit: *Et in cuius labijs sparsa* *Psa.* 44. *v.*
fuit gratia Spiritus sancti, ob doctrinæ eius præstantiam. De hac Euangelij 3.
prærogatiua Côc. Trid. ita dicit sess. 4. Euangelium Dominus noster Iesus *Trid.*
Christus Dei Filius proprio ore primum promulgauit.

6. Basilius hom. 16. de eadem scribit in hæc verba: omnis Euangelio- *Basil.*
rum vox, reliquis omnibus Sancti Spiritus præceptis eminentior esse di- „
gnoscitur; quod in alijs per Prophetas seruos: in Euangelijs autem ipse per „
se Dominus nos est allocutus. „

7. Chrysost. hom 1. in Mat. dicit in Euangelio non esse dicta Euan- *Chrysost.*
gelistæ: sed Christi, qui ipsius informator est diciplinæ: Ideoque diligen- „
tius audienda. „

8. Similiter & Theophilac. in cap. 8. epist. ad Heb. ergo (inquit) *Theoph.*

» testamentum hoc nostrum præstat. Et inferius: Quanto & melioris testa-
» menti mediator est. Ostendit, inquit, quemadmodum nouum testamen-
» tum vetere sit potius, id est, Euangelium, cuius & largitor, & mediator sit
» Christus. Is enim nobis, serui forma accepta, Euangelij est minister effectus,
» quemadmodum & Moyses, legis.

Hiero. 9. Inter latinos verò patres, Hieron. lib. 1. aduer. Pelagia. de eodem
» argumento ita scribit: Tu nos Manichæos vocas legi Euangelium præfe-
» rentes: & non intelligis stultitiam tuam impudentiæ copulatam. Aliud est damnare legem, quod Manichæus facit: aliud legi præferre Euangelium, quæ Apostolica doctrina est. In illa enim serui, in hoc præsens Dominus loquitur. Hæc Hiero. vide eundem ad Gal. 3.

Manichęus legem damnat. Euangeliū legi præferendum.

Athan. 10. Ad hoc discrimen allusit Athanas. sub finem epist. de sententia Dionysij aduersus Arianos; Paulus, inquit, in epist. ad heb. eius humanum ministerium cum Moysis ministerio in comparationem mittens, ad istum
» modum locutus est; *Tanto præstantior Angelis factus*; cum certum sit per
» Angelos legem promulgatam, quam Moyses induxit; gratiam autem per
» Iesum Christum Patre suppeditante donatam esse.

Ambros. 11. In eandem sententiam loquitur Ambros. in cap. 1. ad Rom. ad illa verba: *In Euangelio filij eius.* Non, inquit, in eo quod Moyses seruus tradidit: sed in eo quod filius dilectissimus docuit, vt quantum distat seruus à Domino, tantum distet Euangelium à lege: non quod mala sit lex: sed quia melius est Euangelium. Et sermone 13. in psa. 118. *Quoniam tu legem posuisti mihi.* Non per Moysen, non per Prophetas: sed ipse per te, Iesu, *legem posuisti mihi*, hoc est, Euangelium. Eo loci Ambros. Hoc legis, & Euangelij discrimen prophetatum esse intellexit. Ex eodem quoque intelligimus, Euangelium ad Rom. 1. *Filij Dei Euangelium*, quia eum habet immediatum auctorem, appellari.

Euangeliū est prophetatum. Euangeliū cur dicatur Filij Dei. *Ro. 1. v. 9.*

Ambr. 12. Ambros. ser. 29. Euangelium ab hac dignitate multum laudat; atque illud à lege distinguit. Hoc discrimen prænunciatum fuit Deut. 18. cum dicitur: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies* &c.

Deut. 18. v. 15.

Legem datam per Angelos. *Areop.*

13. Legem veterem datam per Angelos confirmat etiam Areopag. lib. de cœlesti hierarchia cap. 4. has diuinas visiones patres nostri perceperunt; per medias cœlestes virtutes; an non & sacram legislationem, eloquiorum
» traditio, velut per se quidem dicit ex Deo Moysi donatam; vt etiam verè
» nos doceat, diuinos eam esse, & sacros characteres? docet autem sapienter
» & hoc Theologia, per Angelos eam in nos prouenire, tanquam diuino le-
» gali ordine, illud legaliter ponente, hoc est, per prima, secunda in diuinum
» reduci. Hæc Dionys.

August. 14. Et Aug. lib. 3. de Trinit. cap. 11. In edictis quidem Angelorum lex
» illi populo data est: sed Domini Iesu Christi per eam disponebatur, & prę-
» nunciabatur aduentus. Et ipse tanquam verbum Dei, miro, & ineffabili
» modo erat in Angelis, in quorum edictis lex ipsa dabatur; per Angelos ergo tunc

tunc Dominus loquebatur; per Angelos Filius Dei &c. suum disponebat „
aduentum &c. Constititque & probabilitate rationis, quantum homo, vel „
potius quantum ego potui, & firmitate auctoritatis quantum de scripturis „
sanctis diuina eloquia patuerunt, quod antiquis patribus nostris, ante incar- „
nationem saluatoris, cum Deus apparere dicebatur, voces illæ, ac species „
corporales, per Angelos factæ sunt, siue ipsis loquentibus, vel agentibus „
aliquid ex persona Dei, sicut etiam Prophetas solere ostendimus: siue assu- „
mentibus ex creatura, quod ipsi non essent, vbi Deus figuratè demonstra- „
retur hominibus &c. Sed ait aliquis: Cur ergo scriptum est: Dixit Domi- „
nus ad Moysen; & non potius: dixit Angelus ad Moysen? Quia cum verba „
Iudicis præco pronunciat, non scribitur in gestis: ille præco dixit; sed ille „
Iudex. Sic etiam loquente Propheta sancto, etsi dicamus, Propheta dixit; „
nihil aliud quam dominum dixisse intelligi volumus. Et, si dicamus, Do- „
minus dixit: Prophetam non subtrahimus: sed quis per eum dixerit, admo- „
nemus &c. vide totum illud caput. „

15. Et Ansel. in cap. 3. ad Gal: lex est ordinata per Angelos, quia non per seipsum Deus, sed per Angelos Moysi loquebatur, & præcepta legis disponebat: & quia in ipsis Angelis Christus erat, qui est mediator Dei, & hominum, ac per eos legem ordinabat; ideò dicitur ordinata per Angelos in manu mediatoris &c. *Ansel.*

16. Et D. Thom. Aquin. ad cap. 3. ad Gal. lex ordinata est per Angelos, id est, ministerio Angelorum; & est data per Angelos; quia lex non debebat dari per Filium, qui maior est &c. Idem habet 1. 2. q. 98. art. 3. *Thom.*

17. Pantaleon Diaco. in encomio sancti Michaëlis apud Surium die 29. Septembris, ait Michaëlem Angelorum ductorem longè maximum, & excellentissimum, fuisse ministrum diuinæ legis datæ in monte Sina. *Panta.*

18. Angeli, nomine Dei verba Dei protulerunt, tanquam Dei legati, & sic Deus per eos loquebatur. Ideoque Deus meritò locutus dicitur, is enim præcipuè loquebatur, dum Angeli eius nomine loquebantur. Hinc etiam fit, quod Angelus in persona Dei loquens vocetur etiam Deus, vt patet Gen. 22. 31. 32. Ozee 12. Ita Gregorius præfat. lib. Iob. cap. 2. & lib. 28. moral. cap. 2. & Iustin. in explicatione quæstionum à gentibus positarum, quæstione 142. & Aug. cap. 11. lib. 3. de Trinit. *Greg.* *Iust.* *Augus.*

19. Multi videntur opinati antiquam legem datam Moysi à filio Dei; quasi antiquis nostris patribus in aëreo corpore apparuerit. Ita Clemens Papa lib. 5. constitutionum Apostolic. cap. 21. Leo Papa epist. 13. ad Pulcheriam. Hilar. lib. 12. de Trinit. Ambros. lib. 1. de fide cap. 5. & lib. de filij diuinitate cap. 8. Iren. lib. 4. cap. 37. 25. Nazian. in tractatu de fide. Auctor quæstionum ad Antiochum quæst. 12. Chrysost. in Gen. 50. 58. Theodoret. quæst. 88. in Genes. Basil. cont. Euno. lib. 2. Athan. ser. 4. contra Arian. & in Apologia de fuga sua, vbi habet illud ipsum verbum patris, quod in consummatione seculorum aduenit, Moysi antea locutum fuisse. Nicephor. lib. 1. hist. cap. 5. Tertul. lib. aduersus Prax. cap. 14. & lib. de *Dei filium patribus locutum.* *Clem.* *Leo.* *Hilar.* *Ambr.* *Iren.* *Nazia.* *Chrysost.* *Theod.*

Basil. *Athanas.* *Niceph.* *Tert.* *Clement.* *Iust.* *Euseb.* *Cyril.* *Hylar.*

lib. de præscript. aduersus hæret. cap. 13. Clem. Alex. Pædag. lib. 1. cap. 7. Iustin. dialogo cum Triphone. Euseb. lib. 1. demonst. Euang. cap. 5. & lib. 5. cap. 9. 13. 18. 19. Cyril. Hiero. catech. 10. 12. 14. Hæc antiqua, sæpiusque repetita opinio, eum, qui cum Patriarchis olim specie Angeli sæpe loquebatur, fuisse Dei filium, qui semper Ecclesiam gubernauit, synodi Syrmiensis contra Arianos decreto est comprobata; quod apud Hilarium in libro de synodis legitur. Verum ex antegressis facilè intelligitur quid ad huiusmodi auctoritates possit responderi, præsertim ex Anselmo, Thom. & August.

De modo, quo datum est Euangelium.

CAPVT 9.

8. Euangelij dignitas. *Chrysost.* 2. Euangelij à lege differentia.

ALIA, eaque valdè singularis Euangelij excellentia sumitur ex modo, quo datum est; quam descripsit insigniter Chrys. hom. 1. in Mat. his verbis: diligenter (inquit) hæc quæ scripta sunt, ponderemus, & discamus quemadmodum vetus lex promulgata sit: quemadmodum & nouum sit conditum testamentum. Quonam igitur tunc modo illa lex data est, & vbi, & quando? Post Ægyptiorum profectò perniciem, in eremo, in monte sina, fumo, & igne ascendente de monte, & tuba terribiliter insonante, & tonitruo crebrius comminante, & coruscante fulgure, & Moyse in ipsam caliginem nubis intrante. In nouo verò non ita. Neque enim in eremo, neque in monte, non cum fumo & caligine, non cum tenebris, & procellis: sed sumente initium die, in domo sedentibus cunctis, multa cum mansuetudine vniuersa fiebant. Si quidem adhuc illis ferocioribus, & effrænioribus humano quodam terrore opus erat, vt solitudine, monte, igni, fumo, tubarum sono, & cæteris talibus. Sublimiores verò, ac perfectiora doceri faciles, & qui iam corporalium intellectum vsu virtutis excesserant, horum, quæ diximus, non egebant. Quod si & super Apostolos factus esse sonus refertur; non propter ipsos tantum, sed ob præsentiam factus est Iudæorum: propter quos & diuisus ille in specie linguarum ignis apparuit. Si enim, post hæc etiam mirabilia, dixerunt quod pleni essent musto Apostoli: quanto magis ista dixissent, si nihil tale vidissent? & in veteri quidem testamento, cum Moses ascendisset in montem, descendit Deus: In nouo verò cum nostra in cælum, imo in ipsum regalem thronum, esset eleuata natura; Spiritus Sanctus descendit de cælo. Et hom. in illud Apostoli, *cum subiecta fuerint illi omnia* &c. Vide, ait, quantum discrimen inter veterem legem, nouamque gratiam: Moses cum ex monte descendisset, primam legem tulit, mandans vt leprosi castris excederent, Nu. 5. Christus verò è monte descendens, protinus leprosum mundat, Mat. 8. Ille morbidos eliminat: hic curam eorum agit. Vterque in montem ascendit; ille vt acciperet: hic vt daret.

Aliter quā lex datum est Euangelium.

Chrysost. *Num.* 5. *v.* 2. *Mat.* 8. *v.* 2.

vt daret. Ille inuenit montem impletum tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbinibus, caligine &c. Hæc ibi Chryſ. „ „

2. Varium hoc loco nouæ legis, à veteri diſcrimen obſeruari poteſt. Vnum eſt, quod Chriſtus, legem Euangelicam laturus, in montem aſcendit quidem, Mat. 5. ſicut & Moyſes antiquam legem accepturus, Exod. 19. ſed Moyſen tenebræ ab oculis turbarum eripiunt: Caligine enim tectus, à Domino legem accepit. Deinde legem, tectus velamine tulit, ne Iudæi in eius faciem intenderent, Exod. 34. & 2. Corinth. 3. Quo ſignificabatur legem illam veterem figuris, & caligine tectam fuiſſe; & quod obſeruatores ſuos ad legiſlatoris viſionem perducere non poſſet. Moyſes enim velatus legem ferens Deum repræſentabat. Chriſtus verò in monte, cum legem promulgans Euangelicam & videat, & videatur; eam oſtendit eſſe nudam, & planam; ſuoſque obſeruatores poſſe ad claram Dei viſionem perducere. Ob priorem differentiam ait Apoſtolus ad Heb. 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum.* Ratione autem poſterioris dicit ad Heb. 7. *Nihil ad perfectum adduxit lex.* Et 10. *Nunquam poteſt accedentes perfectos facere. Habentes itaque fiduciam in Sanguine Chriſti.* &c. Vnde Leo ſer. de feſto omnium ſanctorum; Qui ait, locutus fuerat Moyſi, locutus eſt Apoſtolis, & in cordibus diſcipulorum velox ſcribentis verbi manus, noui teſtamenti decreta condebat, nulla, vt quondam, circumfuſa nubium craſſitudine, neque per terribiles ſonos, atque fulgores populo ab acceſſu montis abſterrito: ſed patente ad aures circumſtantium tranquillitate colloquij, vt per gratiæ lenitatem remoueretur legis aſperitas, & ſpiritus adoptionis auferret formidinem ſeruitutis. Hæc ibi Leo. Sunt & aliæ hic differentiæ, quas patres in modo legem dandi, obſeruarunt. Vide etiam Auguſt. lib. 10. ciuit. cap. 13. 15. & lib. 16. cap. 43. & lib. 18. cap. 54.

Mat. 5. v. 1. *Exo. 19. v. 3.* *Exod. 34. v. 29.* *2. Cor. 3. v. 13.* *Heb. 10. v. 1.* *Heb 7. v. 17.* *Act. 6. v. 1. 19.* *Leo.* „ „ „ „ *Auguſt.*

De Euangelij delegatis.

CAPVT. 10.

NONA Euangelij præſtantia, & tertium Euangelij à lege diſcrimen, eſt quantum ad miniſtros eius delegatos, & commiſſarios in publicando Euangelio: cuius primi prædicatores, inquit Aug. lib. 1. de conſ. cap. 1. Apoſtoli fuerunt: qui Dominum ipſum, & ſaluatorem noſtrorum Ieſum Chriſtum etiam præſentem in carne viderunt. Cuius non ſolum ea, quæ ex ore eius audita, vel ab illo ſub oculis ſuis operata, dicta, & facta meminerant; verum etiam quæ priuſquam illi per diſcipulatum adhæſerant, in eius natiuitate, vel infantia, vel pueritia diuinitus geſta, & digna memoria, ſiue ab ipſo, ſiue à parentibus eius, ſiue à quibuſlibet alijs, certiſſimis indicijs, & fideliſſimis teſtimonijs requirere, & cognoſcere potuerunt: impoſito ſibi Euangelizandi munere, generi humano annunciare curarunt. 9.

9. Euangelij excellẽtia. *Auguſt.* *Euangelij à lege differentia.* „ „ „ „ „

2. Nam Euangelium veterem legem excellit, in auctoritate, & excellentia, etiam ex parte promulgantium; eo quod Euangelij promulgatores in multis sint maiores, & excellentiores Prophetis. Quod testatur ipse Apostolus ad Ephes. 1. dicens: *Secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia.* Et 1. ad Timot. 1. *superabundauit gratia Domini nostri cum fide, & dilectione.* Et ad Rom. 8. *nos ipsi primitias spiritus habentes.*

Eph. 1. v. 7. *1. Tim. 1. v. 14.* *Ro. 8. v. 23.*

Apostoli prophetas in quibus superent.

3. Sed in quibus nouæ legis ministri, antiquis omnibus Prophetis excellentiores fuerint, explicemus. Primò Apostoli omnes, & primi Iesu discipuli, fuerunt Prophetæ, vt sanctus Petrus ostendit, act. 2. ex ca. 2. Prophetæ Ioël. Et quidem de sancto Ioanne Apostolo, quod prophetauerit, ex eius Apocalypsi manifestum est. Diuus Petrus cap. 1. suæ posterioris epistolæ de instante sua morte prophetauit: sicut & S. Paulus 2. ad Timot. 4. Adde quod illi primi Christiani excellentiores erant Prophetæ, quam alij veteres. Quia Dominus semper paratus, & promptus erat ad loquendum per Euangelij promulgatores, cum opus esset; adeò quod non deberent laborare, soliciti esse, & cogitare, quid, & quo modo dicerent, vel responderent, secundum factam ipsis à Christo promissionem Mat. 10. & Lucæ 12. Sic autem in veteribus illis Prophetis non erat. Nam Helisæum Dominus aliquid celauit, vt 4. Reg. 4. scriptum est. Et post completos dies decem quibus Ieremias orabat pro populo, & Domini voluntatem quærebat, Dominus respondit, vt Iere. 42. legimus. Et Propheta Daniel luget, ieiunat, & se affligit per integras tres septimanas, priusquam Domini responsum habeat, vt Danielis 10. videre est. Ad Apostolos autem veniebat Spiritus Sanctus, etiam non vocatus. In dono igitur Prophetiæ præcellunt Prophetas Apostoli.

1. In dono prophetiæ. *Act. 2. v. 17.* *Ioel. 2.* *2. Pet. 1. v. 14.* *2. Ti. 4. v. 6.* *Mat. 10. v. 19.* *Luc. 12. v. 11.* *4. Reg. 4. v. 27.* *Ierem. 42. v. 7.* *Dan. 10. v. 2.*

4. Secundò, ex parte miraculorum, quæ Apostoli faciebant multa, & magna; Act 5. vmbra Petri liberabat omnes ab infirmitatibus suis. Veteres autem Prophetæ, aut nulla fecerunt, vel pauca, & quasi cum difficultate. Tertiò, omnium gentium linguis loquebantur, & eas intelligebant. act. 2.

2. In gratia miraculorũ. 3. In dono linguarum. *Act. 2. v. 6.*

5. Quartò altiora mysteria Apostolis, quam Prophetis reuelata sunt. ad Ephes. 1. id testatur Apostolus cum ait: *Gratia eius superabundauit in nobis in omni sapientia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ.* Imo his ea reuelata sunt, & per eos annunciata, quæ etiam Angeli nesciebant. Vnde Chrys. proœ. commentarij super Ioannis Euangelium; nihil nobis humanum, sed à Spiritus Sancti profundis, & abditis thesauris omnia proloquitur, quæ neque Angeli, priusquam hic diceret, nouerunt. Namque & ipsi nobiscum per Ioannis vocem, & per nos didicerunt, quæ cognouimus. Quod beatus etiam Paulus his verbis significauit: *Vt innotescat nunc principatibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Si igitur principatus, & potestates, Cherubinique, & Seraphin hæc per Ecclesiam didicerunt; planè constat ipsos Angelos summa cum attentione eius sese auditores exhibuisse. Quippe idcirco non parum honoris cõsequimur,

4. In mysteriorum cognitione. *Eph. 1. v. 8.* *Chrysost.* *Ep. 3 v. 10.*

quod

quod nobiscum Angeli didicerint, quæ nesciebant. Et hom. 1. in Ioannem; "
videamus quid loquitur, quam aggreditur disputationem &c. Verum aliud "
narrante audiemus. Hoc est, quæ in cœlo sunt, & quæ nemo vnquam ante- "
hac intellexit. Talem enim, & tam profundam doctrinam, vitam optimam "
& philosophiam ad nos adfert, qualem credibile est ab ipsis Spiritus Sancti "
thesauris accepisse, tanquam modò ex ipso cælo descenderit. Imo neque "
omnes qui in cælo sunt, scire ea credendum est, vt iam diximus. Hæc ibi "
Chrysost. "

6. Quintò Apostoli sunt maiores Prophetis in potestate consecrandi Eucharistiam, absoluendi à peccatis, & Ecclesiæ ministros ordinandi. Nec solum Apostoli; sed etiam omnes ministri Euangelici, Prophetis hoc nomine sunt maiores, vt indicat Christus Mat. 11. cum ait: *Non surrexit inter natos mulierum, maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum*, hoc est in Euangelio, & Euangelij ministerio, *Maior est illo*. Ioannes erat finis antiquæ legis, & principium nouæ. Sic maior erat prioribus; & minor posterioribus.

5. In potestate. Mat. 11. v. 11.

7. Sextò in efficacitate, & energia; secundum illud 2. ad Cor. 3. *Idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera: sed spiritu*. Et 10. *arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes*. Et Ezechiel. 1. *similitudo animalium, & aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum*. Huc pertinent, quæ habet Chrys. ho. 1. in Mat. vbi explicat quales per Spiritum Sanctum facti sint Apostoli; & quod Euangelij doctores in æternum permaneant, post mortem viuant, & prosint: secus verò aliarum disciplinarum magistris contingit.

6. In efficacitate. 2. Cor. 3. v. 6. 2. Cor. 10. v. 4. Ezech. 1. v. 13. Chrysost.

Quod Euangelium se ad legem habeat, vt perfectum ad imperfectum; & finis ad medium.

CAPVT 11.

DECIMA Euangelij dignitas est, quod legem superet, sicut finis, ea quæ sunt ad finem. Media enim non dicuntur bona, nisi in quantum finem attingunt & eum respiciunt. Nam cum homines vtpote imperfecti, immediatè ad Euangelium, quod perfectum quippiam est, pertingere non possent; data eis est lex minùs perfecta, qua exercerentur, & ad perfectam excitarentur; eique paulatim assuescerent, & se faciliùs ei, quando daretur, accommodarent. Hoc docet Apostolus ad Gal. 3. dicens: *Lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur*. Et cap. 4. *Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus, & actoribus*

1. Euangelij præstantia. 4. Euangelij à lege differentia. Gal. 3. v. 24. Gal. 4. v. 1.

actoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum essemus paruuli,
Rom.10.v. *sub elementis mundi eramus seruientes: at vbi venit plenitudo temporis &c.* Et ep:
4. ad Rom. cap. 10. *Finis legis Christus ad Iustitiam omni credenti.*

Origen. 2. Hinc orige. dialo. de recta in Deum fide, in hunc modum scripsit: „ vt mulier cum puerum peperit, non principio perfectum ei cibum adhibet: „ sed ei lac præbet; deinde maioribus, firmioribusque alimentis vtitur. Di- „ dicit enim etiam Apostolus Paulus pro legis progressu, hominibus cibum 1. Cor. 3. adhibere, cum ait: *Lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis:* v. 2. *sed nec nunc quidem potestis; adhuc enim carnales estis;* Sic etiam Deus. Leges „ enim hominibus, pro accessione, & incremento dedit; Adæ vt puero; alias „ Noe; alias Abrahæ; alias per Moysen; aliasque per Euangelium; ex pro- „ gressu, profectuque mundi incipientis, crescentis, atque perfecti; cum id „ quod perfectum est, perfecto reseruasset. Hæc Origenes.

Tert. 3. Tertul. verò lib. aduersus hermoge. cap. 20. Euangelium dicit esse Isid. veteris instrumenti supplementum. Et Isidorus Pelus. lib. 3. epi. 53. Euan- „ gelium lege multo præstantius est. Lex enim benignitatem in eos duntaxat, „ qui eiusdem nationis sunt, concludit. Euangelium verò ad alienas etiam „ nationes eam porrigit. Illa item amicos charos habere iubet; hoc vt hostes „ etiam amemus, monet. Illa quippe, vt pueris, leges imponit: hoc autem, vt „ Philosophis, excellentia dogmata præscribit. Atque illud est, quod, vt tibi Eph. 2. v. exponerem, postulasti; *Legem mandatorum in doctrinis euacuans.* Euacuauit 15. enim non euertendo, sed in subliminori philosophia eam includendo. Si- Mat. 5. v. quidem adulterij interdictio, sub eo præcepto maximè continetur, quod 28. impudicis oculis mulierem intueri vetat. Atque item non occidere, sub eo Mat. 5. v includitur, quo irasci prohibemur. Et lib. 2. epist. 288. lex optimum est in- 22. tegritatis documentum, non eos, qui rectum iter tenent, corrigens; verum Isid. eorum, qui petulanter se gerunt, impetus reprimens. Ob idque etiam Pau- 1. Tim. 1. lus dixit: *Iusto non est posita lex.* At verò Euangelium cohortatio est ad phi- v. 9. losophiam: quippe quod proborum virorum cupiditatem, non tam metu, Vt iusto non sit lex posita. quam promissis erigat. Quamobrem qui huic obsequuntur, non legis timore; sed eius, quod melius, ac præstantius est, electione, virtutem mordicus retinent.

Epiphan. 4. Epiphanius autem hæres. 8. sic habet: Rectè processissent Iudæi in „ legis doctrina, si Christum suscepissent, à pædagogo, lege videlicet, ipsis „ prædicatum, ac denunciatum.

Hieron. 5. Hieronymi etiam auctoritate hæc eadem differentia confirmatur. „ Hic enim lib. 1. aduersus Pelag. Euangelium à lege in hoc distinguit, eique „ præfert, quod in lege initia, in Euangelio autem perfectio sit; in illa operum „ fundamenta iaciantur: in hoc, fidei, & gratiæ culmen imponatur.

Chro. 6. Ad hos accedit Chromatius Episcopus sic dicens conc. 2. in 5. cap. Mat. 5. Matth. ad illa verba; *Non occides* &c. Hoc est, inquit, quod dixit Domi- v. 21. nus, *non veni soluere legem: sed adimplere.* Hoc est, quod minus erat, ad- Mat. 5. v. dere; præcepta scilicet legis in melius reformare. Vnde & Apostolus ait:
17. Legem

Legem ergo destruimus per fidem? nequaquam: sed legem constituimus. Rudi, & duro populo legis tradita sunt mandata iustitiæ: perfecto autem, & fideli populo, Euangelica traduntur præcepta, consummatæ fidei, & cælestis iustitiæ. Lex præcipit non occidendum: Euangelium verò nec irascendum; vt omnem radicem peccati auferat de cordibus nostris. Hæc ibi. *Ro.3.v.31.*

7. Subscribit his Dionysius Areopag. lib. de cælesti Hierarch. cap. 5. paulo post initium: Secundum illam, inquit, cęlestem, mundoque superiorem hierarchiam diuinitas in nostra pro sua in nos benignitate sanctissima dona, muneraque sua depromens, ijs quidem qui pueri erant, vt ait scriptura sancta, hierarchiam legis dedit: quod cum fecit, tenuibus verorum imaginibus, simulacrisq; ab exemplaribus remotissimis, & signis, quæ non facilè cognosci poterant, ac figuris, quæ non facilem ad diiudicandum contemplationem, spiritualemque intelligentiam, quæ in eis abstrusa est, continebant, similem lucem ei, quæ in eis inerat, quasi imbecillibus oculis sine incommodo impertiuit. Huius verò hierarchiæ legis mysterium quidem, ductus ad cultum spiritualem fuit: duces autem ad eum ij fuerunt, qui sacri illius tabernaculi ritum à Mose, primo Pontificum legis doctore, ac duce, didicerant. Qui quidem ad sacrum illud tabernaculum institutionis causa hierarchiam legis describens, ad exemplaris, quod ipsi in monte Sina monstratum fuerat, imaginem, & imitationem, omnia, quæ in lege sanctè fiebant, reuocabat. Perficiebantur porro ij, qui à signis legis eadem ratione ad perfectiorem, absolutioremque mysteriorum disciplinam traducebantur. Perfectiorem autem mysteriorum disciplinam diuina scriptura hierarchiam nostram nuncupat, cum eam illius expletionem, sacrumque finem vocat. Est autem eadem nostra & cęlestis, &, vt ita dicam, legalis, quod medium societate quadam cum extremis comprehendatur: cum illa quidem communes habens spiritales contemplationes: cum hac autem signa, quæ sensum mouent; quorum etiam varietate distinguitur, & per ea ad Deum deducitur. Hæc ibi Dionys. *Dionys.*

8. Vbi inter alia dicit nouam legem veteris esse perfectionem. Quod etiam Apostolus in epistola ad Hebræos dixit. Et Dominus cùm ait Mat. 5. *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Dicit etiam nostram hierarchiam esse mediam inter cælestem, & legalem, & vtriusque participem esse; illius quidem spiritu: huius autem litera. *Mat. 5. v. 17.*

9. His adde, quæ habet Aug. lib. 20. de ciuit. cap. 4. vltimi iudicij Dei testimonia de scripturis sanctis quæ ponere institui, prius eligenda sunt de libro instrumenti noui, postea de veteris. Quamuis enim vetera priora sint tempore, noua tamen anteponenda sunt dignitate; quoniam illa vetera præconia sunt nouorum. Noua igitur ponenda sunt prius, quæ vt firmiùs probemus, assumentur & vetera. In veteribus habentur lex & Prophetæ; in nouis Euangelium, & Apostolicæ literæ. Ait autem Apostolus: *Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est; testificata per legem & Prophetas: Iustitia autem Dei per fidem* IESV *Christi in omnes qui credunt* *August.* *Rom.3.v. 20.*

» *credunt in eum.* Hæc autem Iustitia Dei ad nouum pertinet testamentum, &
» testimonium habet à veteribus libris, hoc est, à lege, & Prophetis. Prius
» ergo ipsa causa ponenda est, & postea testes introducendi. Hunc & ipse
Mat. 13. IESVS Christus ordinem seruandum esse demonstrans: *Scriba*, inquit,
v. 52. *eruditus in regno Dei, similis est viro Patrifamilias proferenti de thesauro suo*
» *noua, & vetera.* Non dixit vetera & noua: quod vtique dixisset, nisi ma-
» luisset meritorum ordinem seruare, quam temporum.

Heb. 5. *v.* 11. 10. Materiam autem hanc concludere visum est Apostoli verbis ad heb. 5. in hunc modum scribentis: *Imbecilles facti estis ad audiendum; etenim cum deberetis magistri esse propter tempus; rursum indigetis vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei; & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ; paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine, exercitatos habent sensus ad discretionem boni, ac mali.* Et ad heb. 7. *Heb.* 7. *v.* 18. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex.*

Quod Euangelium ad legem se habeat vt corpus ad vmbram, & veritas ad figuram.

CAPVT 12.

Vndecima Euangelij dignitas. Quinta legis Euangelijque differentia.

IAM vndecima Euangelij prærogatiua venit explicanda. Porro vt vmbram sol excellit, & veritas figuram: sic lex ab Euangelio superatur. Vetus enim testamentum figuris, & vmbris plenum est. Eo quod *omnia illis veteribus in figura contingebant.* Vt Apost. prioris ad Corinth. 10. asserit. (1. *Cor.* 10. *v.* 11.) *Et vmbram habebat lex futurorum bonorum; non ipsam imaginem rerum,* quemadmodum idem Apostolus ad Heb. 10. tradit. (*Heb.* 10. *v.* 1.) Nam in veteri lege omnia mysteria tecta erant, obscura, atque latentia; quod *velamen positum super faciem Moysi,* de quo poster. ad Cor. 3. & Exod. 34. significabat. (2. *Cor.* 3. *v.* 13. *Exod.* 34. *v.* 33.) Et nota non solum quod Moyses velatam habuit faciem cum populo Israël à Deo legem attulit: verum etiam quod caligine tectus à Deo legem acceperit, iuxta illud verbum Domini. Exo. 19. (*Exo.* 19. *v.* 9.) *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te.* Per hoc autem quod tenebræ Moysen ab oculis populi eripuerunt, sicut per velamen quod super faciem eius positum erat, designatum est antiquam legem figuris, & caligine tectam esse. Nunc autem in Euangelio, clarè, nudè, & planè omnia traduntur; & apertè res omnes credendæ, & sperandæ proponuntur, ac docentur. Est enim omnino clarum, & apertum, Et hoc est quod docet Apost. poster. ad Cor. 3. illis verbis: (2. *Cor.* 3. *v.* 14.) *Obtusi sunt sensus eorum: vsque in hodiernum enim diem idipsum velamen*

lumen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum: quoniam in Christo euacuatur. Sed vsque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Nos verò omnes, reuelata facie, gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate, in claritatem; tanquam à Domini spiritu.

2. Hanc legis, & Euangelij differentiam Patres quoque obseruarunt.
Nam Hieron. lib. 1. aduer. Pelagia. ideò legi præfert Euangelium, quod in *Hiero.*
illa sint vmbræ, in hoc autem ipsa veritas. Et epist. 11. ad Aug. pro vmbris, „
inquit, & imaginibus veteris instrumenti; *Veritas per Iesum facta est.* Pro „
quo citat illud Ioannis 1. *Lex per Moysen data est; gratia autem & veritas per* *Io.1.v.17.*
Iesum Christum facta est. Similiter procemio in comment. super Mat. dicens „
vmbræ legis veritatem Euangelij successisse. „

3. Idem habet Epiphan. sect. 8. figuræ, inquit, in lege fuerunt: veri- *Epiph.*
tas autem in Euangelio. Et Cyprian. de natiuit. Christi cap. 1. Nec iam, in- *Cypr.*
quit, in manibus prophetarum similitudines, & ænigmata inuoluuntur: „
sed Angelorum iubilo, & hominum stylo, & euidenti rerum indicio, con- „
stant, & consonant simul promissa, & data; vmbrisque remotis, lex, & „
Euangelia sunt vnita. „

4. Aug. ser. 103. de tempore omnium prophetiam iam per Euange- *August.*
lium nobis Dominum reuelasse affirmat. Et lib. de vera religione cap. 17. „
quoniam, ait, pietas timore inchoatur, charitate perficitur, populus timore „
constrictus tempore seruitutis in veteri lege, multis sacramentis oneraba- „
tur; hoc enim talibus vtile erat ad desiderandam gratiam Dei, quæ per „
Prophetas ventura canebatur. Quæ vbi venit; ab ipsa Dei sapientia homine „
assumpto, à quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima „
constituta sunt, quæ societatem Christiani populi, hoc est, sub vno Deo „
liberæ multitudinis continerent. Multa verò, quæ populo Hebræo, hoc „
est, sub eodem vno Deo compeditæ multitudini, erant imposita, ab actione „
remota sunt, in fide, atque interpretatione manserunt. Ita nunc nec ser- „
uiliter alligant, & exercent liberaliter animum. Sicut vnus paterfamilias „
iustissimus potest aliud imperare eis, quibus seruitutem duriorem vtilem „
iudicat; aliud eis, quos in filiorum gradum adoptare dignatur: Sic vnus „
Deus vtriusque testamenti auctor, non eisdem sacramentis populum no- „
strum teneri voluit, quibus Iudæi tenebantur. Sic August. in veteri quod *August.*
vmbratur, in nouo reuelatur: vt docet idem Aug. super nume. quæst. 33. de „
catechisandis rudibus cap. 4. in psal. 105. sub finem. lib. 1. contra aduers. „
legis & Prophet. cap. 17. de vtilitate credendi cap. 3. super Exo. quæst. 73. „

5. Præterea Gregorius ho. 6. in Ezech. satis fusè declarat, quod vetus *Greg.*
testamentum occultè annunciabat, hoc Euangelium apertè clamare exhi- „
bitum. Origen. quoque in Ioannem tom. 1. præfat: lex, inquit, vmbram *Origen.*
continet futurorum bonorum, quæ declarantur ab ea lege, quæ annun- „
ciatur secundum veritatem. Ibidem habet quod in Euangelio etiam sit „
vmbra mysteriorum Christi. Ideoque distinguit Euangelium sensibile, & „
intelligi-

Leo. intelligibile. Aliorum Patrum doctrinam confirmat Leo Papa ser. 18. de passione Domini. Et ser. 6. de ieiunio decimi mensis.

Euangelium promißiones implet.

CAPVT 13.

Duodecima Euangelij excellētia. 6. Legis & Euangelij discrimen. *Act.* *Mat.* 11. *v.* 13. *Luc.* 16. *v.* 16.

DVODECIMA Euangelij dignitas, eadem fere est cum præcedenti; nimirum quod in Euangelio impleta sint, quæ in lege promittuntur; sicut docet beatus Petrus act. 2. 3. 4. & 10. Sanctus Paulus act. 13. & 28. & D. Philippus act. 8. hinc illud Mat. 11. *Omnes Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt*. Et Luc. 16. *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur.*

Hiero. *Ambros.* *August.*

2. Hiero. lib 1. aduersus Pelagia. docet Euangelium legi præferendum propterea quod in eo impleatur id, quod in lege promittitur. Habet idem Ambros. in cap. 1. epist. ad Gal. Aug. lib. 1. de cons. cap. 1. & præfatione in Euangelium secundum Ioannem: quod lex, inquit, & Prophetæ futurum prædixerunt, hoc completum dicit Euangelium. Nam qui venturus dicebatur, iam hic venisse annunciatur.

Alcui. *Bed.*

3. Et Alcui. in catena Thomæ procemio in Ioannem ijsdem hoc verbis testatus est, quibus Beda in cap. 1. Ioannis: scire debetis, inquit, omnibus diuinæ scripturæ paginis meritò Euangelicam excellere auctoritatem: quia quod lex, & Prophetæ futurum prænunciarunt, hoc redditum, atque completum in Euangelio demonstratur.

Cyp. *Basil.* *Greg.*

4. Similiter & Cyprianus de Nat. Christi cap. 1. quin etiam ipse Basil. in cap. 8. Isaiæ, cum ait: quem prisci patres flagrantibus votis, & spe certa credebant affore è cœlo, præsentem nobis denunciat Euangelium. Greg. hom. 6. in Ezech. fusè explicat in Euangelio exhiberi, & impletum narrari, » quod in lege designabatur, & promittebatur.

Clemens. *Clem.*

5. Propterea Clemens Papa li. 1. const. Apost. cap. 6. dicit Euangelium » esse complementum legis, & Prophetarum, ac totius veteris testamenti. Et Clem. Alex. lib. 4. stromat: quæ est, inquit, in Christum fides, & Euangelij » cognitio, est expositio, & legis adimpletio. Et ideò dictum est Hebræis: *nisi* » *credideritis, non intelligetis*: hoc est, nisi ei credideritis, qui per legem est » prędictus, & à legis oraculo est significatus; non intelligetis vetus testamentum, quod ipse per propriam præsentiam exposuit. Hinc ait Dominus Mat. 5. *Non veni soluere legem; sed adimplere*. Vt notauit Leo Papa ser. 6. de ieiunio decimi mensis.

Mat. 5. *v.* 17. *Leo.*

Euangelium ſemper durat.

Caput. 14.

TERTIA decima Euangelij præſtantia, ex duratione petitur. Euangelium enim ſemper durat: lex verò non ita, vt habet Iren. li. 4. ca.8. Id ſacræ ſcripturæ docent Mat. 11. & Luc. 16. *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem.* ad Heb. 8. *Dicendo nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Et ca. 7. *Si ergo conſummatio per Sacerdotium Leuiticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, alium ſurgere Sacerdotem; & non ſecundum ordinem Aaron dici? tranſlato enim Sacerdotio, neceſſe eſt & legis tranſlatio fiat. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris ſpei.* Et ca. 9. legalia dicuntur *vſque ad tempus correctionis impoſita.*

Tertia dec. Prærogatiua. 7. Differ. Lex finem accepit. *Ire.* *Mat.11.v. 13.* *Luc. 16. v. 17.* *Heb.8.v. 13.*

2. Ad Gal. 3. *Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat. Priuſquam veniret fides ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat: at vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.* Et cap. 4. *Quanto tempore hæres paruulus* &c. *ſub tutoribus, & actoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus à patre. Hæc enim ſunt duo teſtamenta* &c. *Sed quid dicit ſcriptura? eijce ancillam, & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* Et cap. 5. *State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.*

Heb. 7. v. 11. *Heb. 9. v. 10.* *Ga.3.v.19.* *Gal.4.v.1.* *Gal.5.v.1.*

3. Et Act. 15. *Quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres; quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſaluari* &c. *Conueneruntque Apoſtoli, & ſeniores videre de verbo hoc* &c. *Quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum* &c. Marc. 15. *Velum templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſque deorſum*; Per hoc ſignificabatur legis ceremonias in Chriſto abrogatas. Rom. 6. *Non eſtis ſub lege ſed ſub gratia.* Et cap. 7. *Mortificati eſtis legi per Corpus Chriſti.* Ad Epheſ. 2. *Legem mandatorum decretis euacuans* &c.

Act.15.v. 1. *Mar. 15. v. 38.* *Ro.6.v.14.* *Ro.7.v.4.* *Ep.2.v.15.*

4. Olim non ſolum Iudæi quidam: ſed etiam alij hæretici docuerunt, antiquam legem, ſecundum omnia ſua præcepta, cum Euangelio ſeruandam eſſe. Id de Cerintho teſtantur Aug. hæreſ. 8. & Philaſtrius. De Ebione idem aſſerunt Iren. lib. 1. aduer. hære. cap. 26. & Aug. hæreſ. 10. De Nazaræis hoc ipſum dicit Aug. hære. 9. eandem hæreſim tutati ſunt Sampſæi, & Elceſæi, vt ex Epipha. tradit Aug. Hære. 10. Verum ea hæreſis per allegatas ante ſcripturas reprobatur.

Hæreſis de lege cum Euangelio ſeruanda. *Auguſt.* *Phil.* *Ire.* *Auguſt.* *Epiphan.*

5. Rectè ergo dicit Theophylactus Lucæ, 9. per hoc quod IESVS à transfiguratione ſolus ſit inuentus, ſignificari quod vſque ad tempus quoddam, apparebant lex, & Prophetæ; ſicut & eo loco Moyſes, & Helias;

Auguſt. *Theop.* *Luc. 9.*

 deinde

" deinde Christus solus, preteritis illis apparuit. Nunc enim Euangelium ser-
" uatur legalibus abolitis.

Hieron. Ierem. 31. v. 31. 6. Et Hiero. epist. 11. ad Aug. sic ait: pro legis gratia quæ præterijt, gratiam Euangelij accepimus permanentem. Ibique adducit illud Iere. 31. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo Domui Israël, & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum, in die quando apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti &c.*

Hæresis de finito Euangelio. Euangeliũ semper durat. Bar. 2. v. 35. Psa. 110. v. 8. Luc. 21. v. 33. Theop. Heb. 13. v. 2. Apoc. 14. v. 6. Ezech. 1. v. 9. Greg. 2. Cor. 3. v. 11. Leui. 26. v. 10. Simile.

7. Altera hîc est hæresis, de finito Euangelio. Inter alias enim flagellantium hæreses, hæc vna fuit, qua dixerunt, post aduentum suæ sectæ, Euangelium desijsse. Verum hoc non nisi ab ignaris planè hominibus, quales illi fuerunt, dici potuit. Nam scriptura nimis apertè testatur, Euangelium vsque in finem sæculi duraturum. Bar. 2. *Statuam illis testamentum sempiternum.* Psal. 110. *Redemptionem misit Dominus populo suo, mandauit in æternum testamentum suum.* Luc. 21. *Cælum, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt.* In quem locum Theophylactus ait, quod Christi sermones, & Euangelium non peribunt; sed manebunt, tametsi commoueantur omnia. Paulus ad Heb. 13. cap. & Ioan. Apostolus cap. 14. Apocal. Hoc nouum testamentum vocant æternum. Ezech. 1. cap. de quatuor animalibus, quibus designantur Euangelistæ, dictum est, quod *Non reuertebantur cum incederent, vel ambularent.* Quid autem hoc significat, nisi quod quatuor Euangelia semper manebunt?

8. Greg. hom. 6. in Ezechielem dicit per hoc quod animalia non reuertebantur, significari nouum testamentum non rescindi: sed immutabile vsque in finem mundi persistere. Ibidem habet Greg. Euangelium in veteri appellari testamentum æternum; quia nunquam mutabitur, nec quoad eius intellectũ, nec quoad obligationem, & obseruationem; quemadmodum vetus mutatum est. Diuus Paulus 3. cap. poster. ad Corinth. duo testamenta in hoc distinguit, quod vetus euacuetur; & nouum maneat. Leuit. 26. *Vetera*, inquit Dominus, *nouis superuenientibus, proijcietis.* Quemadmodum orto iam sole, non amplius aliæ stellæ apparent: sic promulgata lege noua, cessat antiqua.

August. Mat. 24. v. 14. Isid.

9. Aug. epis. 78. & 80. & lib. de vnitate Ecclesiæ cap. 14. & 15. asserit Euangelium vsque ad finem mundi prædicandum. An non etiam id Christus significare voluit, cum dixit Mat. 24. *Prædicabitur hoc Euangelium regni in toto orbe, & tunc erit finis*? Vnde Isidorus Hispal. 22. lib. commentariorum in numeros: In monte Nabo, inquit, moritur, & sepelitur Moyses. Nabo interpretatur conclusio; in qua finitur lex, & non inuenitur eius memoria.
" Porro gratia Euangelij absque vllo fine tenditur. In omnem enim terram
" exiuit sonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum.

De Euangelij perfectione, sanctitate, & puritate.

CAPVT. 15.

QVARTA decima Euangelij excellentia; octauaque eius a lege differentia, secundum perfectionem, sanctitatem, & puritatem eius attenditur. Nam in lege initia sunt: in Euangelio autem perfectio est. Ibi operum fundamenta iaciuntur: hic fidei, & gratiæ culmen imponitur: vt ijsdem planè verbis docet Hiero. lib. 1. aduer. Pelagia. Iren. quoque lib. 3. aduer. hære. cap. 1. dicit scriptum euangelium vt fundamentum, & columna fidej nostræ esset. Greg. verò hom. 6. in Ezechielem dicit legem vidisse quidem mala in populis resecanda: sed euangelium adhuc subtiliùs. Amb. etiam lib. 3. in Lucam: quis, inquit, neget euangelium præstare legi? bona tamen lex, si supra litteram mentem erigas. & ser. 29. fusè declarat quomodo lex ab Euangelio perficiatur, ex similitudine duorum lapidum molarium. Decima quarta Euangelij dignitas 8. Euangelij à lege differentia. *Hiero.* *Iren.* *Greg.* *Ambros.*

2. Sine dubio nouum testamentum est antiquo simpliciter melius. Habet enim perfectionem quandam, qua lex prædita non erat. Hoc docet Apostolus ad hebræ. cap. 7. dicens *Melioris testamenti sponsorem factum esse Iesum.* & cap. 8. cum ait: *nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non vtique secundi locus inquireretur.* Euangeliũ est lege melius. *Heb 7. v. 22.* *Heb. 8. v. 6.*

3. Vt autem meliùs intelligatur antiquæ legis imperfectio, & euangelij puritas, sanctitas, & perfectio; quæ sequuntur obseruanda sunt. Imprimis quia vetus testamentum infirmiori, carnali, imperfecto, rudi, & ad mala valdè procliui populo datum erat; Deus in eo mala quædam permisit, ad alia scilicet maiora mala euitandum. Vnde Christus Iudæis ait, Mat. 19. cap. *Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non sic fuit.* Mala autem quæ veteri lege permissa erant, hæc sunt; vsuras ab extraneis accipere, Deut. 23. & 28. vxorem repudiare. Deut. 24. De propinqui homicida vindictam sumere, Num. 35. Deut. 19. esse meretrices modò non de filiabus Israël. Deut. 23. 3. Reg. 3. Item plures habere vxores. gen. 29. deut. 17. Iudic. 8. 2. Reg. 5. nonne etiam lex mandabat talem reddere percussurã cædenti, qualem intulisset? Et aliæ forsitan erant leges quandam imperfectionem continentes. Hinc dicitur Ezechielis 20. *Ego dedi eis præcepta non bona*: At verò in Euangelio nihil tale reperitur. Imo statim à principio omnes illas licentias, & permissiones sustulit. Lex enim Euangelica tanquam perfecta, nullum prorsus malum permittit, sed omne peccatum excludit, puniendumque testatur; imo de omni verbo otioso rationem Deo reddendam asserit, Mat. 12. *Mat. 19. v. 8.* *Deut. 23. 28. 24.* *Num. 35.* *Deu. 19. 23.* *3. Reg. 3.* *Gen. 29.* *Deut. 17.* *Iud. 8.* *2. Reg. 5.* *Ezec. 20.* *Mat. 10.* *Mat. 19.* *Mat. 12. v. 36.*

4. Proinde

Isid. 4. Proinde sic habet Isidorus lib. 1. sententiarum cap. 22. Quidam hæ-
„ retici ideò non recipiunt vetus testamentum, pro eo quod aliud in tempore
„ prisco, aliud agatur in nouo: non intelligentes quod Deus quid cuique
„ congruerit tempori, incognita quadam distributione concesserit: sicut in
„ lege imperat nuptias; in Euangelio virginitatem commendat. In lege ocu-
„ lum pro oculo auferre; in Euangelio alteram præbere percutienti maxil-
„ lam. Sed illa pro tempore fragili populo; ista verò perfecto: vtrique tamen
„ pro tempore sua quæque conuenientia accommodans. Et tamen pro ista
„ mutatione, non est credendus Deus mutabilis; sed potius inde admira-
„ bilis prædicandus est; quia manens incommutabilis, quid cuique, vt dixi-
„ mus, tempori commodum fuit, magna cum distributione concessit. Sub
„ veteri testamento minoris culpæ erant peccata; quia in eo non ipsa veri-
„ tas, sed vmbra veritatis aderat. Nam in testamento nouo præceptis altio-
„ ribus, veritate manifesta facta; quædam quæ in illo populo vmbræ verita-
„ tis deseruierant, deserenda nobis præcipiuntur. Illic enim fornicatio, &
„ retributio iniuriæ permissa sunt, nec nocebant: In testamento autem nouo
„ graui animaduersione damnantur, si admittantur.

Saluia. 5. His adde quæ habet Saluianus Massiliensis episcopus lib. 2. ad Ec-
„ clesiam Catholicam: Non est, ait, quod fugiendum sibi nunc quisquam ad
„ legem putet: *Vetera etenim*, vt ait Apostolus, *transierunt, facta sunt omnia*
„ *noua*. Plus tunc indulgentiæ, & plus licentiæ: tunc esus carnium prædica-
„ batur, nunc abstinentia: tunc in omni vita ieiuniorum paucissimi dies,
„ nunc quasi vnum ieiunium vita omnis: tunc læsis vltio supperebat, nunc
„ patientia: tunc irascentibus lex ministra erat, nunc aduersaria: tunc accu-
„ satori gladium porrigebat, nunc charitatem: tunc etiam carnali illecebræ
„ lex indulgebat, nunc Euangelium nec aspectum: tunc corporeæ volupta-
„ tes habebant quandam licentiam, nunc iubentur etiam oculi custodire cen-
„ suram: tunc ad multas vxores recipiendas vnius mariti thorum lex dilata-
„ bat, nunc etiam ad vnam excludendam casti affectus deuotione constringit.
1. *Cor.* 7. *v.* 29. *Superest enim*, inquit Apostolus, *vt & qui habent vxores, ita sint, ac si non habeant; & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi.*

Præcepta Euangelij legalib' districtiora, subtiliora, & altiora sunt.

6. Et Sanctus Greg. Papa homil. 40. in Euangel. Nonnulli putant, inquit, præcepta veteris testamenti districtiora esse, quam noui: sed hi nimirum improuida consideratione falluntur. In illo enim non tenacia, sed rapina mulctatur. Ibi res iniustè sublata, restitutione quadrupli punitur: hic autem diues iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Nec dicitur quia vi quemquam oppressit, sed in acceptis rebus se extulit. Et post multa: *Si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex*
Greg. *Luc.* 16. *mortuis resurrexerit, credent.* Quia nimirum qui verba legis despiciunt, Re-
„ demptoris præcepta, qui ex mortuis resurrexit, quanto subtiliora sunt,
„ tanto hæc difficilius implebunt. Minus est enim quidquid per legem dicitur
quam

quam hoc quod per dominum iubetur. Illa enim dare decimas præcipit; Redemptor verò noster, ab his qui perfectionem sequũtur omnia dimitti iubet. Illa peccata carnis resecat; Redemptor verò noster illicitas cogitationes etiam damnat. *Si ergo Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent*: quia hi qui viliora legis præcepta implere negligunt, saluatoris nostri mandatis altioribus obedire quãdo conualescunt? Et nimirum constat, quia cuius implere dicta renuunt, ei procul dubio credere recusant.

7. Habet etiam Chrysost. hom. 15. in Mat. Euangelij præcepta esse sublimia, & multo quam in veteri lege majora. Sic etiam Euth. Mat. 5. *Chrysost.* *Euthy.*

8. Reliqua verò præcepta legis, quæ malum aliquod non permittebant; ea vel bonum aliquod non importabant; vt quæ data erant de pecorum immolationibus, & corporalibus purificationibus, quibus in Dei seruitio Iudæi, ne in dæmonis seruitutem declinarent, occupabantur: vel si bonum aliquod ordinabant, certè non erat illud bonum reale, & perfectum: sed vmbratile, & figura. Secus autem est de Euangelio. Sic enim habet Sanctus Paulus ad Heb. 6. cap: *ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.* & cap. 9. *habuit quidem & prius iustificationes culturæ, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem.* Et cap. 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, nunquam potest accedentes perfectos facere.* *Heb. 6. v. 1.* *Heb. 9. v. 1.* *Heb. 10. v. 1.*

9. Isidor. Pelusi. lib. 1. epist. 458: Non absona, nec à legis mandato aliena, lex Euangelica nobis tradidit. Nam cum illa peccati euentũ ac perpetrationem vetet; hæc mali principium, hoc est, cupiditatem, prohibet: vt per quam ad actionem quispiam facilè prolabatur: qua sublata, & extincta, nullus actioni locus patet. Et lib. 2. epist. 46: Dic ad eum qui tecum altercatus est, atque Ethnicorum dogmata profitetur, contenditque Euangelium nouam quandam, atque à veteri consuetudine dissidentem vitæ rationem induxisse: vir sapientissime, illud ignorare videris, improbam consuetudinem nouitate sola comprimi atque extingui solere. Qua de causa Euangelij quoque dominus huc venit, ac cæleste vitæ genus inuexit. Et quidem, si vt in pristino statu permaneremus, admoneret; nihil noui moliri necesse fuisset. Sin autem idcirco venit, vt ea, quæ minus rectè constituta erant, reprehenderet; nouis rebus profectò erat opus, vt improbitas, quæ inualuerat, frangeretur. Neque enim fieri poterat, vt eadem turpitudine vires obtinente, correctio fieret. Verum ei necesse erat, qui vitia euomere ac de medio tollere cupiebat, ea quæ nondum legibus sancita erant, eorum loco, quæ in detrimentum, ac perniciem inualuerant, constituere. Quapropter illud potius in contrarium admirationem haud immeritò mouere debuisset, si cum ad res mutandas huc venisset, nihil noui legibus suis sanxisset. Oportet enim & legislatorem, & monitorem, ea quæ in rem futura sint, proloqui, nihil omnino curantem, an sententijs nouitatis aliquid insit. Quemadmodum enim eum, qui minimè conducibilia suadet, odisse, *Isid.* *Isid.*

„ ac deteſtari par eſt, etiam ſi conſuetudinis veſtigijs hęrere videatur: Sic eum,
„ qui cum optimis, atque vtiliſſimis conſilijs accedit, laudibus, ac plauſu
„ proſequi conuenit; etiamſi alioqui extra ea, quæ moribus recepta ſunt,
„ aliquid conſulat. Quocirca ſi quid quod reprehenſionem mereatur, Chriſti
„ oraculis adiunctum eſſe perſpicis; id oſtende, & tibi victoriam concedam.
„ Sin autem cum hoc dicere nequeas, morem, atque conſuetudinem, tan-
„ quam firmum quoddam præſidium, retines; apparet te per ſpecioſum con-
„ ſuetudinis prætextum, id quod vtile eſt repudiare. Neque enim graue, ac
„ ſceleratum eſt aliquid innouare, cum vtilitas nouitati adiuncta eſt. Non
„ enim noxia, & vtilia vetuſtate perpenduntur: verum id explorandum eſt,
„ an in antiquioribus rebus vitium inueniatur; ac contra in recentioribus
„ virtus reperiatur. Tu porro hac ratione videris exiſtimare, huic, qui a iuue-
„ nili ætate ſemper in luſtris, & proſtibulis ſeſe volutauit, ſermonem de pu-
„ dicitia minime inſerendum eſſe. Nec ſicario, de manſuetudine, ac morum
„ lenitate. Nam ſi quiſque illorum conſuetudinem honeſtati anteponat, ſex-
Iſid. centis malis ſeipſum inuoluet, atque transfiget. Et epiſt. 244: Cum duo
„ ſumma vitiorum genera ſint, alterum quod animo, & cogitatione conci-
„ pitur, alterum quod opere perpetratur: hoc quod opere perpetratur olim
„ per legem interdictum ac vindicatum eſt; illud autem quod in cogitatione
„ poſitum eſt, per Euangelium repreſſum, atque coërcitum. Euangelium
„ quippe non opus, poſt flagitium editum, punit: verum id prouidet, vt ne
„ ortum quidem omnino vitium capiat. Tum enim manui, nunc autem
„ animæ lex lata eſt.

Baſil. 10. Ad hæc Baſ. moral. reg. 43. ca. 1. Docet legem vetare actus prauos:
„ at Euangelium ipſa latentia animi vitia prohibere: vt patet de fornicatione
Mat.6.v. 28. & homicidio Mat. 5. Et de circunciſione ad Rom. 2. & cap. 2. Baſil. docet
in ſingulis officijs ſi quædam fiant, legi ſatis eſſe: Euangelium autem nihil
Ro.2.v.29. penitus omitti velle. Hinc Lucæ 18. ſcriptum eſt: *Vende omnia quæ habes, &*
Luc. 18. v. 22. *da pauperibus.* Et ad Col. 2. *Sicut accepiſtis Ieſum Chriſtum, in ipſo ambulate,*
radicati, & ſuper ædificati in ipſo, & confirmati in fide, abundantes in illo; in quo
Col.2.v.6. *& circuncisi eſtis, circunciſione non manu facta in expoliatione corporis carnis: ſed*
Baſil. *in circunciſione Chriſti; conſepulti ei in baptiſmo.* Cap. verò 3. Baſil. habet, eos
dignos regno cæleſti non eſſe, qui non dant maiora iuſtitiæ documenta,
Mat. 5. v. 20. quam ea ſunt, quæ à lege tradita ſunt, iuxta illud Mat. 5. *Niſi abundauerit*
iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cæ-
Phil. 3. v. 3. *lorum.* Et ſecundum id quod ſcriptum eſt ad Philip. 3. *Nos ſumus circunciſio,*
qui ſpiritu ſeruimus Deo, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam
„ *habentes. Si quis alius videtur confidere in carne; Ego magis, circunciſus octauo die,*
„ *ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Pha-*
„ *riſæus; ſecundum æmulationem perſequens Eccleſiam Dei; ſecundum iuſtitiam, quæ*
„ *in lege eſt, conuerſatus ſine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra: hæc arbitratus*
ſum propter Chriſtum detrimenta. Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe,
propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti, Domini mei, propter quem omnia detri-
mentum

mentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam: vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est: sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex Deo iustitia in fide.

11. Insuper Gregorius Naz. orat. 42. quæ est 2. in pascha, dicit à lege fines tantum vitari peccatorum: In Euangelio autem etiam causas. Eut. Mat. 5: Lex, inquit, peccatorum fines prohibet. Christus principia quoque vetuit. Siquidem cædes fructus est peccati; radix autem eius est ira. *Naz. Eut.*

12. Denique Chrysost. ser. contra concubinarios, postquam ostendit quomodo Salomon animæ suæ voluptatem quæsiuit; & omnem oblectationis, & refrigerij viam sectatus sit, ita dicit: à Salomone sæculis superioribus non tam multa sapientiæ exigebatur diligentia: neque enim delicias lex vetus prohibebat; neque alijs frui superacuis dicebat vanum. Hinc est quod Euangelium Isaiæ 9. & Mat. 4. vocetur. *Lux magna.* Lex enim lux & ipsa erat: sed parua, inquit Theophylactus Mat. 4. *Chrysost. Isaiæ. 9. v. 2. Mat. 4. v. 16.* Euangeliũ lux magna. Lex verò parua.

13. Hinc etiam lex apud doctores Theologos, manum, seu opus, non animum comprimere, & cohibere dicitur: Euangelium verò & manum, & animum. Quod non sic intelligendum est, quasi malam voluntatem lex illa non prohibeat; vel in cogitationibus vitium non consistat: Verum id de lege dicitur, vel secundum ceremonialia duntaxat; non secundum moralia; cum in hac parte legis, & alienæ vxoris, & alienæ rei concupiscentia prohibeatur: Nam Exod. 20. dicitur: *Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.* Idem habetur Deut. 5. vel quia in lege non est generalis prohibitio omnis mortiferæ concupiscentiæ, vt in Euangelio. Sic Petrus Lomb. lib. 3. dist. 40. Nec tam plenè, ac euidenter inordinatus affectus prohibetur; nec adeò vt lex noua circa interiorem hominis reformationem versatur. Euangelio manus cum animo cõprimitur non lege. Dubij solutio. *Theoph. Exod. 20. v. 17. Deut. 5. v. 21. Lomb.*

14. Veruntamen nullo modo negandum est, eam in multis quoque interiores hominum affectus ordinasse; nec solum in vitijs auaritiæ, & concupiscentiæ inordinatam repressit affectionem, sed in multis etiam alijs. Sic enim Leui. 19. legitur: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Et Deut. 4. *Custodi temetipsum, & animam tuam solicitè; ne obliuiscaris verborum, quæ viderunt ocu'i tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ.* Et Deu. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Pauca tamen sunt in antiqua lege comparatiuè loquendo, ad interiorum directionem, & ordinationem pertinentia: Maximè siquidem in exteriobus occupatur: quasi autem pro nihilo reputatur, quod modicum est. *Leui. 19. v. 17. Deu. 4. v. 9. Deu. 6. v. 5.*

15. Euangelica igitur lex ad veterem comparatur sicut perfectum ad imperfectum, sicut finis ad medium, sicut forma seu habitus ad dispositionem; imo sicut meridies ad auroram, lumen ad vmbram, veritas ad figuram, dominaque ad ancillã. Cum enim finis diuinę legis, nimirum veteris, & nouę, sit ad veram fælicitatem perducere; Deoque nos vniri, ac frui; illa sanè lex

diuina vocatur perfecta, quæ ea includit, per quæ beatitudo acquiritur; sed nemo sine gratia gratum faciente ad eam perducitur: vetus autem lex gratiam non continuit, sed promisit: at Euangelica lex gratiam includit, & confert. Quoniam eius sacramenta gratiam non solùm figurant, & signant: sed etiam conferunt, & efficiunt, quod designant. Ideò dicit Apo-

Heb.7.v. 19. stolus: *Nihil ad perfectum adduxit lex. Introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum.* Rursus: *Lex pædagogus noster fuit in Christo.* Et

Ga.3.v 24. paulo ante: *Si data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia:*

Ga.3.v.21. *sed conclusit scriptura omnia sub peccato.* Cuius ratio est, quoniam sacramenta veteris legis gratiam non continebant, nec conferebant; sed ipsa lex dispositio fuit ad Euangelicam legem, eam præfigurando, Christum prænunciando, idololatriam reprobando: Ideò Christi lege promulgata

Ga.3.v.23. cessauit. Propter quod dicit Apostolus: *Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo; vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides,*

Heb. 7. v.18. *iam non sumus sub pædagogo.* Similiter loquitur ad Hebræos: *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem.*

Euthy. Euthy. Matth. 5. Quare vetus lex erat imperfecta? Quia Hebræi duræ „ ceruicis erant, nec ferebant graue iugum. Illos itaque velut infantes lacte „ potauit: nobis autem tanquam viris solidum cibum apposuit.

Quod Euangelium consoletur.

CAPVT. 16.

Decima quinta Euangelij dignitas. 9. Legis & Euangelij differentia. Cur, & quo modo lex terrebat.

DECIMA quinta Euangelij excellentia; & noua eius à lege differentia nunc tractanda venit. Hæc autem est huiusmodi; lex vetus plena erat terroris; quoniam eius officium erat terrere homines. Terrebat autem illud Dei verbum, quod Deus per Moysen, & alios Prophetas locutus olim fuit: primò, quia lex dicebatur, & erat, quam homo, suapte natura libertatis cupidus, odit. Itaque lex terrebat obligando, & constringendo. Secundò, lex terrebat minando pœnam, vide Aug. conc.

August. 25. in psal. 118. in fine. Et maledictionem, Deut. 27. ad Gal. 3. *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit.* Frequenter

Deut. 27. v. 27. etiam in lege dicitur, qui hoc, aut illud fecerit, morte moriatur. Ideò lex à Diuo Paulo posterioris ad Corinth. 3. vocatur *ministratio mortis, &*

Gal. 3. v. 10. *damnationis.* Quia, vt ait Theophylactus in eum locum, mortem subministrat. Euangelium autem ab eodem Apostolo ibidem appellatur mi-

Ex.21.22. 31. nistratio spiritus, & ministerium iustitiæ. Quia, inquit Theophylactus, ministrat vitam; imo spiritum, qui vitam præbet; nec solum nos à pœnis

Leu. 20. 27. eximit: sed iustos etiam reddit. Sic etiam August. libro de spiritu, & littera cap. 18.

2. Ter-

2. Tertiò, quia lex in terrore data est; Exo. 20. *Cunctus populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem: & perterriti, ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Chrysost. in fine hom. ad illud Apostoli, cum subiecta fuerint illi omnia, dicit Moysen inuenisse montem, in quem accepturus legem ascendit, plenum tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbinibus, caligine; quæ licet parum congruerent dexteræ, & magnitudini apparentis: decebat tamen, inquit, vt populus ille ita ad pietatem erudiretur; at Christi gratia timorem ponit, seruitutem eijcit. — 1. *Cor.* 3. *v.* 7. 9. *Theop. August. Exod.* 20. *v.*18. *Chrysost.* „ „ „

3. Similia sunt apud Leonem Papam serm. de festo omnium sanctorum. Hinc in lege erat seruitus timoris; à qua nos Euangelium liberat; Sic enim docet Apost. ad Gal. 4. *At vbi venit plenitudo temporis* &c. *Vt eos qui sub lege erant redimeret* &c. *Itaque iam non est seruus; sed filius* &c. *qua libertate Christus nos liberauit.* Et ad Rom. 8. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei.* Sicut enim legis officium est terrere; sic Euangelij lætificare, & consolari afflictos; & erigere deiectos; & viuificare mortuos. — *Leo. Gal.* 4. *v.* 4. *Ro.*8.*v.*15.

4. Quartò, lex peccatum, & morbum ostendit; ac dicit. Peccator es; ideoque damnaberis. Ad Ro.3. *Per legem cognitio peccati.* 7. *peccatum non cognoui nisi per legem* &c. Vnde Aug. initio exposit. epist. ad Gal. ait legem hominibus datam ad demonstranda eorum peccata, non auferenda. Non enim (inquit) aufert peccata, nisi gratia fidei, quæ per dilectionem operatur. Præterea dat præcepta velut impossibilia; nec gratiam confert: sed pœnam comminatur. At Euangelium, delicti veniam vnde petas, ostendit; monstrat medicum; dicit; confide fili, Christus in se peccata tua recepit. Vide August. in psal. 83. ad vers. in locum quem disposuit. Et in psal. 102. ad vers. notas fecit vias suas Moysi. Et conc. 27. in psal. 118. Et epist. 157. — *Rom.*3.*v.* 20. *Ro.*7.*v.*7. *August. August.*

5. Adhæc *spiritum; qui infirmitates nostras adiuuet*, confert. Rom. 8. Insuper dat quidem de inimicis diligendis, & de ferenda cruce, deque alijs rebus valdè arduis præcepta: Verum addit etiam consolationem dicens, Mat. 11. *Venite ad me omnes; qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos.* Et Ioannis 16. *Confidite, ego vici mundum.* Aug. epist. 95. Distinguenda est lex, & gratia. Lex iubere nouit; gratia iuuare. Et lib. de spiritu & lit. cap. 19. Quintò, Euangelium, quia res claras, & suaues proponit; consolatur. Theophylactus ad Rom. 1. Euangelij, inquit, vel ipsum nomen auditores solatur: quandoquidem non insuauia quædam, & subobscura, qualia prophetarum sunt dicta, complectitur. — *Rom.* 8. *v.* 26. Mat. 11. *v.* 28. *Io.*16.*v.*33. *August. Theoph.*

Euangelium est lene, lætum, & facile.

CAPVT 17.

Decima sexta Euangelij dignitas. 10 Euãgelij à lege differentia. *Act.* 15. *v.* 10.

SEQVITVR nunc decima sexta Euangelij prærogatiua; & decimum sextus à lege discrimen. Ex præcedenti autem hæc sequi, & pendere videtur. Nam quia lex modis illis, qui iam explicati sunt, terret; fit quod ex seipsa sit grauis, secundum illud Diui Petri act. 15. *Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus?*

Isa. 9. *v.* 4. *Mat.* 11. *v.* 30. *Origen.* Lex vt sit onerosa, & leuis. *Act.* 15. *v.* 10. *Mat.* 11. *v.* 28.

2. Sicut ergo lex est grauis, onerosa, tristis, laboriosa, & difficilis: Sic contra, Euangelium ex se, & in se, lætum, lene, suaue, & facile. Clamat enim Christus Mat. 11. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Ita Origenes docet tractatu. 24. in Mat. his verbis: Corporalia, inquit, legis mandata secundum literam onera sunt grauia, & alligationes non leues; sicut Petrus testatur in actibus Apostolorum: spiritale autem eius, onus est leue. Ideò & Dominus dicit ad eos, qui legis mandatis corporalibus erant grauati, & alligati; *Venite ad me qui laboratis* &c. Onus autem leue Euangelium est, quod est lex spiritalis. Hactenus Origenes.

Euangelij præcepta ob spiritũ leuia sint. *Isaia.* 42. *v.* 1.

3. Magna quidem habet Euangelium promissa, & præcepta: sed in summa leuitate, & suauitate à Christo proposita; sicut prædictum erat Isa. 42. *Ecce seruus meus, suscipiam eum, dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet; calamum quassatum non conteret; non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulæ expectabunt.*

Nyssen. Ob bonam voluntatẽ.

4. Quid etiam Gregorius Nyssenus de hac re dicat, audiamus: Si natura, inquit epist. ad Harmonium, ita comparatum est, vt solo motu mentis, & appetitu, à malo alienemur; nihil laboriosum nobis præcipit Euangelicus sermo. Neque enim labor coniunctus est affectioni, & ardori mentis: sed licet nobis absque vllo negotio, quocunque velimus per cogitationes accedere. Itaque volenti facile est cælestem vitæ traductionem, vel in terra habere.

Chrysost. Euangeliũ est facile intellectu, quoad ea, quæ necessaria sunt ad salutem. *Mat.* 22. *v.* 40. *Mat.* 7. *v.* 12.

5. Chrysost. hom. 2. in epist. ad Rom. Euangelij prædicatio, inquit, admiratione digna est imprimis, non solum quod & vtilis, & salutaris: sed quod & facilis, & procliuis, & omnibus susceptu facilis. Et hom. 1. in Mat. asserit in scriptis Philosophorum multam esse dictorum obscuritatem, & caliginem, & grandem ad intelligendum afflictionem: at non etiam nostra, inquit, sunt talia; sed iustum, honestum, vtile, omnemque omnino virtutem in paucis syllabis, in breuibus verbis, atque manifestis nos Christus edocuit, tum dicendo, *quoniam in duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ,* id est, in Dei, & proximi charitate: tum iubendo, *quæcunque vultis vt faciant vobis homines hæc & vos facite illis, hæc est enim lex, & prophetæ.* Quæ certè & seruo,

seruo, & rustico, & viduę, & puero, & ei, qui valde imprudens videatur esse, „
facilia ad intelligendum sunt, & prorsus exposita. Tales quippe sunt sen- „
tentiæ veritatis. Idque exitus rerum ipse testatur. Siquidem omnes fere, Euangeliũ
quæ sunt agenda didicerunt: nec didicerunt modò: verùm etiam quæ di- etiam factu
dicerant, efficere curarunt. Et non in vrbibus solùm, atque medio foro: est facile.
sed in ipsis quoque verticibus montium. Ita Chrys. „

6. Ipse verò Greg. Nazia. orat. 42. cur, & quo modo Euangelium lege „ *Naz.*
sit leuius, & quo modo grauius, his verbis explicat: Cum lactucis agresti-
bus; quoniam vita ea, quæ ad Dei normam exigitur; auspicantibus præ- „ Vt Euan-
sertim, acerba atque accliuis est, voluptatibusque sublimior. Nam quod gelium sit
nouum iugum, benignum, & suaue est, vt scriptura loquitur, atque onus lege gra-
leue; id propter spem fit, ac mercedem, huius vitæ molestijs, afflictioni- uius, diffi-
busque longe vberiorem. Alioqui enim quis non legalibus præceptis Euan- cilius, ma-
gelium multo laboriosius, atque ærumnosius esse dixerit? nam cum lex gisque ar-
fines tantummodo peccatorum prohibeat; nobis ipsæ etiam causæ, prope- duum.
modum vt actiones, crimini vertuntur. Non adulterium committes, inquit Euangeliũ
lex: at tu, nec concupisces quidem, ex curioso, atque anxio contuitu, a- lege ob
nimi affectum incendens. Hoc ex Naz. spem est le-
uius.

7. Spes autem & promissa retributio his sententijs explicatur; ad *Mat. 5. v. 28.*
Rom. 8. *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ* *Ro. 8. v. 18.*
reuelabitur in nobis, 2. ad Cor. 4. *Id enim quod in præsenti est momentaneum, &* *2. Cor. 4.*
leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus opera- *v. 17.*
tur in nobis. 1. ad Corinth. 15. *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus;* *1. Cor. 15.*
miserabiliores sumus omnibus hominibus. *v. 19.*

8. Euthy. Mat. 5: quomodo alibi dixit Christus; *Iugum meum suaue est,* *Euth.*
& onus meum leue? quia leue facit hoc laborum remuneratio, ac præmio- *Mat. 11. v.*
rum magnitudo. Lex enim se seruantibus, bona terræ promittebat: Chri- *30.*
stus autem bona cælestia. *Deut. 28.*

9. Aug. lib. de vera religione cap. 17. explicat quam ob causam in Euan- *Isa. 1.*
gelio, maiora præcepta, quam in lege data sint, cum sic ait: Si præcepta vitę *August.*
monent, quod in veteri lege minora sunt, in Euangelio maiora; vnus me-
dicus alia per ministros suos, imbecillioribus; alia per semetipsum valen- „
tioribus præcipit ad reparandam, vel obtinendam salutem. Vt enim ars „
medicinæ cum eadem maneat, neque vllo pacto ipsa mutetur, mutat tamen „
præcepta languentibus; quia mutabilis est nostra valetudo: Ita diuina pro- „
uidentia, cum sit ipsa omnino incommutabilis, mutabili tamen creaturæ „
variè subuenit, & pro diuersitate morborum, alijs alia iubet, aut vetat. „
Hæc ibi August. quæ præcedunt, eadem pertinent. Sicut & ea quæ habet „
quæst. 53. lib. 83. quæst. & lib. contra Adimant. cap. 8. „

10. Insuper Theophylactus in cap. 3. Ioannis aliam indicat rationem, *Theop.*
cur Euangelium sit leue, lætum, & facile, dum sic ait: de priore aduentu „
dicit, quod non missus sit Filius vt condemnet mundum: (quia si propter „
hoc venisset, condemnati vtique fuissent omnes. *Omnes enim peccauerunt,* *Rom. 3. v.*
sicut

ſicut Paulus dicit.) ſed præcipuè ad hoc venit, vt mundum ſeruaret. Atque hæc intentio eius fuit. Per accidens autem iudicat eos, qui non crediderunt. Lex verò Moſaica præcipuè venit, vt reprehenderet peccatum, & *Exo.* 20. condemnaret præuaricantes. Nulli enim ignoſcit; ſed ſimul atque inue- *Deut.* 5. nerit peccantem in aliquo, pœnam infert. Ita enim ſcriptum eſt: Exod. 20. & Deu. 5: *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem Patrum* *Deut.* 17. *in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Et Deut. 17. *Educes virum, ac mulierem, qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio,* *Deut.* 32. *morietur.* Et Deut. 32. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo.*

11. Adhæc, doctrina Euangelij dicitur facilis; quia per fidem ab omnibus facilè capi poteſt, & intelligi; ita vt iam ſimplex vna mulier plus ſciat, quam Plato, vel Ariſtoteles cum omni ſua doctrina, & labore. Hoc mani- *Chryſoſt.* feſtum eſt ex ijs, quæ paulo ante ex hom. 1. Chryſt. in Mat. recitauimus.

Hiero. 12. Denique Hieronymus aduerſus Vigilantium docet, Euangelium eſſe „ lætum; quia lucidum. per totas enim (inquit) orientis Eccleſias, quando „ legendum eſt Euangelium, accenduntur luminaria, iam ſole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras: ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum. Vnde & Virgines illæ Euangelicæ ſemper habent accenſas lampades ſuas; vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Pſalterio legimus: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.*

Sub Euangeliorum lectione luminaria cur accendantur.

Pſa. 118. *v.* 104. *Damia.* *Iſa.* 29. *v.* 11. *Apoc.* 5. *v.* 1. *Hieron.* *Chryſoſt.*

13. Dicit quidem Petrus Damianus ſerm. de ſancto Luca, Euangelium eſſe librum illum ſignatum, de quo Iſa. 29. & Apocalypſ. 5. myſticis figurarum ſententijs obuolutum, & ab humanæ mentis intelligentia procul, arcana quadam profunditate, remotum. Verum ibidem, addit librum ita ſignatum eſſe, vt niſi eum Chriſtus aperuiſſet, cuilibet omnino patere non poſſet. Vicit enim Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Hieronym. ep. 14. ad Aug. teſtatur ſcripturas quaſdam eſſe obſcuriſſimas. Proœmio in Epiſt. ad Philemonem laciniosis legis operibus, euangelicum decorem, quem in breuiato, conſummatoq; ſermone conſiderat, opponit, ac præfert. Et Chryſoſt. hom. 1. in Mat. Multi hunc librum (inquit) ſatis apertum eſſe opinantur, ac planum: ſolos prophetas intellectu putantes eſſe difficiles. Sed hoc quoque eorum eſt, qui altitudinem ſenſuum ibi penitus reconditorum prorſus ignorant. Non ergo putandum eſt nihil eſſe difficultatis in Euangelio: ſed multo minus, quam in lege. Quoniam Euangelium eſt lege facilius, & ad intelligendum, & ad retinendum, & ad operandum; idque propter fidem, & gratiam.

Quomodo Euangeliũ ſi lege facilius.

Auguſt. 14. Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 6. habet in ſcripturis ſanctis multa eſſe obſcura, ambigua, & difficilia; & hoc duas ob cauſas à „ Deo ſic eſſe prouiſum: quædam (inquit) obſcurè dicta denſiſſimam caliginem obducunt. Quod totum prouiſum diuinitus eſſe non dubito, ad edomandam labore ſuperbiam, & intellectum à faſtidio reuocandum, cui facilè

Scripturæ [illegible]

facilè inuestigata plerumque vilescunt. Et lib. 6. conf. cap. 5. Iam absurditatem, quæ me in illis literis solebat offendere, cum multa ex eis probabiliter exposita audissem, ad sacramentorum altitudinem referebam: eoque mihi illa venerabilior, & sacrosancta fide dignior apparebat auctoritas; quo & omnibus ad legendum esset in promptu, & secreti sui dignitatem in intellectu profundiore seruaret; verbis apertissimis, & humillimo genere loquendi se cunctis præbens, & exercens intentionem eorum, qui non sunt leues corde: vt exciperet omnes populari sinu, & per angusta foramina paucos ad te traijceret, & turbas gremio sanctæ humilitatis hauriret. Et lib. de vera religione cap. 17. Si ea tantum essent (in scriptura) quæ facillimè intelliguntur; nec studiosè quæreretur; nec suauiter inueniretur veritas. Et epist. 59. in fine: vtile est autem vt de obscuritatibus diuinarum scripturarum, quas exercitationis nostræ causa Deus esse voluit, multæ inueniantur sententiæ; cum aliud alij videtur:* quæ tamen omnes sacræ fidei doctrinæque concordent. »

15. Ex dictis vtcunque intelligitur, quo pacto Euangelium sit leue, lætum, & facile. Quod si verò diligenter consideremus quid sit Euangelium; & quæ bona nobis in eo annuncientur; ipsum esse lætitia plenum, nobis euadet manifestum. dicamus ergo quid sit, & quid annunciet.

Euangelium quid sit?

CAPVT 18.

AVGVST. lib. 2. contra Faustum cap. 6. Omnes, inquit, qui græcè vel tenuiter nouerunt, Euangelium bonum nuncium, aut bonam annunciationem interpretantur. Græca enim vox Euangelium, rei lætæ, ac salutaris nuncium significat. Quid verò lætius, ac salutare magis, quam gratiæ per Christum factæ nunciatio? Euangelium igitur est bonum de parta victoria nuncium, vt habet Chrysost. hom. 24. in epist. ad Ephes. Et hom. 1. in Mat. & August. lib. 2. contra Faustum cap. 2. Ipsum (inquit) nomen si quæramus quid latinè interpretetur, bonum nuncium dicitur Euangelium, vel bona annunciatio.

Euangelij significatio apud Christianos
August.
Chrysost.
August.

2. Gestorum Christi narrationem (inquit Euth.) prolo. in Mat. Euangelium vocauerunt, quod bona hominibus nunciet. Basil. in cap. 8. Isa. dicit Euangelium esse faustum, & fœlix nuncium, eo quod redemptorem præsentem nunciet, quem prisci flagrantibus desiderijs, & votis, & spe certa è cœlo venturum credebant. August. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 35. simili modo quid sit Euangelium explicat. Quemadmodum & Ambros. in cap. 1. ad Rom. & in cap. 1. ad Gal. & Origen. tom. 1. in Ioannem præfat. Et Euse. lib. 1. de præparat. Euangelica cap. 1. Isidor. Hispal. lib. 6. Origen. cap. 2. & Beda lib. 4. allegoricæ expositionis in Samuelem cap. 4. & Sedul. presbyter in

Euthy.
Basil.
August.
Ambr.
Origen.
Euseb.
Isid.
Bed.
Sedul.

Primas. *Ansel.* byter in cap. 1. epist. ad Rom. Et Primas. in cap. 1. ad Ro. & Ansel. in ca. 1. ad Rom. & cæteri omnes.

Euangeliū Græcis 4. Significat.

3. Profectò Græcis Euangelia dicuntur, non tantum sacrificia, & supplicationes, quæ pro fausto, & læto nuncio suscepto in gratiarum actionem offerri, & decerni consueuerunt; eaque dona, quæ bonum afferenti nuncium dari solent, seu eius nuncij allati præmia, vel merces, pro rei inuentæ
1.
2. nuncio: sed etiam illæ ipsæ rei bonæ renunciationes & præconia. In qua
3. significatione quatuor Euangelia Græci, & latini Orthodoxi sumpserunt;
4. quod in his veri nuncij de Christo Saluatore nato, & peccatorum per eum remissione cirygmata, seu proclamationes, ac edicta voce præconis facta, tractantur. Instituto nostro hæc postrema Euangelij significatio seruit: Aliæ verò priores ab eo alienæ sunt. Nam Euangelij nomen Christianis aliud non significat, quam bonum optatumque nuncium; nec eum quidem omnem, sed illum quo nullus melior, optabiliorque afferri potuit.

Quarta Euangelij significatio proposito nostro accommodata est.

August. 4. Verum nunc quàm latè hæc significatio pateat, & quousque se extendat, videndum. August. lib. 2. aduers. Faust. ca. 2. testatur Euangelium » semper dici posse, cum aliquod bonum annunciatur: propriè tamen (in» quit) hoc vocabulum obtinuit illa, quam dixi, annunciatio saluatoris. His Augustini verbis, subijcienda videntur quæ Origenes scripsit in Ioannem tom. 1. præfat: Vetus (inquit) scriptura non est Euangelium; quia venientem Christum non ostendit; sed prænunciat: omnis verò noua, Euangelium est; quia non solum (vt in Euangelij initio scriptum est) ait; Ecce Agnus Dei, Ecce qui aufert peccatum mundi: verum etiam varias sententias doctrinasque continet eius, per quem Euangelium est Euangelium.

Origen. Euangelij nomine tantum nouum testamentum censeri.

» Præterea cum accuratè examinauerimus quodnam sit Euangelistæ officium, » & inuenerimus pertinere ad eum non semper enarrare quonam pacto ser» uator cæcum à natiuitate sanauerit; fœtentem mortuum excitarit; vel ali» quid supra hominum opinionem fecerit: non dubitamus affirmare aliquo » modo Euangelium esse quæ scripserunt Apostoli; cum ad Euangelistæ » munus attineat, adhortatoria etiam oratione fidem ijs, quæ de Iesu tradita » sunt, acquirere. Si obiecerit aliquis, quod minus probè nominauerimus » totum testamentum nouum, Euangelium; eo quod Euangelij inscriptionem non habeant epistolæ: huic dicemus scripturas à nobis frequenter duas, vel plures eodem vocabulo nuncupari, etiamsi magis propriè vni earum illud attribuitur. Verbi gratia, dicente seruatore: *Ne voceris magistrum super terram*: Inquit Apostolus magistros in Ecclesia ordinatos fuisse. Non erunt ergo hi magistri secundum exactam intelligentiam vocis huius, magistri. Sic etiam non erit Euangelium qualiscunque tandem illa fuerit scriptura, quæ sub nomine epistolarum fuerit, si conferatur cum scriptura quæ actiones, passiones, sermonesque Iesu contineat. Quod verò omne testamentum nouum sit Euangelium; adduci possimus ad credendum, ex his quæ Paulus dicit, quando alicubi scribit; *Secundum Euangelium meum.* » Inter scripta enim Pauli nullus extat liber, qui vocari Euangelium consueuerit.

Quid propriè sit Euangeliū. *Mat. 23. v. 8.* *1. Cor. 12. v. 28.* Quid specialiter Euangelij nomine intelligatur.

uerit. Sed quidquid vel prædicauit, vel dixit, est Euangelium: quæ verò prædicauit, & dixit, hæc etiam scripsit. Ergo ex his colligitur ipsius scripta Euangelium esse. Quod si Pauli scripta sunt Euangelium; profectò idem censendum est de Petri etiam scriptis. Et vt in vniuersum loquar, omnia, quæ ipsius Christi confirmant aduentum, & stabiliunt præsentiam eius, quæque inducunt ipsum in animas cupientium suscipere Dei sermonem stantem pro foribus, & pulsantem, & ingredi volentem in animas, sunt Euangelium. Hactenus Origenes. Quid verò sit Euangelium.

5. Itaque non modò quatuor Euangelistarum libri Euangelia vocari debent: sed Apostolicæ omnino scripturæ; & quidquid à viro bono, & pio populis annunciatur, quod ad vitam æternam faciat consequendam, siue illud fit per scripturarum explicationem, siue per veteris vitæ increpationem; & ad piè, rectèque viuendum incitationem. Euangelij ergo verbum nimis coarctant, qui ad quatuor Euangelia, aut scripturas sacras tantum illud referunt. Omnis Christi doctrina Euãgelij nomine significatur.

6. Hinc Naz. lib. cygneorum carminum in definitionibus rerum simplicibus sub finem, salutis nouæ prædicationem Euangelium appellat. Et Oecumen. act. 1. dicit Euangelium nihil esse aliud, quam Christi doctrinam. *Naz.* *Oecum.*

7. Præterea ex multis sacræ scripturæ locis perspicuum est Euangelium pro ea Christi doctrina vsurpari, quæ viua voce traditur; vt Mat. 4. & 9. & Mar. 1. IESVS *circuibat prædicans Euangelium regni*. Marci. 16. *Prædicate Euangelium*. Rom. 1. *Paulus segregatus in Euangelium Dei. Testis mihi est Deus, cui seruio in Euangelio filij eius. Non erubesco Euangelium.* Et ad Rom. 15. cap. *Ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi: sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus.* Et cap. 16. *Iuxta Euangelium meum.* Et 1. ad Corinth. 15. *Notum vobis facio Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini.* Et alibi sæpè. *Mat. 4. v.23.* *Mat.9.v. 35.* *Mar. 1.v. 14.* *Mar.16.v. 15.* *Ro. 1.v.1.* *Ro. 15. v. 19.* *Rom.16.v. 25.* *1. Cor. 15. v. 1.*

8. Deinde apud August. tract. 40. in Ioannem, vbi sic dicit: Angelorum enim vox est in Euangelio expressa; sic veniet, quomodo eum vidistis euntem in cælum: Manifestum est Euangelij nomen sumi latius, quam pro quatuor duntaxat Euangelistarum libris. Extenditur enim ibi etiam ad alios noui testamenti libros. Nam ea sententia, quam in Euangelio expressam affirmat, non nisi in libro actuum Apostolorum legitur. *August.*

9. Verum nunc ad ipsum Origenem, à quo digressi sumus, reuertamur; in hunc enim modum, quam tractamus materiam, prosequitur: Sed tempus iam est accuratius exquirere, quid vox Euangelij significet; & quare hi libri inscriptionem hanc habeant. Est igitur Euangelium oratio, quæ bonam, & conuenientem rationi rerum annunciationem continet, quæ lætum reddunt auditorem, propter vtilitatem simul atque ab ipso admissa fuerint, quæ nunciantur. Nec vero minus talis oratio est Euangelium, quamuis ex habitu audientis perpendatur. Vel Euangelium oratio est continens boni *Origen.* Euangeliũ quid sit.

" præsentiam cuicunque credenti. Vel oratio affirmans adesse bonum, quod
" expectabatur. Omnes autem quas prędiximus definitiones ijs conueniunt,
" quæ inscribuntur Euangelia. Vnumquodque enim Euangelium continens
" res nunciatas vtiles credenti, ei qui à se illud non reiecerit, cum pro suo
" iure afferat vtilitatem, iure optimo etiam lætitiam affert, dicens salutarem
" aduentum ad homines, & propter homines primogeniti omnis creaturæ,
" nempe Iesu Christi. Quin etiam quod Euangelium vnumquodque sit ora-
" tio, docens boni Patris in filio aduentum ad volentes eum excipere; cre-
" denti cuilibet perspicuum est. Quod autem expectatum etiam bonum, per
" hos libros promittitur, non est obscurum. Totius namque populi fere ore
" loquens Baptista Ioannes in legatione ad Iesum missa, ait; num tu es ille venturus; an alium expectamus? Expectatum enim à populo bonum, IESVS erat. Hæc ex Origene.

Vt libri Euangelistarũ dicantur Euangelia.

10. Vt autem melius intelligatur, quo sensu ea volumina, quæ à quatuor Sanctis Euangelistis conscripta sunt, dicantur Euangelia; obseruandum est, Euangelij nomen in nouo testamento varijs modis accipi: aliquando pro ipsa prædicatione Euangelica: Ita frequenter apud D. Paulum sumitur, vt ad Rom. 1. & 16. 1. Cor. 4. & 9. & ad Gal. 2. Interdum pro ipsa re læta, quæ nunciatur; sic Matth. 4. & 9. & Mar. 1. dicitur in Galilæa IESVS Euangelium regni prædicasse. Quandoque pro doctrina Christi; ita sumitur Mat. 24. & 26. vbi Euangelium regni in vniuerso orbe prædicandum Christus ait: & Mar. 1. vbi Dominus Galilæos ad credendum Euangelio hortatur: & Mar. 8. & 10. vbi agitur de perdenda anima, & relinquendis omnibus propter Christum & Euangeliũ. Nonnunquam verò pro historia Christi aduentum, & vitam continente: sic initio Euangelij secundum Marcum vsurpatur. Hoc igitur sensu, & hac ratione, quatuor Euangelistarum codicibus nomen Euangelij tribuitur; non solum quod res in illis optima, lætissima, & optatissima nuncietur, & Christi doctrina proponatur: sed etiam quod ipsi sint historia, qua Christi ad nos aduentus, cum eius vita, doctrina, & actis enarratur, tanquam à Spiritu Sancto dictata, & Ecclesiæ Catholicæ auctoritate approbata. Nec enim quælibet de Christo historia etiam vera est Euangelium, nisi Ecclesiæ illi auctoritas accesserit.

Euangeliũ in nouo testamento 4. habet significationes. 1. 2. 3. 4. Ro. 1. v. 16. 1. Cor. 4. 9. Gal. 2. Mat. 4. 9. Mar. 1. Mat. 24. 26. Mar. 1. 8. 10. Mar. 1. v. 1.

Quid sit Euangeliũ vt libris Euangelistarum tribuitur.

11. Sic Damascen. historiæ Barl. cap. 8. Sacra Euangelia sanctus ille liber vocatur; quoniam immortalitatẽ, & incorruptionem, & vitam æternam, & peccatorum remissionem, & regnum cælorum mortalibus nobis, & corruptibilibus, & terrenis euangelizat. Et paulo post: In isto diuinorum Euangeliorum libro continetur incarnationis, demonstrationis, miraculorumque ipsius historia spiritu Dei scripta. In quibus Damasceni verbis obserua primùm ipsos Euangelistarũ libros vocari Euangelia, & quidem sacra, & diuina: Deinde cur liber gestorum Christi vocetur Euangelium: Tertiò, quæ bona Euangelio nuncientur: postremò, quæ tractentur in Euangelio.

Damasc. Cur gestorũ Christi liber dicatur Euangelium.

Euãgelistæ qui sint.

12. Modò qui propriè sint Euangelistæ explicandum videtur. Patres autem hoc perspicuè, & ex professo declararunt. Euthym. quidem prol. in Matth.

Matth. his verbis; Euangelistæ dicuntur non solum hi quatuor; verùm *Euthy.*
etiam omnes simul Apostoli. De quibus pariter antea locutus est Isaias: „
Quam pulchri (inquiens) *pedes euangelizantium pacem, euangelizantium* *Isa. 52. v.*
bona? Verum hi quatuor propriè Euangelistæ vocati sunt, quasi qui per 7.
scripturam omnia narrauerunt, ac prodiderunt: cæteri verò omnes tan- „
quam qui hoc ipsum sine scriptura fecerunt. His adijcienda sunt quæ in „
eandem sententiam scripsit Aug. lib. 2. aduer. Faust. cap. 2. Quod autem „
erat Apostoli Pauli Euangelium; hoc etiam cæterorum Apostolorum, & *August.*
omnium fidelium dispensatorum tanti sacramenti. Hoc enim alibi dicit: „
Siue ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis. Non enim omnes illi Euan- „
gelium cõscripserunt: sed tamen omnes Euangelium prędicauerunt. Nar- *1. Cor. 15.*
ratores quippe originis, factorum, dictorum, passionum, & resurrectionis *v. 11.*
Domini nostri IESV Christi propriè dicti sunt Euangelistæ. Eadem Aug. „
verba refert Sedulius in cap. 2. epist. ad Rom. Porro illorum omnium sen- „
tentiæ subscribit Chrysost. ho. 1. in epist. ad Rom. ad illa verba; *Segregatus* *Sedul.*
in Euangelium Dei; dum ait: Non igitur Matthęus Euangelista solus; neque *Chrysost.*
Marcus: quemadmodum neque Paulus solus Apostolus; sed & illi: quan- „
quam per excellentiã hic quidem Apostolus; illi verò Euangelistę dicuntur. Euãgelistæ
Hie. quoque li. 1. aduer. Iouinianum. Cum enim ait Ioannem propterea E- quatuor
uangelistam esse potiùs, quam Petrum, quia librum Euangelij condidit; in- per excel-
dicat propriè ac specialiter illos dici Euangelistas, qui librum aliquem E- lentiam.
uangelij condiderunt. *Hiero.*

13. Quamuis ergo nusquam in diuinis litteris, Euangelicæ historiæ scriptores, sed eius tantum prædicatores, Euangelistæ dicantur; vsus tamen communis loquendi in Ecclesia Dei, tam apud veteres, quam neotericos obtinuit, vt qui Euangelicam historiam Spiritu Sancto dictante conscripserunt, Euangelistæ per excellentiam nominentur, si modò ab Ecclesia Catholica vt tales approbati sint. Euangelistæ enim ab Euangelio, siue prædicato, siue scripto nomen habent.

14. Tandem quæ læta nobis Euangelio proponantur; explicandum est. Quæ bona
Chrysost. hom. 1. in Mat. & hom. 8. operis imperf. quæ bona hominibus Euangelio
per Euangelium annuncientur ostendit; videlicet beatitudo cælestis, pec- nuncientur.
catorum remissio, adoptio filiorum, mortuorum resurrectio, immortalitas *Chrysost.*
vitæ, hæreditas regni cælestis, possessio gloriæ sempiternæ, societas Ange- „
lorum, communicatio spiritus, fraternitas Christi, & paternitas Dei; quæ „
antiqui homines manifestè nec audierunt, nec sperauerunt. Ex Chry. habet „
Euthy. præfat. in Mat. quæ bona hominibus Euangelium annunciet, puta *Euth.*
Deum, procurandæ salutis nostræ causa, hominem factum, hominem verò „
diuinum; Dei filium sua morte seu victoria gloriosissima, nos è crudelissimi „
hostis manibus, certaque & nunquam interitura morte, eripuisse; dæmo- „
num dissolutionem, peccatorum remissionem, regenerationem, adoptio- „
nem, & regni cælorum hæreditatem. His addit Theop. præfat. in Mat. iu- *Theop.*
stitiam, reditum in cælos; quòd facilè, & gratis hæc accipimus, non nostro „

" labore, neque ex nostris bonis operibus: sed gratia, & misericordia Dei. " Similia habet in cap. 1. epist. ad Rom. Et in cap. 1. epist. ad Col. sicut & Damascenus loco prius citato.

Damas.

Chrysost.

Tres carũ rerum quæ Euangelio nunciãtur cõditiones; sunt enim firmæ, eminentes, & faciles.

15. Chrysost. verò hom. 1. in Mat. sic inter alia scribit: Quæ piscatorum verbis annunciata sunt, propriè, ac verè Euangelia nominantur; non tantum quia firma sunt, & penitus immobilia, supraque nostram eminentia dignitatem: sed etiam quia cum facilitate nobis donata sunt. Non enim laboribus nostris, atque sudoribus; non doloribus, & ærumnis; sed per Dei in nos tantummodo charitatem, tam grandia hæc promissa suscepimus.

Haymo.

16. Haymo in cap. 1. epist. ad Rom. superioribus adiungit, Deum trinum in personis, & vnum in substantia; Patrem ingenitum, Filium vnigenitum, Spiritum Sanctum ab vtroque procedentem; Christi natiuitatem vnam ante sæcula, & aliam in fine temporum, eius miracula, vitam, passionem, mortem, resurrectionem, ascensionem, missionem Spiritus Sancti, aduentum ad iudicium, resurrectionem generalem, gloriam electorum, damnationemque malorum.

Quis doctrinæ Christi Euangelij nomen imposuerit.

Mar. 1. 8. 10. 13. 14. 16.

Oecum.

Chrysost.

17. Sed age, quis nouæ huic doctrinæ Christi, nouum quoque hunc titulum, & nomen imposuit? neque enim vllus vnquam propheta, aut philosophus ita doctrinam suam appellauit. Solus profectò id Christus dominus fecit, vt videre licet Mar. 1. 8. 10. 13. 14. & 16. Obseruauit etiam Oecum. in cap. 1. Act. Apost. Quod ipsi sancti Euangelistæ scripturam suam non uocent Euangelium: sed librum. vt Mat. 1. vel sermonem, vt Act. 1. arrogantiam vbique fugientes. Tamen ipse Chrysost. hom. 1. in Mat. ait Matthæum scriptionem suam non abs re Euangelium vocauisse. Siquidem pœnarum sublationem, veniam peccatorum &c. Quomodocunque autem hæc se res habeat; ipsi fideles, & Ecclesia quatuor Euangelistarum libros appellauit Euangelia, tanquam verè complectentia Euangelium, hoc est, Christi vitam, & doctrinam.

Cur doctrinæ, & vitæ Christi historia Euangeliũ nuncupetur.

1. Ratio.

Ierem. 31. *v.* 31.

Apoc. 14. *v.* 3.

Apoc. 21. *v.* 5.

2. Ratio.

2. *Cor.* 5.

Ro. 1. *v.* 1.

Theoph.

Ps. 67. *v.* 12.

Isa. 52. *v.* 7.

18. Porrò hanc Christi vitam, & doctrinam Euangelium appellari fuit æquissimum; primò, vt nouæ rei nouum quoque vocabulum imponeretur, congruum, ac decens videbatur. Christi autem doctrina res noua erat: secundum illud Ieremiæ 31: *Feriam domui Iudæ fœdus nouum*. Apoc. 14. *sancti cantabant canticum nouum*. Apoc. 21. *ecce noua facio omnia* &c. & 2. Cor. 5: *si qua ergo in Christo, noua creatura est, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua*.

19. Secundò, quia id prophetatum erat, dicente Apostolo ad Ro. ca. 1. *Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis*. In quem locum sic habet Theophylactus: Ne Euangelium tanquam nouum aliquod, & insolens præconium homines detrectarent; arguit Paulus hoc multis sæculis gentium nationem præcessisse, fuisseque à Prophetis longè ante conscriptum. Siquidem apud Dauid id sit Euangelij nomen compertum; cum inquit: *Dabit verbum Euangelizantibus virtute multa*. Et Isa. item: *Quam pulchri sunt pedes Euangelizantium pacem!* Quibus ad-

bus addit Chrysost. hom. 1. in epist. ad Rom. Vides & præscriptè ipsum quoque Euangelij nomen, & modum in veteri testamento appositum. *Chrysost.*

20. Tertiò, doctrinam suam Dominus ita vocauit, vt vel ipso nomine homines ad eius amorem traheret, & alliceret. Homo namque sua natura non vult terreri, seruire, grauari, laborare, puniri, minas audire: sed amat libertatem, lenitatem, & lætitiam. Hæc autem Euangelium confert. 3. Ratio.

21. Quartò, eo quod nobis annunciet res verè prosperas, suaues, bonas, gratas, & bene se habentes; nempe Filium Dei pro nobis incarnatum, mortuum, resurrexisse, super omnia constitutum; nosque per eum remissionem peccatorum; pœnarum, & damnationis interitum, iustitiam, sanctificationem, adoptionem, reditum in cælos, & æternam beatitudinem consecutos. Quid his tam bonis nuncijs inuenitur æquale? optabant hanc vocem audire Prophetæ, & sancti. cant. 2. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis*; sic sponsa. Moyses verò Exo. 33. Hoc modo: *Domine, si inueni gratiam coram te, ostende mihi faciem tuam.* Nos Luc. 10. hanc vocem audiuimus: *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis* &c. Ad hanc rationem Patres ante citati respexisse videntur. Hæc igitur doctrina Christi meritò vocatur Euangelium, hoc est, bonum nuncium, quoniam aduentum, & natiuitatem promissi, diuque expectati Messię ostendit, & continet: tum quia docet eum venisse, non vt mundum iudicet, sed vt eum redimat; & à seruitute dæmonis, & peccati liberet; imo etiam quòd media nobis ad salutem necessaria dederit. Item quoniam proponit Christum venisse ad saluandos omnes, etiam gentiles, non tantũ Iudæos: Et tradit merita Christi, & sanctorum eius in Ecclesia nobis relicta esse. 4. Ratio. *Can. 2. v. 14. Exo. 33. v. 13. Luc. 10. v. 23.*

22. Quintò, quia hæc bona facilè, & gratis accipimus; non labore nostro, vel meritis: sed gratia, & misericordia Dei, secundum illud Apostoli ad Ephes. 2. *Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit & consedere fecit in calestibus, in Christo Iesu. Gratia enim estis saluati per fidem; non ex operibus.* Et ad Titum. 3. *Cum benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ qua fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* 5. Ratio. *Ep. 2. v. 4. Tit. 3. v. 4.*

23. Sextò, quia hæc sola est verè, & excellenter bona nunciatio. Nam hæc sola nunciat vera bona, & integram fœlicitatem continentia: hæc sola est bona omnibus hominibus cuiuscunq; sint sexus, conditionis, gradus, & ætatis. Denique hæc sola optimo, & facili modo, nimirum apertè, & absq; tricis, vt ab omnibus clarè possit intelligi, vera bona annunciat. Ob has rationes ea historia, quam diuini quatuor Euangelistæ conscripserunt, Euangelium, hoc est, bona, & læta annunciatio iure optimo nuncupatur; & quidem per antonomasiam, & excellentiam, vt ex Orig. Aug. Chrys. & alijs prius citatis manifestum est. Omnia enim alia quibus terrena promittuntur comparatione eorum, quæ doctrina Christi pollicetur, vana sunt. *Nam quæ videntur* (inquit Apost. 2. ad Cor. 4.) *temporalia sunt: quæ autem non videntur æterna.* 6. Ratio. *2. Cor. 4.*

24. Quid-

24. Quidquid in veteri lege de gratia, & redemptione nobis conferenda, proditum est, id verè quidem Euangelium, hoc est, bonum, lætumque nuncium dici potest, cuiusmodi sunt illa; quod semen mulieris caput serpentis contereret; quod in semine Abrahæ benedicerentur omnes gentes; quod non auferretur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniret, qui mittendus erat: quod Prophetam nobis Dominus suscitaret, quem audire oporteret: & alia multa. Hinc D. Petrus actor. 3. cap. ait:
Act. 3. *v.* 24. *Omnes prophetæ à Samuel, & deinceps qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos.* Et act. 10. *Huic*, IESV, *omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.* Verum longè gratior, *Act.* 10. *v.* 43. melior, lætior, & excellentior ea est nunciatio, qua præsens ostenditur, datur, & offertur magnum illud bonum, quod promissum antea, expectatumque fuerat.

Euangeliū non tantū lęta proponit

25. Porro non desunt, qui cum ex Græcis didicerint Euangelium esse bonum, lætumque nuncium; persuadent sibi nihil aliud in Ecclesia prædicandum esse, nisi quod lætum est, vt sunt promissiones; eo quod Christus dixerit *Mar.* 16. *v.* 15. Mar. 16. *prædicate Euangelium:* Et Apost. ad Rom. 1. *Euangelium Dei virtus est in salutem omni credenti.* Cumque audierint aliquem ad pietatis opera inducentem, ac terrorem æternæ mortis incutientem; statim eum vt *Rom.* 1. *v.* 16. legis prædicatorē damnant; & nihil minus quam Euangelicum præconem iudicant; neglectisque ijs, quæ ad pietatem pertinent, solo nomine gloriantur. Verum Christus doctrinam suam non ob id Euangelium nominauit, vt nihil deinceps nisi promissiones prædicandæ sint; omnisque de operibus doctrina obliuioni tradatur. Nam & ipse Dominus frequenter in Euangelio nos ad officia pietatis hortatur: Et eius Apostoli in epistolis suis nihil non agunt, vt ad bona opera nos extimulent; maximèque eos detestantur, *Ga.* 5. *v.* 13. qui, *Libertatem vertunt in occasionem carnis, & velamen malitiæ.* Ideò autem *1. Pet.* 2. *v.* 16. Christus doctrinam suam Euangelium, hoc est, bonum, & lætum nuncium appellauit, quod ea, non vt lex vetus, pœnis, & minis (vt priùs dictum est) ad bonum cogat: sed bonis lætisque promissis alliciat.

26. Quemadmodum igitur vetus testamentum, tametsi plures adiunctas promissiones habuerit, vt in Prophetis, & psalmis manifestum est: quia *Io.* 10. *v.* 34. tamen hæ promissiones nondum impletæ erant, nomen legis obtinuit; Vnde Christus etiam legem nominat Ioan. 10. dicens: *Nonne scriptum est* *Psa.* 81. *v.* 6. *in lege vestra, quia ego dixi; dij estis?* Sic doctrina Christi, quamuis de operibus multa doceat; quia tamen per Christum promissiones nunc impletæ sunt, & implentur; Euangelij nomen obtinuit. Sicut ergo impiè cum veteris testamenti Patribus egisset, qui omissis promissionibus solam eis legem prædicasset; per hoc enim eos ad desperationem adegisset: ita facit impiè, qui Christi fidelibus, neglecta operum doctrina, solus promissiones inculcat. Nam eos per hoc in vanam securitatem, imo leuitatem inducit. Vt enim lex non exclusit promissiones, sed complures adiunctas habuit: sic Euangelium non excludit opera; imo summè ea commendat.

27. Hinc

27. Hinc est quod Ambros. serm. 20. in psal. 118. dicat Euangelium non solùm esse fidei doctrinam: sed etiam morum magisterium, & speculum iustę conuersationis. Nec etiam verum est, sic Euangelij propriam esse consolationem, vt ei minæ non conueniant. Siquidem Euangelium vt obedientes mirificè consolatur: ita vehementer inobedientes exterret. Quoniam de Christo Ioannes Baptista concionatur Mat. 3. *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum; paleas autem comburet igni inextinguibili.* Et ipse Dominus passim in Euangelio minatur gehennam, vt Mat. 5. 13. 24. 25. Marci 9. Luc. 12. & alibi. Et Apostolus Paulus ad Rom. cap. 1. perspicuè docet Euangelium non modò credentium salutem; sed etiam minas iræ Dei erga peccatores continere. Quare Theophylactus præfat. in Mat. quod Euangelium non tantùm læta proponat: sed etiam futura supplicia comminetur, asserit. Hæc, propter eos, qui de Euangelio gloriantur, cum nesciant quid sit Euangelium, pluribus exposui.

Ambros. " " *Mat.* 3. *v.* 12. *Matth.* *Mar.* *Rom.* 1. *Theoph.* " "

Euangelij efficientia.

CAPVT. 19.

DECIMA septima Euangelij dignitas, ac vndecimum eiusdem à lege discrimen ex ipsius virtute, vi, & efficacitate sumitur. Proinde nunc de Euangelij efficientia tractandum est. Vt autem melius Euangelij vis, & quid in mundo Euangelium effecerit, intelligatur, sex consideranda sunt: primum est, quid prædicatum sit per Euangelium: secundum, quando, cui, & quali hominum generi, seu quibus hominibus prædicatum sit: tertium, qui & quales Euangelium in mundo prædicauerint: quartum, qui, & quales Euangelicæ prædicationi obstiterint: Quintum, quibus modis eisdem restiterint, & eam impedire conati sint: Sextum, quis tandem fructus ex Euangelij prædicatione, per totum mundum consecutus sit. Ex his Euangelij potentia innotescet.

Decima septima Euangelij excellētia. 11. Euāgelij à lege differentia. Euangelij vis vnde cognoscēda sit. Sex tractanda.

2. De primo; Euangelium ea credenda, recipiendaque proponit, quæ difficillima sunt non tantum intellectui; sed etiam voluntati. Intellectui quidem, mortuorum resurrectionem; (quæ quam sit creditu difficilis vtcunque potest ex cap. 17. act. intelligi.) Mysterium sanctissimæ Trinitatis; Incarnationis, & conceptionis Christi; diuinitatis & humanitatis Domini Iesu; sacramenti altaris; iustificationis peccatorum; & similia. Quæ omnia valdè ardua erant, & occulta; maximè cum auctor immediatus tal s doctrinę putaretur filius fabri, ac turpissimè suspensus fuisse non ignoraretur.

De primo. Euangeliū quid proponat credendum. *Act.* 17. *v.* 18.

3. Vnde Chrysost. hom. 1. in Mat. dicit quod ea persuadebant Apostoli; quæ sapientes sæculi ne per somnium quidem aliquando imaginari potuerunt; quæque naturam nostram longè probantur excedere. Siquidem

Chrysost.

I relin-

» relinquentes omnino terram, de cælestibus disserebant. Postea dignitatem
» eorum, quæ Euangelio proponuntur, explicat.

Euangelij quid agendum proponat. 4. Non minus difficilia factu proponebat voluntati, & sensibus carnis; videlicet Christianam vitam esse perpetuam crucem, & mortificationem carnis, delectationum, voluptatum, & similium rerum mundanarũ. Scriptum est enim Mar. 8. *Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* (*Mar. 8. v. 34.*) Se autem negare, est suis inordinatis desiderijs repugnare, & seipsum in hac re vt inimicum tractare. (Se negare quid sit.) Crucem verò suam tollere, est se parare omnibus molestijs, quæ ferendæ sunt, vt regno cælorum potiamur. (Crucem suam tollere quid sit.) Christum sequi, est ire eadem via, qua ipse iuit. (Quid sit Christum sequi.) Vnde ad Gal. 5. cadicitur: *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* (*Gal. 5. v. 24.*) Et ad Cor. 2. 6: *Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longaminitate, in suauitate, in Spiritu Sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris; per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam; vt seductores, & veraces.* (*2. Cor. 6. v. 4.*)

5. Insuper non minus ardua, & difficilia sunt, quæ Euangelium prohibet; de quibus ita scripsit Chrysostomus hom. 1. in Mat. (*Chrysost.*) nostri autem magistri, inquit, non solum opus turpe condemnant, neque tantummodo
» concupiscentiam prohibere contenti sunt; sed & aspectum impudicum, &
» inhonesta verba, risumq́; lasciuum; sed & habitum inordinatum, incessum
» inconditum, atque clamorem; & omnino vsque ad humilia præcepta de-
» ducunt diligentiam disciplinæ. Ita Chrysost. Atque ob ea quæ in Euangelio credenda & agenda proponuntur, rectè à Metaphraste (*Metaphr.*) in vita sancti Matthæi, Euangelium ipsum religionis, & pietatis doctrinam vocari existimo.

De secũdo. Euangeliũ quibus propositum sit. 6. De secundo, quibus scilicet hominibus, & quo tempore proponebatur hæc lex, doctrina, professio, & philosophia tam ardua, & spiritualis, docet Apost. epistolæ ad Rom. cap. 1. his verbis: *Cum*, inquit, *cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis; qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium; & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quam creatori. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes; & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia; tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia,* (*Ro. 1. v. 21.*)

litia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.

7. Et ad Ephes. 4. *Hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt iam non ambuletis, sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.* Hæc Diuus Paulus. *Eph. 4. v. 17.*

8. Sed vnde tot, & tanta mala proueniebant? Primum inde, quod in alia vita nihil boni, aut mali expectarent: Deinde ex eo quod homines dijs suis, vt congruum videbatur, similes esse vellent. Denique ex eo quod omnia vitia cum idololatria regnent, vt docetur sapientiæ 14. ca. Ideoq; tales homines Isaiæ 35. pessimis ferocissimisque bestijs comparantur. Talis erat mundi status; diuque talis fuerat: nec vlli siue Philosophi, siue alij eum mutare potuerunt, etiamsi hoc efficere conati essent. Verum de his paulo inferius iterum acturi sumus. *Sap. 14. Isa. 35. v. 7.*

9. Iam de tertio aliquid dicendum est, quibus nimirum instrumentis, & ministris toti mundo persuasum sit Euangelium. Solet Deus eligere debiliorem, oppressum calamitatibus, nullo subsidio munitum, & qui vix est; vt omnem mundi vim, & sapientiam frangat. In omnibus enim suam gloriam potissimum respicit, quę tanta non esset, si paribus armis triumpharet. Sic per ranas, muscas, culices, Exod. 8. crudele bellum cum Pharaone, & eius populo gessit: Et per Gedeonem cum trecentis, Iudic. 7. cap. innumerabiles Madianitas profligauit. Quid Sampson cum Philistęis egerit Iud. 15. cap describitur. Per Ionatham, & eius puerum, 1. Reg. 14. Philistæos perdidit. Dauid quomodo gigantem superauerit, 1. Reg. 17. videre licet. Copiosum Regis Syriæ exercitum. 3. Reg. 20. per pedissequos principium prouinciarum dissipauit. Per debilem mulierem, Iudith. ca. 13. exercitum innumerabilem Assyriorum confudit. Sic Deus elegit prædicatores Euangelij homines timidissimos, sine literis, sine Philosophia, sine eloquentia, sine vrbanitate, sine opibus. De tertio: qui Euangeliū prędicauerint. *Exod. 8. Iudic. 7. Iudic. 15. 1. Reg. 14. 1. Reg. 17. 3. Reg. 20. Iud. 13.*

10. Iustinus Martyr. orat. ad Antoninum: Hierosolymis, inquit, duodecim viri profecti sunt in mundum, atque hi quidem indocti, & minimè eloquentes: Dei autem virtute humano generi denunciauerunt, à Christo missos se esse, qui cunctos Dei verbum docerent. Chrysost. etiam hom. 1. & 76. in Mat. quales fuerint primi prædicatores Euangelij explicat. *Iust.* Euangelij ministri quales fuerint.

11. Ambros. autem lib. 5. in Lucam docet rationem diuini consilij, cur nimirum Deus non elegerit Apostolos sapientes, diuites, nobiles: ne (inquit) traduxisse prudentia; ne redemisse diuitijs, ne potentiæ, nobilitatisque auctoritate traxisse aliquos ad suam gratiam videretur; vt veritatis ratio, non disputationis gratia præualeret. *Chrysost. Ambros.*

12. Porro quibus rebus & armis propagatum sit Euangelium, exposuit Euangelij arma.

Niceph. Nicephorus Callist. lib. 4. hist. cap. 2. scilicet Euangelizantium doctrina,
" vita, miraculis, libris, sermonibus, certaminibus, luctis, & persecutionibus.
Chrysost. Et ante Nicephor. ita scriptum reliquit Chrysost. hom. 1. in Matth. Arma
" quoque istorum militum, naturam ipsius belli consequenter imitantur.
" Non enim ex ferro parantur, ac pellibus: sed ex veritate, fide, atque iusti-
" tia, cæterisque virtutibus. Piscatores, inquit, absque vllo cultu, & arte ver-
" borum, loquebantur.

De quarto, qui Euangelio obstiterint. 13. De quarto; ei repugnabant omnes mundi Imperatores, Reges, Principes, Monarchæ, omnis Imperij Romani potentia mundi domitrix, & victrix; omnes nationes, & insulæ, gentiles, & Iudæi. Vnde psal. 2. *Quare* *Psa. 2. v. 1.* *fremuerunt gentes; & populi meditati sunt inania? astiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Et *Act. 4. v. 24.* Act. 4. omnium Apostolorum vox est: *Conuenerunt verè aduersus sanctum puerum tuum Iesum Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israël.*

Chrysost. 14. Addit Chrysost. hom. 1. in Matth. huic disciplinæ non cum ho-
" minibus duntaxat bellum esse: sed etiam aduersus sæuissimos dæmones,
" contraque incorporeas illas potestates. Propter quod (inquit) & dux ta-
" lis exercitus nullus est hominum, nullus est Angelorum: sed ipse procul
" dubio Deus.

De quinto. Quomodo restiterint. *Chrysost.* 15. De quinto; maiori crudelitate, maioribusque tormentis, quam omnes homines à diabolo edocti, & excitati inuenire, & exercere poterant. Vnde Chrysost. hom. 1. in Mat. dicit Euangelium prædicatum à piscatoribus exagitatis vndique, sæpius verberatis, ac inter pericula iugiter " constitutis. Hæc autem manifesta sunt ex act. *Act.* Apost. cap. 4. 5. 8. 9. 12. 14. *Corinth.* 16. 19. 20. 21. 22. 23. poster. ad Corinth. 4. 11. & ex historijs, passionibusq; sanctorum Apostolorum, & aliorum.

De 6 Euangeliū quid mundo cōtulerit, quid effecerit, & quomodo homines mutet. Tres vniones soli Deo possibiles. 16. De sexto; perfecerunt Apostoli ignobiles, pauci, & impotentes, primò vt mundus sua Idola relinqueret, & contemneret. Secundò, vt homines crederent, quæ humano intellectui non tantum sunt difficillima; sed etiam impossibilia videri possunt, & maximè absurda; præsertim quod Virginis filius, isque turpissimè suspensus, esset verus Deus; totumque vniuersum gubernaret. Quod sanè vnum est ex tribus mirabilibus, quæ solius Dei omnipotentia facere potuit, & coniungere; videlicet Deus, & homo; mater, & virgo; fides, & cor humanum. Quis scit vtrum sit admirabilius, Deum in cruce pro hominibus mori; vel homines credere eum esse Deum, qui hoc modò in cruce mortuus est? Tertiò, vt mores, & vitam mutarent; vt ex carne, spiritus; ex terra, cœlum; & ex hominibus Angeli efficerentur. Superbi, crudeles, carnales, auari in alios planè mutati sunt. Euangelium lupos in oues; leones in agnos, serpentes in columbas; & arbores steriles, in fructus vitæ æternæ ferentes conuertit. Arida *Isa. 35. v. 7.* in fontes aquarum mutata est, sicut Isa. 35. dicitur. Est hoc ex sanctorum vitis manifestum.

17. Tollen-

17. Tollendus erat mos inueteratus; & inducendum nouum asperioris vitæ genus. Ideòque res erat factu difficilior. Aug. lib. de spiritu & lit. cap. 20. Propter veteris hominis noxam, quæ per literam iubentem, & minantem minimè sanabatur; dicitur illud testamentum vetus: hoc autem nouum, propter nouitatem spiritus, quæ hominem nouum sanat a vitio vetustatis. Amb. epist. 72. dicit Euangelium habere indulgentiam, qua peccata donantur. Iren. lib. 3. aduers. hære. capit. 11. dicit Euangelium renouare homines, eosque in cæleste regnum eleuare, & pennigerare. Basil. epist. 79. ad Eustathium, epis. Sebastiæ, suo exemplo docet quam vtilis sit Euangelij lectio. Quia per eam in virum alium mutatus est. Hinc Clemens Papa initio libri sexti recognitionum ait, Euangelium cordis esse verum. & diligentem colonum. Apost. verò 1. ad Cor. 15. sic ait: *per quod* (Euangelium) *& saluamini.*

18. Addam his quæ habet Chrysost. aduersus gentiles: Peragrarunt Apostoli orbem terrarum; & infirmum inuenientes, ad sanitatem reduxerunt; & in ruina positum, ad stabilitatem reuocarunt; non arcus tendentes, non sagittas mittentes, non pecunias largientes, non eloquentia confidentes; erant nudi quidem sæculo, sed induti Christum; pauperes, sed diuites; pecunia indigentes, sed regnum cælorum possidentes; non habentes humana solatia; habentes autem Dominum Deum suum. *Ego enim* (inquit) *vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Peragrarunt vniuersum orbem terrarum oues simul cum lupis. Quis vidit? quis vnquam pastor oues mittit in medio luporum? Sed magis si viderit lupos, congregat oues. At verò Christus è contrario fecit, oues ad lupos; & vulneratæ a bestijs non sunt: sed magis lupi ad ouium mansuetudinem conuersi sunt. Et post multa; Mira virtus erat, piscatorem, publicanum, pellionem, nudis præceptis mortuos suscitare, morbos expellere, mortem abigere, philosophorum linguam mutam facere, Rhetorum ora constringere, apud Principes, & Reges versari; barbaris, Græcis, & vniuerso humano generi imperare. Nam & hoc illi verbo perfecerunt. Idem ipse Chrysost. hom. 1. in Mat. docet quam multis persuasum sit Euangelium: Annunciant (inquit) atque persuadent, non duobus, non viginti hominibus, non centum, aut mille, aut decem millibus: sed vrbibus, & gentibus, & populis, & terræ prorsus, ac mari, Græciæ simul ac barbariæ, & habitabilibus partibus orbis, ipsique deserto. Et non paucis interiectis: Quæ a piscatoribus (inquit) prædicata sunt, & imperiti, & eruditi, & serui, & liberi, & reges, & milites, & Græci, & Barbari omni cum reuerentia susceperunt. Ita Chrys.

19. Quot autem, & qualia essent in vastissima illa sylua totius orbis terrarum monstra ferarum, atque portenta, quæ nec satis fingere scriptorum gentilium vanitas potuit, & ad quæ perdomanda piscatores à Christo è Galilæa missi sunt; accipe quæ Theodoretus de complurium gentilium moribus, & mutatione facta per Euangelium libro 9. de curat. græcar. affectio. summatim collegit: Persicæ (inquit) nationes quæ iam pridem

August.
Cur testamentũ dicitur vetus, & nouum.
Ambr.
Peccata donat.
Ire.
Basil.
Clem.
Homines renouat, & in cælum eleuat.
Homines mutat.
1. *Cor.* 15. *v.* 2.
Chrysost.
Qualis erat orbis.
Infirmos sanat.
Stabilit vacillantes.
Quales erant Euangelij præcones, & quæ eorum arma.
Lupos facit oues.
Matth. 28. *v.* 20.
Chrysost.
Theod.
Persæ.

„ pridem Zaradæ legibus regebantur, matrum, filiarum, sororum connubijs susque deque commixtæ, remque iustissimam arbitrantes id quod erat facinus iniustissimum; audita piscatorum lege, & accepta, Zaradæ leges, vt iniquitatem maximam conculcarunt: Euangelicamque protinus temperantiam complexæ sunt. Quique prius edocente illo didicerunt mortuorum corpora canibus depascenda, volucribusque porrigere; tunc iam cum cæperunt in Christum credere, ab eiusmodi immanitate abhorrent, & mortuos suos terræ infodiunt: neque curant Principum leges, quibus id fieri prohibetur; neque tortorum sæuitiam perhorrescunt. Magis enim timent Christi iudicium. Cumque præsentia cuncta irrideant; cogitare magis gaudent, quæ non videntur; eaque demum reuerentur, & timent. Has itaque nouas leges acceperunt à promulgatoribus Galilæis. Quique non timuerunt Romanorum potentiam; sese vltro crucifixi hominis imperio subdiderunt. Atque vt hi Romanis legibus viuerent, neque Augustus ipse impetrauit, neque Traianus, qui Persarum regna subuertit: & tamen Apostolorum monumenta Persæ homines, tanquam cælitus allata fuerint, venerantur. Massagetæ misertimos esse homines arbitrati, qui alio mortis genere, quam violenta nece decumberent; quique idcirco legem de mactandis senibus, comedendisque tulerunt: postquam piscatorum leges, sutorumque acceperunt; abominabiles illas dapes, ac hostias pertæsi sunt. Tibareni quoque soliti olim seniores de altis rupibus dare præcipites; legem iniquissimam côsciderunt, Euangelica lege accepta. Neque amplius Hyrcani, neque Caspij ipsi alunt canes hominum cadaueribus. Neque Scythæ vna cum mortuis hominibus viuos infodiunt, quos olim viuentes illi dilexerant. Tantam morum mutationem piscatorum leges inuehere potuerunt.

Massagetæ. *Tibareni.* *Hyrcani.* *Caspij.* *Scythæ.*

Hieron. *Hunni.* 20. Hæc de gentium moribus ante Theodoretum Hieronymus lib. 2. contra Iouinian. scripto fusius prosecutus est. Hunni quam fuerint barbari, crudeles, & feri, describunt Ammian. lib. 31. in principio. Amb. lib. de Tob. cap. 11. Saluianus lib. 4. de ver. Iudicio, & prouidentia Dei. Hinc tamen videre, & admirari licet crucis, & legis Euangelicæ potentiam, quæ omne barbarorum genus perdomuit. Qui enim adeò feri, & indomiti, truculenti, & omnis prorsus humanitatis expertes fuere; sub iugum tandem Christi redacti, pij, mansueti, humani, benigni, modesti, omnique ex parte sanctissimi euasere, enitueréque ex eis Reges, qui maximo Christianæ religioni decori, & ornamento fuerunt.

Ammian. *Ambros.* *Saluia.*

Theod. 21. Porro talia potuisse præstari, nonnisi legis Euangelicæ esse; Theodoret. lib. de legibus fusè disputat. Hæc pauca ex multis satis insinuasse credimus, (nam in præsentia, dicere de singularum gentium superstitione, prætermittimus) vt qualis aliquando fuerit orbis terrarum facies, intelligatur; magisque legis Euangelicę, ac ipsius Christi potentiam admiremur, qui per paucos, abiectosque homines tot orbis monstra domuerit; suoque iugo ea ipsa non tantum corpore, sed etiam animo subegerit.

22. Verum

22. Verum audiamus, si placet, quod de hac re dicit Aug. epi. 3. Impleti (inquit) spiritu sancto loquuntur repente linguis omnium gentium, arguunt fidenter errores, prædicant saluberrimam veritatem, exhortantur ad pænitentiam præteritæ culpabilis vitæ, indulgentiam de diuina gratia pollicentur; prædicationem pietatis, veræque religionis signa congruentia, & miracula consequuntur. Excitatur aduersus eos sæua infidelitas, tolerant prædicta, sperant promissa, docent præcepta, numero exigui per mundum disseminantur, populos facilitate mirabili conuertunt, inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, per afflictionum angustias vsque in terrarum extrema dilatantur. Ex imperitissimis, ex abiectissimis, ex paucissimis, illuminantur, nobilitantur, multiplicantur; præclarissima ingenia, cultissima eloquia, mirabilesque peritias acutorum, facundorum, atque doctorum subiugant Christo &c. sic Aug. *August.* " " " " " " " " " " " " "

23. Et licet homines illi horribilibus vitiorum generibus essent immersi; Dei tamen spiritus non abhorruit eiusmodi monstra inhabitare; quæ per Euangelij gratiam in Angelos mutata sunt; per quam ait alibi Chrysost. meretrices stellis cæli puriores fiunt, vt sancto Petro in linteo act. 10. indicatum est. Hoc autem totum Euangelij doctrina, & gratia factum est, non in paucis hominibus, & in vna prouincia: sed in toto mundo, à paucis, & breui tempore. Nec immeritò. Erat enim diuina virtus, quæ aderat vbique, & apud omnes cuncta peragebat. Si non istud fuisset; vnde publicanus, vnde piscator, vnde illiteratus quiuisset vnquam tam sublimiter philosophari? Ita Chrysost. hom. 1. in Mat. O potentia, o miraculum, o bonitas, o sapientia! de his plura videre licet apud Chrysost. hom. quod Christus est Deus. *Chrysost.* *Act. 10.* *Chrysost.* *Chrysost.* *Niceph.* *August.*

24. Nicephor. lib. 1. hist. cap. 22. habet Euangelij vtilitatem. Aug. epist. 122. ad Victorianum fusè docet ex scripturis sacris Euangelij contemptum, malorum omnium causam esse. Euthy. in ps. 39. docet Euangelium Dei iustitiam appellari, quia per Euangelium iustificantur credentes omnes, & obseruantes illius mandata, quicumque hi fuerint, & vndecunque. Vocari etiam misericordiam, eo quod summa Dei misericordia donatum sit nobis, qua non sustinuit Deus propriam creaturam sub iniqua Dæmonis tyrannide oppressam amplius iacere; & qua ob nostrã salutem proprio etiam filio non pepercit: varijsque nominibus Euangelium appellari, propter multiplicem gratiam, donaque varia, quæ per illud nobis præstita sunt. & in cantic. 5. ex Isaia sumptum, nomine roris intelligit Euangelium, quia per illud sanantur omnes, qui peccatorum flammis, ambusti sunt; & quia sensim & paulatim animarum agris infusum, innata virtutum semina irrigat, & ad fructificandum disponit. *Euthy.* Conteptus Euangelij malorum omniũ est causa. Cur Euangeliũ dicitur iustitia. Cur Euangelium dicitur misericordia. Cur Euangelium dicitur ros. *Ambros.*

25. Ambros. lib. 6. ep. 41. Paradisus, inquit, est Euangelium, in quo arbor vitæ bonos fructus facit, & æternæ spei mandata diffundit per vniuersos populos. lib. 5. Hexamer, cap. 7. habet, cur Euangelium sit mare. Hanc Euangelij vim, operationem, effectum, & mutationem admiratur Euangeliũ est paradisus. Euangeliũ est mare.

Ezechiel,

Ezec. 36. Ezechiel, cap. 36. vbi inter alia dicit: *Sanctificabo nomen meum magnum. Et*
v. 23. *effundam super vos aquam mundam; & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum; & spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in praeceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Non propter*
Rom. 3. v. *vos ego faciam, ait Dominus.* Eius verò causa, & ratio, hæc ad Rom. 3. cap.
29. adsignatur. *An Iudæorum Deus tantum? nonne & gentium? imo & gentium. Quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præpu-*
Act. 10. *tium per fidem.* Et act. 10. aperiens Petrus os suum, dixit: *In veritate comperi,*
v. 34. *quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.*

Isa. 8. 26. Porro celeritatem Euangelij admirans describit Isa. cap. 8. *Sume*
Euangelij propagatio cita. *tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, velociter spolia detrahe, citò prædare.* In quem locum sic ait Bas. Fortasse tomus hic, nimirum volumen,
Basil. siue liber nouus, & magnus, adumbratio quædam est ac figura noui, ac magni testamenti, stylo hominis descripti; quod Euangelij verba humana
" locutione, siue charactere descripta sint, vt à quouis facilè exaudiantur;
" & à multis scripta sunt Euangelij verba. In quo quidem scriptum est, vt
" velox fieret deprædatio spoliorum. Sanè cita admodum, ac præceps facta
" est. Euangelij siquidem doctrina fulgetra quauis pernicior, ad extremos
" vsque limites terræ habitabilis pertigit; spolians principem seculi huius,
" & ad obedientiam Christo redhibendam eos traducens, quos ille prædo
" detinebat captiuos.

" 27. His addi potest illud Sancti Pauli act. 13. *Per hunc Iesum, vobis re-*
Act. 13 v. 38. *missio peccatorum annunciatur, & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari.* Quis de veteri lege talia vnquam dixerit? Hinc meritò ad Rom.
Rom. 1. v. 16. 1. dicitur: *Non erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti.* Et 2. Corinth. 3. *Idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non littera,*
2. Cor. 3. v. 6. *sed spiritu.* Adeò vt ipsorũ scriptis non solum res gestæ narrentur: sed etiam (quod humanum captum superat) vim quandam spiritus ipsis Deus indiderit; vt iuxta diuinam illam Ezechieli ostensam visionem, *aspectus eorum sit*
Ezec. 1. v. 13. *velut carbonum ignis ardentium, & aspectus lampadarum, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.* Et 2. ad Corinth. 10: *nam arma militiæ nostræ non car-*
2. Cor. 10. v. 4. *nalia sunt; sed potentia Deo, ad destructionem munitionum.*

August. 28. De hac Euangelij efficacitate multa sunt apud Aug. lib. de fide rerum inuisibilium cap. 7. de eadem; Ierem. 23. dicitur: *numquid non verba*
Iere. 23. v. 29. *mea sunt quasi ignis, dicit Dominus?* Nazian. orat. 1. ad Eunomianos, Euangelium appellat doctrinam breuiter comprehensam. Elias Cretensis epist.
Nazia. Elias. ibidem dicit hoc verbum ab Isaia scriptum.. Sic enim Isa. 10. legitur: *con-*
Isa. 10. v. 23. *summationem, & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Sic autem vocatur Euangelium (inquit Elias) quia in eo id quod lex
Elias. prisca multis verbis, ac sacrificijs varijs efficere non poterat, Christi sanguinis,

&rege-

& regenerationis lauacrum, nullo quasi negotio, præstant. Item quia non » solum est absolutus, integer, & perfectus Euangelij sermo: sed etiam quia » paucis verbis multas, & maximas res complectitur. Atque ita breuitate » sua, sapientium exterorum prolixitatem quasi verberat. Hiero. Marc. 1: *Hieron.* Per Euangelium, inquit, venit redemptio fidelium, & beatitudo sanctorũ. » Quatuor Euangelia multarum constat esse virtutum. Quid enim fortius » quam animas saluare, quæ errorum suorum vitijs poterant interire? »

29. Aug. lib. de nat. & grat. contra Pelag. cap. 2. 3. 7. 8. 9. & alijs, *August.* docet eos iustificari, & saluari non posse, quibus prædicatum non est Euangelium. Ergo Euangelij prędicatio non solum est vtilis, efficax, & salutaris: sed etiam necessaria, vt testatur Chrysost. hom. 2. in ep. ad Rom. Habetur quidem apud eundem Chrysost. hom. 45. operis imperfecti, partem *Chrysost.* Euangelij collo appensam non prodesse, & virtutem Euangelij esse in intellectu sensuum. Verum ibi Chrysost. improbat Euangelij verba collo appendere cum aliqua superstitione; vt fit cum respectus habetur magis ad figuras scriptas, quam ad verborum intellectum. Sic etiam intelligi debet Hiero. in cap. 23. Matt. alioqui gestare ad collum aliqua Euangelij verba *Hiero.* ex fide, reuerentia, & deuotione, ab ipso Deo effectum aliquem bonum expectando, licitum est, pium, atque laudabile. Nec solum ad homines se extendit Euangelij efficacitas; sed etiam ad res vitæ expertes. Theodorus enim lector lib. 1. collectaneorũ ait volumen Euangeliorum igni grassanti *Theod.* oppositum fuisse tantæ virtutis, vt ipsum consopierit.

Euangeliũ ad salutem necessariũ est.

Vt Euãgelium collo appensum non profit.

Euangelia incendium auertunt.

Quod Euangelium ad salutem sit necessarium.

CAPVT 20.

CVM iustificari, & saluari nullus possit, nisi cui prædicatur Euangelium, aut per Euangelium, vt superius dictum est; ipsam legem Euangelicam ad salutem esse necessariam, satis est euidens. Quemadmodum enim baptismus ad regnum cælorum ingrediendum est necessarius; sic etiã Euangelium. Et hoc Christum apparet voluisse cum dixit Mar. 16: *Euntes* *Mar. 16.* *in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui verò non crediderit condemnabitur.* Secus est autem de lege Mosaica, sine qua multos quondam iustificatos, & saluatos fuisse rectè dicitur. Ita enim habet Aug. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 47: nec *August.* ipsos Iudæos existimo audere contendere neminem pertinuisse ad Deum præter Israelitas, ex quo propagatio Israel cæpit esse, reprobato eius fratre maiore, Populus eius reuera, qui propriè Dei populus diceretur nullus alius fuit. Homines autem quosdam non terrena, sed cælesti societate ad veros Israelitas supernæ ciues patriæ pertinentes, etiam in aliis gentibus fuisse negare non possunt. Quia si negant, facillimè conuincuntur de sancto, & mirabili

Decima octaua dignitas. 11. Differentia.

Tempore legis multi sine lege saluati sunt.

„ mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec proselytus, id est, aduena populi „ Israël fuit: sed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus „ est. Et paucis interiectis: Diuinitus autem prouisum fuisse non dubito, vt „ ex hoc vno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse, qui secundum „ Deum vixerunt, eique placuerunt, pertinentes ad spiritalem Hierusalem. „ Hunc in modum Aug.

Prof. .. 2. Sic etiam habet Prosper lib. 2. de vocatione gentium cap. 5: Etsi „ fuerunt ex alienigenis, quos temporibus legis veritas illustrare dignata sit; „ tam pauci fuerunt, vt vix cognoscatur an fuerint. Dubium proinde non est, quin tempore legis Mosaicæ quidam sine ipsa iustificati, & saluati fuerint: Quis autem nouæ legis tempore quemquam absque Euangelio saluari posse asserat?

Saluia. Luc. 10. v. 12. 3. Quam verò grauis pœna eos maneat, qui Euangelium non recipiunt, vel non obseruant, docet Saluianus Massiliensis epist. lib. 4. de prouidentia ante medium, ex illa sententia Domini Lucæ. 10: *Sodomis remissius erit &c.* Hoc igitur est duodecimum Euangelij à lege discrimen, & decima octaua eiusdem Euangelij præstantia.

Quod Euangelium sit lex amoris, & libertatis.

CAPVT. 21.

Decima nona Euangelij dignitas. 13. Eius à lege differentia. August. HOc inter nouum, & vetus testamentum esse discriminis, quod vnum sit lex timoris, & seruitutis: aliud verò amoris, & libertatis, & quod vnum amore boni, aliud verò timore pœnarum; vt legis, & Euangelij breuis differentia sit timor, & amor, testatur Aug. disertis verbis ser. 23. de verbis Apost: Lex (inquit) veteris testamenti custodiæ timorem habebat: noui testamenti donum est charitas. Et lib. de spiritu, & lit. cap. 29: Vetus testamentum, ait, exterret: nouum intrinsecus delectat. Et apertiùs l. 1. de „ moribus Eccles. cap. 28. vbi sic habet: Disciplina, quæ animi medicina est, „ in duo distribuitur, coërcitionem, & instructionem. Coërcitio timore: in„ structio verò amore perficitur. In his duobus, Deus ipse duobus testamen„ tis, vetere, & nouo, disciplinæ nobis regulam dedit. Quamquam enim v„ trumque in vtroque sit: præualet tamen in vetere timor; amor in nouo; „ quia ibi seruitus; hic libertas, ab Apostolis prædicatur. Et lib. de vera re-

August. ligione cap. 17. dicit quod timore pietas inchoetur; charitate verò perfi„ ciatur; ideoque populum timore constrictum, tempore seruitutis, in veteri „ lege, multis sacramentis oneratum fuisse; & nos à Christo in libertatem „ vocatos. Ibidem populum Christianũ liberam sub vno Deo multitudinem „ vocat; aliaque huc pertinentia habet. & lib. cont. Adiman. cap. 17: Hæc est „ breuissima, & apertissima differentia duorum testamentorum timor, & a„ mor. Illud ad veterem, hoc ad nouum hominem pertinet: vtrumque tamen

tamen vnius Dei misericordissima dispensatione prolatum, atque coniunctum.

2. Hanc distinctionem legis, & Euangelij posuit Apost. epist. ad Gal. cap. 4. cum ait: *Abraham duos filios habuit. Hæc sunt duo testamenta; vnum quidem in monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar; & seruit cum filijs suis. Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit.* Et ad Rom. 8. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.* Vt ex eo loco declarat Chrysost. sub finem hom. in illud Apostoli; *Cum subiecta fuerint illi omnia.* &c. Et Iren. lib. 4. cap. 22: Maior est, ait, legislatio, quæ in libertatem, quam quæ data est in seruitutem. Et posterioris epist. ad Cor. ca. 3. cum ait: *Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento; sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis; sed in tabulis cordis carnalibus.* Et 2. ad Timot. 1: *Non dedit nobis Deus spiritum* &c. Hanc distinctionem legis, & Euangelij Prophetauit Ierem. ca. 31. cum ait: *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israël, & domui Iuda fœdus nouum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti; pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israël post dies illos; Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam; & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. omnes cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.* De his vide plura apud Aug. lib. de spir. & lit. cap. 19. 20. 21. & 25. & lib. 3. de doctrina Christ. cap. 5. & 6. vbi etiam distinguit seruitutem Iudæorum, & gentium. Et Leo. ser. de festo omnium sanctorum.

Gal. 4. v. 22. *Ro. 8. v. 15.* *Chrysost.* *Ire.* „ *2. Cor. 3. v. 3.* *2. Tim. 1. v. 7.* *Ierem. 31. v. 31.* Euangeliũ Prophetatur, & promittitur. *August.* *Leo.*

3. Euangelium igitur ab antiqua lege differt charta, in qua est scriptum; nempe in tabulis cordis carnalibus, non in lapideis, sicut vetus testamentum. Docet hoc Deus Ier. 31: *Ecce dies venient, dicit Dominus.* &c. Et Paulus ad Hebræos 8: *Nam si illud prius culpa vacasset, non vtique secundi locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies venient, dicit Dominus; & consummabo super domum Israël, & super domum Iuda testamentum nouum. Non secundum testamentum quod feci patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti: Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc est testamentum, quod disponam domus Israël post dies illos, dicit Dominus: dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas.*

Ierem. 31. v. 31. *Heb. 8. v. 7.*

4. Ad hoc discrimen respicit Paulus 2. ad Corinth. 3: *Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus. Manifestati quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento; sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis; sed in tabulis cordis carnalibus.*

2. Cor. 3. v. 2.

5. Igitur quanto interuallo distat spiritus Dei viuus ab atramento; & cor hominis à lapide: tantum quodammodo discrepat Euangelium ab

August. antiqua lege: Vide Aug. lib. 15. contra Faust. ca. 4. & tract. 33. in Ioannem.

6. Verum nunquid Euangelium etiam atramento, & in charta, sicut lex antiqua, est scriptum? deinde cum leges cordi inscribi sit eas memoriæ, intellectui, & voluntati imprimi; nec vllus negare possit veteris testamenti leges memoriæ, intellectui, & voluntati fuisse inscriptas; multi siquidem eas memoria tenuerunt, intellexerunt, & magna voluntate seruarunt: cur ergo scriptæ non sunt in cordibus? Respondet Aug. lib. de spirit. & lit. cap 17. docens legem veterem esse præcepta legis literis exarata; nouam verò charitatem in cordibus nostris diffusam per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Sic etiam Chrysost. ho. de Spiritu Sancto in „ Pentecoste. Cum ergo lex noua in gratia, & charitate consistat, eaque sita „ sit in animo; merito dicitur lex in mente, seu corde inscripta. Quamuis autem præcipuè in corde per charitatem sit impressa: literis tamen etiam est consignata in Euangelijs, non minus quam antiqua, vt externa legis promulgatio, & scriptio vtrique sit communis: sed interna per charitatem, & gratiam impressio in mente, præcipue nouum testamentum illustrat: neque enim charitatis, & gratiæ in mente impressio ad testamentum vetus pertinet; Quia nulli homini data est charitas, & gratia ex vi testamenti veteris.

Quid sit cordi legē inscribi. — *August.* — *Chrysost.*

7. Vt intelligatur quomodo charitas dicatur lex; sciendum est legem vocari non solum dictamen intellectus dirigētis: sed etiam propensionem voluntatis, vel appetitus, quæ ad bonum, aut malum impellit. Hinc Paul. ad Rom. 7. propensionem ad malum, vocat legem membrorum repugnantem, & captiuantem. Quo in loco Apostolus indicat propensiones etiam esse leges, & quidem multò potentiores, quam intellectus dictamina. Hæc enim intellectum illustrant: illæ verò voluntatem, & appetitum potenter mouent, & inflammant. Multa intellectus dictamina lex habuit antiqua; propensionem charitatis nemini largita est. Et hoc de excellentia 19. sufficiat.

Lex est dictamen, & propensio. Rom. 7.

De rebus quæ tractantur in Euangelio, eiusque promissionibus.

CAPVT. 22.

VIGESSIMA Euangelij excellentia; & quarta decima eius ab alijs diuinis scripturis differentia consistit in diuersitate rerum, quæ tractantur; & in diuersis promissionibus. Testatur hoc sanctus Paulus ad Hebræos 8. cum ait: *Melius sortitus est ministerium, quanto melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.* Et Chrys. hom. 1. in epist. ad Rom: Non venit triste quiddam renuncians, veluti Prophetæ, accusa-

Vigesima dignitas, 14. differentia. Heb. 8. v. 6.

accusationes, crimina, increpationes: sed Euangelia, firmorum, & immutabilium bonorum Thesauros infinitos. Et hom. 1. in Matth. multa habet de materia, quæ tractatur in Euangelio; & de præmijs eius. Et Theophylactus in Ioan. 3: vetus lex (inquit) promittebat eos, qui in illa Deo placebant, implendos longitudine dierum: Euangelium autem non temporariam vitam largitur: sed æternam, & indissolubilem. *Chrysost.* „ *Theop.* „ „ „ „

2. Sanè ex ea doctrina, quæ in Euangelio traditur, clarum euadit iure optimo Christum Isaiæ 9. inter alia nomina vocatum esse consiliarium. Futurum enim erat vt re, vita, exemplo, & verbis ea nobis consilia traderet, in quibus vitæ Euangelicæ perfectio consisteret. In hoc Euangelio pauperes spiritu, misericordes, mansuetos, pacificos, mundos corde, fame, & siti iustitiæ laborantes, peccata lugentes; persecutiones, maledictiones, & iniurias pro iustitia patientes, dicit esse beatos. Nimias affectiones parentum, propinquorum, honorum, dignitatum, & omnium huius vitæ bonorum moderari, & cohibere, in Euangelio commendatur. Hic amor sui damnatur: sanctum verò suijpsius, hoc est, malarum suarum propensionum, odium laudatur. Hic docemur quomodo carnem domare oporteat, & captiuam ducere, vt legibus congruenter viuamus. Hoc nos habere iubet columbæ simplicitatem, serpentum prudentiam, agnorum mansuetudinem, & puerorum humilitatem. Hic maximè nobis commendatur intentionis puritas in bonis operibus, quæ facimus; vt omni diligentia, inanis gloriæ periculum fugiamus, quod permagnum est. Vires enim adipiscitur, vt ijs ipsis bonis operibus, quæ agimus, nos tentet. *Isaiæ. 9. v. 6.*

3. Nobis quoque imprimis consulit vt eis benefaciamus, à quibus gratiæ relationem minimè sperare possumus. Neque satis Christo fuit nobis viam ad cælum verbis ostendere: sed etiam hic tanquam in lucidissimo omnium virtutum speculo, & præsertim humilitatis, mansuetudinis, humanitatis, patientiæ, misericordiæ, fortitudinis, zeli gloriæ Dei, doloris miseriarum nostrarum, desiderij salutis, & imprimis charitatis seipsum nobis repræsentat. Qui postquam multas calamitates passus est, tandem vsque ad crucem peruenit. Hic videmus quomodo se Deus semper omnipotentem in aliorum morbis, & necessitatibus curandis ostenderit: In suis verò iniurijs populsandis, hominem infirmum; nonnunquam se ab inimicis suis abscondendo; & quandoque ab illis fugiendo. In quo nos docet quam validi, atque largi in proximos esse debeamus; & quã in nosipsos debiles, & auari. *Ioa. 8. 11. Mat. 2.*

4. His virtutibus se nobis offert summè dulcem, amabilem, & suauem. Ijsdem nobis ob oculos ponit imaginem conditionis, & virtutis sui æterni Patris, perfectam. Qualem enim se hic filius ostendit, talis & Pater est; scilicet non minus amabilis, facilis, & misericors in humiles; nec minus seuerus in superbos, & sceleratos. **Duo in quibus Euangelium ab alijs omnibus sacris libris differt.**

5. In hac Euangelij prærogatiua, & dignitate, duplex discrimen continetur, quo Euangelium auctoritate, & excellentia omnes alios canonicos libros tam noui, quam veteris testamenti excedit. Primum est, quod Euan- **Euangeliũ Christi gesta cõtinet.**

gelium, dicta, & facta Christi principaliter continet, ac nobis ob oculos
Damas. ponit. Vnde sic habet Damas. Histor. Batla. cap. 8: tradiderunt nobis E-
" uangelistæ in scripto conuersationem ipsius Christi super terram, doctri-
" namque eius, & miracula, quantum ex his scripturæ tradi sufficiebat. Et
" inferius: In isto diuinorum Euangeliorum libro continetur incarnationis,
" demonstrationis, miraculorumque ipsius historia, spiritu Dei scripta.
" Deinde & de veneranda ipsius passione, quam sustinuit propter nos Do-
" minus, sanctaque t rtia die facta resurrectione, & in cœlos ascensione.
" Insuper & de glorioso, & terribili ipsius secundo aduentu.

6. Cæteræ verò diuinæ scripturæ aliorum dicta, & facta explicant. In dictorum autem,& factorum Christi cognitione sita est omnis nostra salus; vt meritò singulare nobis beneficium in Christo præstitum agnoscens, & extollens Apostolus, exclamet: *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio.* Nam licet in alijs quoque libris interdum reperiantur aliqua Christi dicta, & facta: non tamen principaliter,& totaliter, sicut in Euangelio, in quo nihil est nisi dictum, aut factum à Christo, vel de eo, & circa eum, aut ad hæc pertinens, & relatum.

Heb. 1. v. 1.

7. In lib. actuum Apostolorum pauca dicuntur de Christi ascensione, & missione spiritus sancti: reliqua verò ad Apostolorum historiam pertinent. In Apocalypsi continentur solum reuelationes Ioanni factæ de statu Ecclesiæ.

8. Secundum est, quod in Euangelio continentur gesta, & dicta Christi in quantum ab eo dicta, vel facta sunt. Nam Euangelistæ solum fuerunt historiographi ipsius filij Dei. In alijs autem libris, etsi aliqua Domini nostri dicta, factaue contineantur; ea tamen ibi non vt ab eo dicta, & facta ponuntur, sed ad probandum quod auctor super aliqua re intendit, in medium adducuntur. Vt prioris ad Cor. cap. 11. & alibi videre licet.

1. Cor. 11.

Syn. Fer. 9. Meritò igitur sic dixit octaua synodus gener. Ferrar. ses. 3: Diuino
" Euangelio supremum obtinenti locum, ac dignitatem, inprimis nobis est
August. innitendum. Et August. præfat. in Ioan: Omnibus (inquit) diuinæ scripturæ paginis Euangelium excellit. Et lib. 1. de cons. Euang. cap. 1: Inter omnes, ait, diuinas auctoritates, quæ sanctis literis cótinentur, Euangelium meritò excellit. Et lib. 3. cap. 13. dicit quod Dominus sublimauerit Euangelistas in Ecclesiæ fastigio, & auctoritatis culmine. lib. 4. cap. 8. restatur quatuor libros Euangeliorum in Ecclesia sublimis esse auctoritatis. Basil. quoque ho. 16: Omnis quidem (ait) Euangeliorum vox, reliquis omnibus sancti spiritus præceptis eminentior esse dignoscitur.

Diuinum Euangeliũ supremum locum obtinet. Euangeliũ excellit omnibus diuinæ scripturæ paginis.

Basil.

10. Et Origene. in Ioannem tom. 1. præfat: Audendum (inquit) est dicere, omnium scripturarum primitias Euangelium esse. Siquidem post omnes fructus dedicantur primitiæ: ante omnes verò fructus prima genitura. Proinde haud equidemquis aberrabit, si ex omnibus scripturis, quæ
" in omnibus Ecclesijs & feruntur, & creduntur esse diuinæ, Moysis legem-
dixerit

Origen.

dixerit quasi primam genituram: Euangelium verò primitias. Quandoquidem post omnes prophetarum fructus, qui fuerunt vsque ad Dominum Iesum, perfectus ille sermo germinauit. Et post multa: totius scripturæ primitiæ est Euangelium. Et infra: Audeamus igitur dicere, primitias scripturarum omnium Euangelium esse. Hæc Orige. Scripturarum primitiæ Euangelium.

11. Multa superius dicta sunt, ex quibus intelligitur non solùm in Euangelio multa, eaque perfectiora Dominum, à nobis exigere, quæ in veteri lege præcepta non erant: sed etiam quam ob causam id à Deo factum sit. Addam nunc ijs pauca. Neque enim hoc à proposito alienum videtur. Sic igitur habet Chrysost. hom. 37. in Mat: Poterant homines ante aduentum Christi, etiam ipsum non confessi, saluari. Non enim Christi, qui nondum venerat, ab illis cultus petebatur: sed vt idolorum cultu spreto, vnum solum Deum conditorem omnium noscerent. *Dominus enim, inquit, Deus tuus, Deus vnus est.* Idcirco Machabæi admirationi sunt, qui ne legem traderent, mori maluerunt. Valdè admiramur pueros quoque illos, aliosque complures apud Iudæos, qui bene, & optimè vixerunt, & hanc cognitionis mensuram inuiolatam conseruarunt; à quibus nil aliud amplius petitum est. Tunc enim, vt diximus, sufficiebat vnum solum Deum nosse. Nunc autem non ita est: sed necessaria est ad salutem Christi cognitio. Propterea dicebat: *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Pariter etiam maiora in viuendi disciplina petuntur à nobis. Nam illis temporibus cædis perpetratio homicidam perdebat: nunc verò, etiam irasci satis est vt pereas. Et tunc quidem alienæ vxori commisceri, atque adulterari, supplicium afferebat: nunc autem, etiam incontinenter oculis cernere, punitionem non fugit. Nam sicut cognitio ad perfectius, atque sublimius peruenit: sic certè disciplina quoque viuendi ad melius nunc progressa est. Hæc ex Chrysost. *Chrysost.* *Deu. 6. v. 4.* 1. *Mac.* 1. 2. 2. *Mac.* 6. 7. *Ioa* 15. *v.* 22.

12. Sed August. quoque audiamus. sic enim ille scripsit libro contra Adimant. cap. 8. Dominus ait: ***Audistis quia dictum est; oculum pro oculo, & dentem pro dente: ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in maxillam, præbe illi & alteram: & quicunque voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam auferre, dimitte illi & pallium;*** In quibus duabus sententijs reuera duorum testamentorum differentia demonstratur. Nam quoniam primo carnales homines ardebant multo amplius se vindicare, quam erat illa iniuria, de qua querebantur; constitutus est ei primus lenitatis gradus, vt iniuriæ acceptæ mensuram nullo modo dolor vindicantis excederet. Sic enim & donare aliquando posset iniuriam, qui eam primò non superare didicisset. *August.* *Mat. 5. v. 38.* *Exod.* 21. *v.* 24.

13. Vnde Dominus iam per Euangelij gratiam ad summam pacem populum deducens, huic gradui superædificauit alterum; vt qui iam audierat non ampliorem vindictá, quam quisque læsus esset, reddere, placata mente totum se donare gauderet. Quod etiam in illis veteribus libris Propheta prædicat;

Ps. 7. v. 5. prædicat, dicens; *Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis; Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Et alius Propheta dicit de huiusmodi viro patiente iniurias, & leuissimè tolerante; *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.* Ex quo intelligitur & mensuram vindicandi rectè carnalibus constitutam; & omnimodam iniuriæ remissionem, non tantum in nouo testamento esse præceptam: sed longè ante in veteri prænunciatam.

Thre. 3. v. 30.

14. Nota Augustinum hic non dicere, quod omnimoda remissio iniuriæ in veteri testamento tradita, seu præcepta fuerit: sed prænunciata, seu Prophetata: In quo indicat eam ad legem Euangelicam pertinuisse; & si quis in veteri lege prorsus condonauerit iniurias, aliquid eum fecisse supra legem, & ad quod lex non obligabat.

„ 15. His addamus quod habet August. quæst. 53. lib. 83 quæst: Quisquis „ (inquit) duorum testamentorum dispositiones, pro temporum congruen„ tia generis humani diligenter ætatibus distributas intuetur, satis, quantum „ existimo, intelligit, quid propriè priori ætati generis humani, quid poste„ riori conueniat. Diuina enim prouidentia pulchrè omnia moderante, ita „ vniuersa generationũ series ab Adam vsque ad finem sæculi administratur, „ tanquam vnius hominis à pueritia vsque ad senectutem temporis sui tra„ ctum ætatis gradibus terminantis. Et ideò virtutum etiam gradus in mori„ bus, donec veniatur ad summam hominis, perfectamque virtutem, oportet „ eum distinguere, qui diuinis lectionibus piè animum intendit; ne forte „ cum inuenerit aliquando paruis parua, aliquando maiora maioribus im„ perari, reputans in comparatione maiora peccata esse illa, quæ minora sunt, „ non arbitretur decuisse vt talia Deus hominibus imperaret. Dicit Euangelium, *sit in ore vestro est, est; non, non*: Sed quia hoc eis imperatum est, quibus iam regnum cælorum promissum est; magna autem virtus hæc implere maiora, quibus debetur hoc præmium; *Regnum enim cælorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud:* Quærendum est, quibus gradibus ad istam „ summitatem, perfectionemque veniatur, in quibus vtique gradibus inue„ niuntur illi, quibus adhuc terrenum regnum promittebatur; quo pro„ misso tanquam paruuli præluderent. Et ab vno Deo abundanter, qui est „ omnium Dominus, interim terrenis gaudijs, quibus adhuc inhiabant, im„ petratis; inde proficientes, & in spiritu succrescentes, auderent etiam spe„ rare cælestia.

Mat. 5. v. 37.

Mat. 11. v. 12.

August. 16. Item lib. de vera religione cap. 17. dicit populum in veteri lege mul„ tis sacramentis oneratum fuisse. Hoc enim (inquit) talibus vtile erat, ad „ desiderandam gratiam Dei, quæ per Prophetas ventura canebatur. Quæ „ vbi venit, multa illa, quæ populo illi Hebræo erant imposita, ab actione „ remota sunt; in fide, atque interpretatione manserunt. Ita nunc nec ser„ uiliter alligant, & exercent liberaliter animum. Non eisdem sacramentis „ tenetur populus noster, quibus Iudæi tenebantur, vel adhuc tenentur. „ Vnus paterfamilias iustissimus aliud imperat ijs, quibus seruitutē duriorem

vtilem

vtilem iudicat: aliud eis, quos in filiorum gradum adoptare dignatur. Hactenus August. »

17. Ex his vtcunque manifestum est alia tradi in Euangelio, alia in lege: & in Euangelio Deum à nobis multa exigere, etiam ad salutem, & iustitiam necessaria, quæ in veteri lege præcepta non erant: Item Iudæos multis fuisse grauatos, à quibus liberi sunt Christiani: Item maiora, & perfectiora esse ea, ad quæ per Euangelium obligamur: Item Deo iustissimas causas cur ita faceret, non defuisse. Non imus tamen inficias quin ea, quæ legi ab Euangelio superadduntur, indicata, & prænunciata quoque in veteri testamento fuerint; imo etiam à sanctis obseruata: Sed lex ad ea populum non obligabat. Cur alia Deus Christianis quã Iudęis præcepit.

18. Quod ad promissiones attinet, in Euangelio expressè docetur, Deo propter cælestia seruiendum esse; non propter temporalia; quæ tamen etiam dicuntur adijcienda. Sed in antiqua lege temporalia promittuntur; & sub eorum inuolucris cælestia. Ibi enim regnum cælorum nominari non audimus: Non est tamen negandum, quin bona cælestia, & æterna etiam in veteri testamento saltem occultè, & rectè promitterentur, vt patet psal. 23. & 33. Leuit. 18. Deut. 32. Sap. 5. Isa. 33. Ezechiel. 20. Gal. 3. & alibi. Lex Euangelica bona cælestia, & futura in patria, manifestè prænunciat, figurat, promittit, atque ad ea immediatè introducit: horum autem bonorum lex vetus non habuit significationem expressam, & propinquam, sed obscuram, atque remotam; prout scriptum est: *Umbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Hinc (iuxta Dionysium Areopagit.) status Euangelicæ legis medius est inter statum synagogæ seu veteris legis, ac patriæ; ita quod sacramenta, & cærimonialia nouæ legis, habent imaginem perfectam, & euidentem similitudinem bonorum cælestium, quorum vmbram gerebant sacramenta, & cærimonialia veteris testamenti. Quia in veteri lege bona illa ventura promittebantur, & figurabantur sub velamine, & confusè. Lex enim vetus apertè, & communiter non promisit nisi bona terrena, de cælesti præmio euidenter non loquens: Euangelica verò lex cælestia bona, spiritualem opulentiam, æternã, ac deiformem beatitudinem apertissimè pollicetur. Vnde in Euangelicæ prędicationis initio dicitur: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.*

Vt lex & Euangelium promissionibus differant.

Euangeliũ perfectius e lege veteri ratione promissionum.

Heb. 10. *v.* 1.

Areop.

Mat. 3. *v.* 2.

De Sacramentis, & sacrificijs Euangelij.

CAPVT. 23.

EVANGELIVM à lege veteri differt etiam ratione sacramentorum, & sacrificiorũ. Cum enim in vtraque lege, Christi videlicet, ac Moysis propria sint & sacramenta, & sacrificia: inter ea tamen discriminis plurimum inuenitur. Nam ea, quæ legis erant, omnia Christum venturum significabant: quæ verò nunc habemus, gratiam per Christum nobis collatam

Vigesima prima dignitas. 15. Differentia.

latam denotant. & loco plurimorum sacrificiorum antiquæ legis, vnicum
August. in nouo testamento datum est crucis sacrificium. Vnde sic ait Aug. lib. 19.
„ cont. Faust. cap. 13. prima sacramenta, quæ obseruabantur, & celebra-
„ bantur ex lege, prænunciatiua erant Christi venturi. Quæ cum suo aduentu
Mat. 5. v. Christus impleuisset, ablata sunt; & ideò ablata, quia impleta: *Non enim*
17. *veni soluere legem; sed adimplere:* Et alia sunt instituta, virtute maiora, vti-
„ litate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tanquam iustitia fidei re-
„ uelata, & in libertatem vocatis filijs Dei, iugo seruitutis ablato, quod duro,
„ & carni dedito populo congruebat.
August. 2. Et lib. 3. de doctri. Christ. cap. 9: Hoc verò tempore, posteaquam
„ resurrectione Domini nostri Iesu Christi manifestissimum indicium nostræ
„ libertatis illuxit; nec eorum quidem signorum, quæ iam intelligimus, o-
„ peratione graui onerati sumus: sed quædam pauca pro multis, eademque
„ factu facillima, & intellectu augustissima, & obseruatione castissima, ipse
„ Dominus, & Apostolica tradidit disciplina.
August. 3. Idem docet Aug. lib. de vera religione cap. 17. & multis alijs in
locis. Illud planè constat, excellentiorem, & præstantiorem vim sacra-
mentis nouæ legis inesse, quam olim veteris legis sacramenta habuerunt.
Quæ cum *infirma* essent, *egenaque elementa* vt dicit Apost. ad Gal. 4. cap.
Ga. 4. v. 9. *inquinatos sanctificabant ad emundationem carnis*, non animæ. Neque enim
Heb. 9. v. perfectè hominem iustificabant. *Nam si per legem iustitia; ergo gratis Chri-*
13. *stus mortuus est* (inquit Apostolus ad Gal. 2.) quia Passio Christi necessaria
Gal. 2. non fuisset. Hinc Sanctus Paulus dicit ad Hebræos cap. 8: *Si illud prius culpa*
v. 21. *vacasset; non vtique secundi locus inquireretur*: Et cap. 9. *munera, & hostiæ, quæ*
Heb. 8. *v.* *in testamento veteri offerebantur, non poterant iuxta conscientiam perfectum facere*
7. *seruientem.* Et cap. 10: *Ingrediens mundum dicit, hostiam, & oblationem no-*
Heb. 9. v. *luisti; corpus autem aptasti mihi: holocausta, & pro peccato non tibi placuerunt.*
10. *Hostias, & oblationes, & holocautomata, & pro peccato noluisti*; nec placita sunt
Heb. 10. tibi, quæ secundum legem offeruntur. Quare vt signa tantum earum re-
v. 5. rum, quæ mysterijs nostris efficiendæ essent, instituta sunt. At verò sacra-
Heb. 9. menta nouæ legis ex Christi latere manantia, *qui per Spiritum Sanctum se-*
v. 14. *metipsum obtulit immaculatum Deo, emundant conscientiam nostram ab operibus*
mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Atque ita eam gratiam, quam significant,
Christi sanguinis virtute operantur.

4. Quocirca si ea cum antiquis sacramentis conferamus; præterquam quod plus efficaciæ habent, & vtilitate vberiora, & sanctitate augustiora esse inueniuntur. Iustificant enim, & gratiam iustificantem conferunt. Itaque sacramenta legis antiquæ, vt purificationes, panis azymus, & alia permulta, quæ ad Mosaici cultus ceremonias pertinebant, ob eam tantum rem à Deo hominibus commendata sunt, vt aliquid significarent, vel admonerent. Nouæ autem legis sacramenta diuinitus tradita sunt, quæ non significandi modo; sed efficiendi etiam vim haberent. Rei enim sacræ, quam declarant, efficientiam in se continent.

5. Huic

5. Huic ergo loco non malè accommodatur illud Apost. ad Rom. 8. cap. dicentis: *Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis: Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.* Ro. 8. v. 2.

6. In hoc etiam antiquæ legis sacramentis plurimum nostra præstant, quod in illis administrandis nulla, quod quidem acceperimus, definita forma seruaretur; quo etiam fiebat vt incerta admodum, & obscura essent: nostra vero formam verborum ita præscriptam habent, vt si forte ab ea discedatur, sacramenti ratio constare non possit; ob eamque rem clarissima sunt, ac nullum relinquunt dubitandi locum. Et hæc sufficiant pro ea Euangelij excellentia, qua tantæ efficacitatis sacramenta continet.

7. Visum est his aliquid subijciendum ex Isidoro, in quo multæ legis, & Euangelij differentiæ continentur. Isidor. Hispal. lib. 2. de differentijs spiritalibus, differentia 28: Inter legem, & Euangelium, hoc interest, quod in lege littera, in Euangelio gratia: Illa habet vmbram; ista imaginem: Illa data est propter transgressionem; ista propter iustificationem: Illa ignoranti demonstrat peccatum; ista agnitum adiuuat vt vitetur: Illa flagitijs deditos increpat; ista peccantes bonitate propria liberat: Illa talionem reddendam decreuit; ista etiam pro inimicis orare insistit: Illa coniugiorum indultum habens, crescere, & generare præcipit; ista continentiam suasit. Illic prædicatur circumcisio sola carnis; hic lauacrum in ablutione cordis, & corporis. Illic Chananitidis regnum, & promissiones rerum tēporalium continentur; hic vita æterna, regnumque cælorum promittitur. Illic Sabbati otium, & requies celebratur: Hic ipsa Sabbati requies in Christo habetur, qui dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & ego vos reficiam; & inuenietis requiem animabus vestris.* Illic esca animalium immundorum prohibetur: hic in corpore Christi, id est, in sanctis suis, non admittitur; sed per illa quidem animalia immunda, mores hominum significantur. Illic pecoribus immolatis, carnis, & sanguinis hostiæ offerebantur: Hic sacrificium carnis, & sanguinis Christi offertur, quod per illa animalia figurabatur. Illic ex carne agni pascha celebratur: hic pascha nostrum immolatus est Christus, qui est verus agnus immaculatus. Illic Neomeniæ, id est, nouæ lunæ principia, celebrantur: hic noua creatura in Christo accipitur, vt Paulus ait: *Si qua noua in Christo creatura; vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.* Isid. Matth. 11. v. 28. 2. Cor. 5. v. 17.

8. Quid plura? in lege quippe res gestæ pro figura in significationem futurorum annunciabantur: in gratia verò Euangelicæ veritatis, quæ illic enunciata fuerunt, explentur. Item in lege mandata scripta sunt, & promissa secundum mandata legem implere, vel conseruare iubentur. In lege enim mandata tenentur: promissa vero in Euangelij plenitudine consummantur. Legem enim Euangelia complent; Et significatio cœpti plenitudo

testamentorum. Item nihil amplius lex præstitit, nisi quod solum peccatum monstrauit, non abstulit; & suo cum errore redactos homines seruos effecit: & inde spiritum seruitutis habuisse priorem populum Apostolus docuit: Euangelium verò veniens, crudelitatem legis amouit: peccata, quæ lex puniebat per spiritum seruitutis, laxauit per spiritum adoptionis: filios ex seruis reddidit: amorem implendæ legis omnibus condonauit: & si deinceps punienda commiserit, per eundem adoptionis spiritum indulget: formam benè agendi præbuit; & vt possint agi, quæ docuit; adiutorem spiritum infundit. Nam præcepta legalia, quæ illi populo data sunt, comparatione meliorum, etiam non bona dicuntur, quia quæ præcipiuntur non perficiunt. Gratia verò Euangelij, quod exterius imperat, interius vt
Ezec. 20. v. 11. perficiatur iuuat: Ezechielis etiam testimonio dicitur: *Dedi eis præcepta non bona:* vtique, quod in eis quædam inutilia, infirmioribus sensibus agenda permissa sunt: sicut illud, vbi Deus Israëlitarum cupiditatem spolijs Ægyptiorum satiari permisit. Nam pro eo quod carnalis populus modum egrederetur vindictæ, lex permittit carnalibus, vicem rependere mali: quod Euangelia firmioribus vetant. Proinde ergo non bona: quoniam Euangelio comparata legis præcepta inferiora noscuntur. Ante aduentum enim redemptoris nostri, gentilis populus, ideò non obtemperauit legi, quia nondum intelligebatur sensu spirituali. Lex enim grauia, atque dura, secundum litteram iubebat; ideò contemnebatur. Venit autem gratia Euangelij, temperauit legis austeritatem, applicauitque sibi gentilem populum.

Isid. 9. Et lib. commentar. in Nume. cap. 26: Iosue succedit Moysi; & dicit quæ spiritualiter debeant offerri in Ecclesia. Legi enim succedit Euangelium; lex facienda præcepta admonet; & gratia complet. Hactenus Isidorus.

De honore Sanctis Euangelijs exhibito.

CAPVT. 24.

Vigesima secunda excellētia, 16. Differentia. Cur honorandæ sint omnes diuinæ scripturæ.

EX superioribus est euidens, quanta ipsis canonicis scripturis reuerentia debeatur, vtpote quæ ab ipso Deo immediatè proficiscantur; & verè sint epistolæ à Sanctissima Trinitate ad nos cælitus destinatæ; patrisque nostri cælestis testamentum. Nam Aug. lib. 1. de sermo. Domini in monte cap. 22. scripturæ diuinæ tanquam patris testamento exhibendam esse reuerentiam, & beneuolentiam profitetur. Et conc. 2. in psa. 90. scriptutas sacras dicit esse literas à Deo nobis de cœlo missas, quibus ad benè viuendum excitamur: sic etiam Gregor. epist. 40. lib. 4.

August. *Greg.* *Iose.*

2. Obseruatione dignum est etiam illud Iosephi lib. 12. antiquit. cap. 2. Iudæorum, inquit, legis codices, sapientiorem, & synceriorem legislationem

tionem continent, vt pote diuinitus proditā. Et hæc est causa, vt Hecatæus „
Abderita refert, cur nullus vel poëta, vel historicus mentionem eius legis „
faciat, aut virorum, qui iuxta eius præscriptum res suas administrauerunt; „
quod sacrosancta sit, & ore profano tractari non debeat. Hæc Prolemæo „
Philadelpho Regi Ægypti Demetrius regiæ bibliothecæ præfectus. Ro- „
ganti Regi, quî factum sit, vt tam admirandarum legum, nec historicus „
vllus, nec poëta mentionem fecerit, Demetrius respondit, neminem ausum „
eam attingere, quam constaret diuinam esse, & omni veneratione dignissi- „
mam: & punitos esse quosdam à cælesti numine, qui illam temere attre- „
ctare non sint veriti. Theopompum enim volentem inde quædam suis „
scriptis inserere, mente motum fuisse diebus 30. & per interualla insaniæ „
precibus Deum placasse, facilè conijcientem, quæ morbi causa fuerit: at- „
que etiam in somnis admonitum, hæc ideò pati, quod fuisset circa res diui- „
nas curiosior; easque voluisset proferre prophanis hominibus. Quare cum „
à cœpto destitisset, sanam mentem ei fuisse redditam. Theodectæ etiam Cur Euangelio plus
Poëtæ, cum in quadam tragœdia vellet aliquid è sacris libris admiscere, o- honoris,
culos glaucomate suffusos caligasse, & cum erratum agnouisset, exorato quam alijs
Deo, redditam aciem. Acceptos dein à Demetrio libros (antiquæ legis) scripturis
Rex cum adorasset, asseruari iussit diligenter, vt incorrupti manerent. Et debitũ sit.
Apost. poster. ad Corinth. 3. cap. sic habet: *Quod si ministratio mortis literis* 2. Cor. 3.
deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israël in fa- v. 7.
ciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis mini- 1. Ratio.
stratio spiritus erit in gloria? nam si ministratio damnationis in gloria est; multo
magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Si enim quod euacuatur per gloriam 2 Ratio.
est; multo magis quod manet in gloria est.

3. Ex ijs igitur quæ præcesserunt, alia Euangelij dignitas sequitur; ni- 3. Ratio.
mirum quod Euangelio plus honoris, & reuerentiæ, quam vllis alijs diui-
nis scripturis exhibendum sit. Nam pro materiæ diuersitate maior quibus- 4. Ratio.
dam libris debetur præ alijs reuerentia. Hinc est quod sanctus Barnabas
Apostolus, Euangelium à sancto Matthæo compositum, sua manu descrip- 5. Ratio.
serit, & secum ad pectus suum, sepeliri voluerit, sicut narrat Georgius Ce- *Cedre.*
dren. in compendio historiarum ad annum 4. Zenon. Imperat. Et Nice- *Niceph.*
phor. Cal. lib. 16. hist. cap. 37. & Theodor. lector lib. 2. collectaneorum. *Theod.*
Et Alexander monachus, in vita Sancti Barnabæ, vt est apud Surium die *Alex.*
11. Iunij. Et Suidas. Sanè Martyrologium Romanum die. 21. Septemb. *Suid.*
testatur Euangelium ipso reuelante inuentum cum corpore Beati Bar- *Marty.*
nabæ Apostoli tempore Zenonis Imperatoris. Idem asserunt Beda, Ado, *Bed. Ado.*
& Vsuar. in Martyrolo. die 21. Septemb. *Vsua.*

4. Propterea etiam Constantinus magnus Imperator aurea Euange- 6. Ratio.
liorum volumina vnionibus, & pretiosis lapidibus ornata confecit; inque 7. Ratio.
magno templo digna admiratione posuit, vt testatur Cedren. in compen- *Cedre.*
dio historiæ ad annum 21. Constantini. Hanc præterea ob causam Zeno
Imperator Euangelium Matthæi cum sancti Barnabæ reliquijs inuentum, 6. & 7.

in loco Palatij digniore, in æde sancti Stephani in Daphna, auro multo exornatum, reconditum esse voluit. Ita enim scripserunt Theodorus, Cedre. Nicephor. Alexand. Suidas, & alij Græci, & Latiui.

6. Euangelia precioso velamine tecta.

5 Tantum quoque honoris veteres Christiani sacris Euangeliorum libris detulerunt, vt antiqui scriptores aliquando notent precioso velamine opertos, magna cum veneratione à quibusdam seruatos esse. Narrat etiam Anastasius Gregorium Papam tertium, Euangelia fecisse aurea in gemmis pensantia libras quindecim: Et Michaëlem tertium imperatorem Benedicto tertio Papæ dono misisse inter alia Euangelium auro purissimo tectum, cum diuersis lapidibus preciosis.

8. Euangeliū aureis literis scribendum.

6. Adhæc, initium sancti Euangelij, cui nomen est, secundum Ioannem, quidam Platonicus quondam aureis literis conscribendum, & per omnes Ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat, quemadmodum testatur August. lib. 10. de ciuit. Dei cap. 29. Scribit etiam Euseb. lib. 11. de præparat. Euangelica sub finem cap. 10. & Cyril. lib. 8. aducr. Iulianum prope finem, Æmelium aliosque Platonicos Philosophos laudasse, & probasse, quæ Ioannes initio Euangelij sui tradidit; ex eoque nonnulla sumpsisse. Affirmat etiam August. lib. 7. conf. cap. 9. se initium Euangelij Ioannis, in libris Philosophorum Platonicorum legisse. Et lib. 8. cap. 2. dicit in libris Platonicorum insinuari Deum, & verbum. Similia sanctus Basil. hom. 16. in principium Euangelij Ioannis, & Chrysost. ho. 1. & 2. in Ioannem tradunt.

August. *Euseb.* *Cyril.* *August.* *Basil.* *Chrysost.*

7. Insuper habetur in actis sanctæ Ceciliæ, quod ipsa consueuerit Euangelium Christi gestare in pectore. Ab alijs quoque id factitatum inuenimus. Et ex sancti Andreæ Apostoli actis, etiam Apostolorum temporibus id vsurpatum apparet. Sancta enim, piaque maiorum hæc fuit consuetudo.

8. Præterea tanti principium Euangelij Ioannis Christiani olim faciebant, vt nimia pene id religione venerarentur. Nam solitos è collo suspensum ferre multos, scribunt veteres. siquidem eius meminit Chrysost. ho. 73. in Mat. dicens multas mulieres Euangelia ex collo suspendere. Sanè quod veteres Christiani soliti fuerint partem Euangelij collo appendere, testatum quoque facit Hiero. in cap. 23. Mat. Et auctor operis imperfec. in Mat. hom. 43. Hoc autem isti quidem patres tanquam anilem superstitionem reprehendunt; mulierculas enim id maximè fecisse aiunt; & meritò improbant, dum superstitiosè fit; non autem si ex fide, ac deuotione, & absque omni superstitione illud gestetur, vt Thomas Aquinas 2. secundæ quæst. 96. art. 4. explicat. Quinimo ad reuerentiam id, & honorem Euangelij pertinere, manifestum est. Nec video cur id factum non possimus in meliorem partem interpretari; non tanquam amuletum ex superstitione à veteribus gestatum; sed tanquam fidei symbolum, vt se Catholicos, non Arianos esse profiterentur. Quemadmodum si quæ vulgo rosaria vocant, quibus precari sacram VIRGINEM MARIAM solemus, loco torquis ad collum

Chrysost. *Hiero.*

Cur initiū Euangelij Ioannis è collo suspensum gestatur.

ad collum geras, vt ostendas te non hæreticum, sed Catholicum esse; quod multi laudabiliter, & religiosè faciunt. In primis namque verbis Euangelij Ioannis, olim ferè omnis inter Catholicos, & Arianos versabatur controuersia, quasi arcem hoc loco Catholicis constituentibus eius fidei, quam Trinitatis habebant.

Cur initiũ Euangelij Ioannis in fine missarum reciteтur.

9. Eâdem, opinor causa & hanc in Ecclesia natam consuetudinem, vt peractis sacris prima Euangelij secundum Ioannem lectio, tanquam alterum fidei symbolum, recitetur. Addam his miraculum, quod a Maffæo nostro historiarum Indicarum libro 14. refertur: mulier (inquit) a dæmone propemodum obsessa, spectrisque horrificis agitata, in vltimum venerat vitæ discrimen. Euocatus a marito P. Gaspar nostræ societatis præsbyter, vt afflictæ, & exangui manus imponeret; per occupationes ipse tum quidem adire non potuit; cæterum schedulam, inscripto Diui Ioannis Euangelio, pro se misit, quam pesti amouendæ mulier è collo suspenderet. Id vbi factum, confestim leuata morbo, terroribusque soluta, surrexit.

Maf.

Euangeliũ à quo legẽdum.
Clem.
Cur standum sit cum Euangelium legitur.
Anast.
Grat.
August.

10. Hoc etiam ad Euangelij honorem referendum videtur, quod in Ecclesia publicè non nisi a Diacono, vel præsbytero legendum sit, vt habet Clemens Papa lib. 2. constitut. Apost. cap. 61. Item quod cum Euangelium in Ecclesia publicè legitur, standum sit, sicut habet Clem. eodem loco. & post eum Anastasius Papa Epist. 1. cap. 1. & refertur apud Gratianum dist. 1. cap. 65. Apostolica auctoritate. Hinc illud semper in Ecclesia videtur obseruatum, vt dum illa tria ex Euangelio cantica recitantur, Benedictus, ad laudes; Magnificat, ad vesperas, & Nunc dimittis, ad completorium; omnes stare soleant. Hoc enim Apostolica traditio requirit. Quod si cognoscere velis quidnam hac in re Augustini tempore in Ecclesia vsu receptum erat; audi quid ille dicat hom. 26. Vbi sic habet: ante aliquot dies propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inæqualitate laborant, paterna pietate solicitus consilium dedi, & quodam modo supplicaui, vt quando aut passiones prolixæ, aut certè aliquæ lectiones longiores leguntur, qui stare non possunt, humiliter, & cum silentio sedentes, attentis auribus audiant quæ leguntur. Nunc vero aliquæ de filiabus nostris putant, quod hoc aut omnes, aut certe plures, quæ sanæ sunt corpore, frequenter debeant facere. Nam vbi verbum cœperit recitari, quasi in lectulis suis ita iacere volunt; atque vtinam vel iacerent tantummodo, & tacentes verbum Dei sitienti corde susciperent, non etiam se ita otiosis fabulis occuparent; vt quod prædicatur nec ipsæ audiant, nec alios audire permittant. Vnde rogo vos venerabiles filiæ, & solicitudine paterna commoneo, vt quando aut lectiones leguntur, aut verbum Dei prædicatur, nulla se in terram proijciat nisi forte quam nimium grauus infirmitas cogit. Sic tamen non iaceat, sed magis sedeat, & attentis auribus quæ prædicantur auido corde suscipiat.

1. Ratio.

11. Rationes autem cur stemus dum Euangelium legitur, variæ adferri possunt: vna est, quoniam in eo promittuntur æterna, ad quæ suspirare nos

rare nos

rare nos oportet, iuxta illud quod in missa dicitur: Sursum corda. Habemus
2. Ratio. ad Dominum. Et illud ad Col. 3: *Quæ sursum sunt, quærite, quæ sursum sunt*
Col. 3. v. 1. *sapite* Deinde quidam propterea nos stare putant dum pronunciatur Euangelium, vt meminerimus id nobis defendendum, & parati simus vsque ad mortem, pro tuenda Euangelij doctrina, pugnare. Eam enim ob causam in quibusdam locis aiunt tum gladio manus à laicis, etiamsi Christus doctri-
3. Ratio. nam suam armis vindicari non iusserit, admoueri. Tertio fit hoc profectò ad doctrinæ Christi reuerentiam. Tanto enim dignior, & nobilior est doctrina, quanto ex nobiliori ore procedit. Hinc est quod lecturus Euangelium Diaconus à sacerdote, accepta benedictione visibiliter mittatur; sicut Apostolos Christus Euangelium prædicare misit: subdiaconus autem lecturus Epistolam, tantum inuisibiliter mittitur; ad denotandum quod in veteri testamento prophetæ inuisibiliter missi à Deo sint.

4. 12. Præterea cum pronunciatur Euangelium; misericordia, & copiosa redemptio, quam populo suo Dominus fecit, legitur. Ideoque tanquam illi misericordiæ volentes occurrere, eamque expectantes, & libenter audientes, surgimus. Eapropter in veteri testamento loquebatur Deus vt Dominus; vnde sæpe dicebat: *Ego Dominus*: nunc autem vt amicus. De
Psa. 61. v. 11. vtroque hoc modo, dicitur psal. 61: *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui; quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia*. Semel locutus est Deus, propter identitatem doctrinæ, & veritatis, quam duo testamenta prædicant: potestas Dei est in testaméto veteri ostensa; & misericordia in nouo.

5. 13. Denique ideò forsitan ad lectionem sacrosancti Euangelij non degeniculis, vt Tertullianus loquitur; sed stantes adoramus; eo quod geniculati in orando velut pænitentis sit: qui verò stans adorat, tanquam iam
6. veniam consecutus, gratias agit. Stamus etiam vt diligentius audiamus. Si qua enim verba diligenter audienda sint; profectò eiusmodi sunt ipsius
Chrysost. Christi dicta, vt habet Chrys. hom. 1. in Mat.

7. 14. Postremò quantus honor Euangelijs Christi debitus sit, inde etiam
Cur Euangelium super thronũ in medio concilij ponatur. fit manifestum, quod in concilijs illa super thronum in medio ponebantur; vt videre licet in concilio Chalcedonensi Act. 1. sacrosanctum enim Euangelium super thronum in concilij meditullio collocatum, ipsius Domini nostri Christi IESV typum gerebat, secundum illud psal. 81: *Deus stetit*
Psal. 81. v. 1. *in synagoga deorum, in medio autem Deos dijudicat*. At verò clarum est nullis alijs diuinæ scripturæ libris cum honorē vnquam impensum fuisse. Magno igitur apud nos in honore sit Euangelium. Nam eius contemptum, malo-
Euangelij contemptus est causa omnium malorum. rum omnium causam esse docet August. epist. 122. & maximorum, Saluia-
August. Saluia. nus Massiliensis lib. 4. de prouidentia.

Quod

Quod omnibus commune sit Euangelium.

CAPVT. 25.

VIGESIMA tertia Euangelij dignitas, & decima septima eius à veteri lege differentia est, quod pro omnibus omnino absq; vlla exceptione datum sit, & promulgatum: lex verò antiqua populo tantum Iudæorum data est, & promulgata. Hoc vult nos intelligere dominus dicens Mat. 28: *Euntes ergo docete omnes gentes.* Et Mar. 16: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.* Et Act. 1: *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Hoc est quod Isa. 11. prædicitur, & promittitur: *Repleta est terra scientia Domini.* Huc pertinent omnes scripturæ, quæ agunt de gentium ad fidem conuersione.

Vigesima tertia dignitas. 17. Differentia. Euangeliũ annunciatur omnibus. Legis antiquę doctrina nonpertinebat ad omnes. *Mat.* 28. *v.* 19. *Mar.* 16. *v* 15. *Act.* 1. *v.* 8. *Isa.* 11. *v.* 9.

2. Hinc docet Aug. Euangelium ante finem mundi vbique prædicandum esse, epist. 78. & 80. de vnitate Ecclesiæ cap. 14. & 15. & lib. de natura, & gratia cont. Pelag. ca. 2. 3. 7. 8. 9. & alijs. *August.*

3. Chrys. hom. 15. in Mat: *vos estis sal terræ*; non pro vestra salute tantummodo; sed pro vniuerso prorsus orbe, hæc vobis doctrina committitur. Non ad duas quippe vrbes, aut decem, aut viginti; neque ad vnam vos mitto gentem, sicut mittebam Prophetas: sed ad omnem terram prorsus, ac mare, totumque mundum. *Chrysost.*

4. Et ho. 2. in epist. ad Roma. docet Euangelium esse omnibus commune instar cæli, solis, lunæ, & elementorum. Sic enim ibi habet: Euangelij prædicatio communis omnibus proposita est: quæ quidem nec dignitatis differentiam, nec generis excellentiam, nec aliud quicquam id genus nouit. Sola enim fide opus est, non syllogismis. Id quod Dei maximè prouidentiam arguit, sua omnibus communia proponentis. Quod enim in sole, ac luna, in terra, ac mari, cæterisque Deus fecit; non diuitibus quidem, ac sapientibus plus partiens, maioremque copiam faciens: sed æqualem omnibus vsumfructum proponens: id & in ipsa Euangelij prædicatione fecit. *Chrysost.*

5. Et homil. 1. in Matth. docet Euangelium esse commune omni ætati hominum; quod alijs disciplinis non conuenit. Sic enim ait: Nobis piscatores disciplinam scripsère viuendi, non ex pueris eligi aliquos ad discendum iubentes, vt Philosophis moris est; neque certum numerum annorum præfinientes ad consummanda studia virtutum: sed cunctis generaliter ætatibus differentes. Illud enim puerorum ludus est: hoc veritas rerum. *Chrysost.*

6. Athanas. sub finem epist. de sententia Dionysij aduersus Arianos, dicit legem Moysi ne tunc quidem à Dan vsque ad Bersabeam fuisse pro- *Athanas.*

„ rogatam, cum iam in omnem terram exierit sonus Apostolorum, & gen-
„ tes Christum adorent, & per eum Patrem cognoscant.

Ire. 7. Et Iren. lib. 4. cap. 22: Maior est, inquit, legislatio, quæ in liberta-
„ tem, quam quæ data est in seruitutem: Et ideò non in vnam gentem, sed in
„ totum mundum diffusa est.

Euthy. 8. Euthy. in psa. 39. docet Euangelium appellari iustitiam, quia cum
lex Mosaica Iudæis tantum data esset, omnibus planè gentibus concessum
„ est Euangelium. Iustum autem erat, vt non vnus, aut alter tantum popu-
Euseb. lus; sed omnes æquè ad salutem vocarentur. Plura de hac re habet Euseb.
August. libro 1. de demonst. Euang. cap. 3. & 5. & August. libr. 16. de ciuit. Dei
cap. 43.

De quatuor animalibus, quibus Euangelista, & Euangelia designantur.

CAPVT 26.

Vigesima quarta dignitas. *18 Differentia.* *Ezec. 1. v. 16.* *Apoc. 4. v. 7.*

EXCELLENTIA Euangelij vigesima quarta, & decima octaua eius differentia est, quod Ezechiel Propheta admirabilem excellentiam, & præstantiam quatuor Euangelistarum, & Euangeliorum, sub quatuor animalium symbolicis speciebus, in diuina illa cælitus ostensa visione gloriæ Domini, præcognouit. Porro illa quatuor animalia, quæ primum Ezechieli, deinde etiam Ioanni diuinitus ostensa sunt, quatuor sanctos Euangelistas, & sacrosancta Euangelia significare, docent omnes Patres, & doctores Catholici, populi vocibus, & litteris vbique testantur, ipsique parietes signis, & imaginibus clamant.

Iren. *Theoph.* *Sedul.* *Germa.* *Athanas.* *Ambros.* *Hieron.* *August.* *Euch.* *Greg.* *Beda.* *Prol.* *Richar.* *Ruper.* *Albert.* *Theoph.*

2. Sic Iren. sentit lib. 3. aduersus hære. cap. 11. Theophilus Antiochenus lib. 1. allegoriarum. Sedulius presbyter. Germanus Constantinopolitanus in rerum Ecclesiasticarum theoria. Athanasius sub finem synopsis. Ambros. præfat. com. in Lucam, & lib. 10. in Lucam, & lib. 3. de virginibus. Hieronym. proœmio in commentarios super Mat. & circa medium lib. 1. aduers. Iouinia. August. lib. 1. de cons. Euang. cap. 6. & lib. 4. cap. 10. Et tract. 36. in Ioannem, & præfat. in Ioannem. Eucherius lib. 1. in genesim cap. 14. Greg. homil. 2. 3. 4. & 6. in Ezechielen, & lib. 13. moral. cap. 33. Beda in cap. 4. Apocal. ac etiam in collectaneis. Prologus in Mat. qui habetur in biblijs. Richar. Sancti Victoris par. 2. lib. 2. super Apocal. ca. 2. vbi inter alia sic habet: Per quatuor animalia in hac visione descripta sicut crebra Patrum, & sanctorum Doctorum traditio docet, quatuor Euangelistæ figurantur. Rupertus in Ezechielem lib. 1. cap. 1. & lib. in volumen quatuor Euangelistarum cap. 28. & in cap. 4. Apocal. Albertus Magnus proœmio in Lucam. Theophyl. argumento in Euangelium secundum Marcum

Marcum. Petrus Damia. sermone de Sancto Luca, & sermone de Sancto Matthæo. Isidor. Hispalensis lib. 6. Etymologiarum cap. 2. & Anastasius Episcop. Nicenus lib. quæstionum, quæst. 65. & alij. *Damia. Isid. Anast.*

3. Ex illis vero typicis, & symbolicis quatuor Euangelistarum insignibus, quæ à Patribus antiquis, planè diuino spiritu declarata sunt; facies bouis seu vituli ab omnibus, quos vidi, Athanasio, & Sinayta excepto, ipsi Diuo Lucæ tribuitur: at in reliquis paulò maior est varietas. Rupert. in ca. 4. Apocal. dicit omnium vnam esse sententiam, quod Lucas facie vituli, & Ioannes aquilæ figuretur: de Matthæo autem, & Marco diuersam esse sententiam. Sed is tunc vel non meminerat opinionum Athanasij, & Irenei; vel paucos pro nullis habuit. Quod animal huic, aut illi Euangelistæ tribuatur. Qui bouē Lucæ tribuant. *Rupert.*

4. Sententiæ igitur hac in re sunt quatuor. Prima est Athanasij, secunda Irenei; tertia Augustini; quarta Hieronymi, Ambrosij, Gregorij, atque cæterorum. Quid ipse Athanasius senserit his verbis sub finem synopsis exprimit: Quatuor Cherubin Propheta ille vidit; vnum similē homini, id est Euangelium secundum Matthæum: alterum similem vitulo; quo significabatur Euangelium secundum Marcum: tertium similem leoni, id est, Euangelium secundum Lucam: quartum similem aquilæ, imaginem habentis Euangelij secundum Ioannem. Athanasij sententiæ subscribit Anastasius Sinayta Antioche. li. 4. Hexameron. Ireneus verò quem Theophylactus, ac etiam Anastasius Nicenus sequitur, leonem Ioanni, bouem Lucæ, Marcò aquilam, & Matthæo hominem tribuit. Sed eam opinionem minus probabilem esse dicit Aug. lib. 1. de cons. Euang. cap. 6. Porro ipse Aug. Matthæo leonem, Marco hominem, Lucæ bouem, & Ioanni aquilam adscribit. Eandem sententiam Damianus probat, amplectitur, & alijs præferr. Beda etiam in hac re August. sequitur in cap. 4. Apocal. ita scribens: hæc animalia multifariè interpretantur: Beatus autem Augustinus iuxta ordinem libri istius Matthæum in leone dicit intelligi, qui regiæ dignitatis in Christo prosapiam narrat, qui & vicit leo de tribu Iuda: Catulus enim leonis Iuda; & in quo, vt rex à rege timetur, à magis adoratur; vbi etiam rex cum seruis rationem ponit, rex nuptias filio facit, & ad vltimum rex segregat oues ab hœdis. sic etiam Primasius. Rupertus eandem opinionē refert, in medium quoque adferens quid Augustinum ad ita sentiendum mouerit. Ita enim in volumen quatuor Euangelistarum cap. 28. scriptum reliquit: Quia Matthæus cuncta fere sic locutus est, vt vbique spectandam nobis proponat, tam vocibus, quam sensibus regni cælorum maiestatem, regiamq; personam, atque potestatem regalis Domini nostri Iesu Christi; Augustinus eum voluit in facie leonis intelligi. Plura habet in 1. cap. Apoc. Cæteri verò omnes Matthæo faciem hominis, Marco faciem leonis, Lucæ bouem, & Ioanni aquilam tribuunt. Et hæc est communis Ecclesiæ sententia; quam & nos amplectimur. Cuius etiam August. & Damianus meminerunt, quamuis eam minus probent. Beda quoque hanc tenet in collectaneis. Athanasij opinio 1. *Anast.* Irenei opinio 2. *Theop. Anast.* August. opinio 3. *Damia. Bed. Primas. Ruper.* 4. Opinio cōmunis. *August. Damia. Beda.*

5. Sanè in explicandis his quatuor animalibus, de quibus Ezechiel, & Ioannes in sacris literis meminerunt, locum habet quod August. epist. 80. Hezychio scribit: In diuinorum eloquiorum auctoribus, quibus nostras intelligentias exercere Deo placuit, non solum alius alio mouetur acutius, eorum qui scripturas sanctas non improbabiliter tractant: sed etiam quilibet vnus eorum aliquando minus, aliquando melius intelligit. Quare etsi Beatum Augustinum hac in re Beda, & alij quidam sequantur: pictores tamen non minori probabilitate Hieronymi, Gregorij, & aliorum expositioni adhærent. Neque absurdum est initia tantum attendere; cum inde multi sacri libri nomina sua habeant; vt Genesis, Exodus, Numeri. Ordo etiam Romanus ista hunc in modum explicata habet, in denunciatione scrutinij ad electos; verba sunt ista: Filij charissimi, exponemus vobis quam rationem, & quam figuram vnusquisque in se teneat; & quare Matthæus in se figuram hominis habeat. Qui in initio suo nihil aliud agit, nisi natiuitatem saluatoris pleno ordine generationis enarrat. sic enim cœpit; liber generationis Iesu Christi Filij Dauid. Videtis quia non immeritò huic hominis assignata est persona, quando ab hominis natiuitate initium comprehendit. Deinde lecto per Diaconum initio sancti Euangelij secundum Marcum; subdit presbyter: Marcus Euangelista leonis gerens figuram, à solitudine incipit, dicens; Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Cuique &c. Vide Dionysium Areopag. lib. de cælesti hierarc. cap. 1. 2. 13. 15. & lib. de Ecclesi. hierar. cap. 4. & Hieron. in cap. 1. Ezechielis. De his Sedulij carmen.

August.

Ordo Ro.

Areop.
Hiero.
Sedul.

Hoc Matthæus agens, hominem generaliter implet;
Marcus vt alta fremit vox per deserta leonis;
Iura Sacerdotij Lucas tenet ore iuuenci;
More volans aquila verbo petit astra Ioannes
Quatuor hi proceres, vna te voce canentes,
Tempora ceu totidem, latum sparguntur in orbem.

6. Cuique nihilominus, salua fide, & religione Catholica, liberum est quam volet ex his opinionem sequi. At verò ipsæ rationes, propter quas hoc, aut illud animal huic, vel illi Euangelistæ adscribatur; apud eosdem Patres habentur. Inter quos Gregorius homilia 4. in Ezechielem, sic ait: Quod hæc quatuor animalia, quatuor Euangelistas designent, ipsa vniuscuiusque libri Euangelici exordia testantur.

Greg.

7. Porro quoniam omnes præter Athanas. & Sinaytam in boue Lucam significari tradunt, quæ huius sint rationes, videamus. Damianus serm. de sancto Luca ob tres rationes ait bouem Lucæ tribui; primò, ob sacerdotium; secundò, propter duo cornua; tertiò, propter laborē. Primò itaque, ob sacerdotij ministerium, à quo Lucas Euangelium suum auspicatur, facies bouis ipsi tribuitur.

Damia.
Lucæ bos ob tres causas tribuitur.

8. Hanc

8. Hanc rationem expressit etiam Ambros. præfat. comment. in Lucam: Tertius, inquit, Euangelista sacrificium sacerdotale præmisit, & ipsam vituli immolationem stylo quodam pleniore diffudit. Hunc librum, scilicet Euangelij secundum Lucam, voluit vituli specie figurari. Vitulus enim sacerdotalis est victima. Et bene conuenit vitulo hic Euangelij liber: quia à Sacerdotibus inchoauit, & consummauit in vitulo, qui omnium peccata suscipiens, pro totius mundi [illegible] est immolatus. Sacerdotalis enim & ille vitulus. Idem quippe & vitulus est, & sacerdos: sacerdos, quia propitiator est noster; *aduocatum enim ipsum habemus apud Patrem:* vitulus, quia suo sanguine nos diluit, & redemit.

Ambros. » » » » *Vt Christus sit sacerdos & hostia.* *1. Io. 2. v. 1.*

9. Et lib. 3. in Lucam: Lucas, ait, per sacerdotes à Deo transmissam in Christum seriem generis deducit. In hoc quoque vituli figura signatur, quod vbique sacerdotale mysterium putat esse seruandum. Hæc Ambros.

Ambros. » »

10. Simili modo rem hanc declarat Ireneus lib. 3. aduers. hæreses ca. 11. his verbis: Id Euangelium, quod est secundum Lucam, quoniam sacerdotalis characteris est, Zacharia sacerdote sacrificante Deo, inchoauit. Iam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inuentione minoris filij inciperet mactari. Ipsa Irenæi verba habet etiam Anastasius Nicenus.

Ire. » » » *Anast.*

11. Petri quoque Damiani verba fusius idem explicantia hic adscribenda putaui. Ita enim habet serm. de sancto Luca: Cum Redemptor noster verus sit Rex, & sacerdos; Lucas sacerdotalem indicat per omnem textum sui voluminis dignitatem. Nam in sacerdotali plerumque versatur officio, & dum diuersa dominici operis gesta percurrit, ab his tamen, quæ ad sacerdotium pertinent, non recedit. Modò enim sacerdotij delegatum narrat officium, modò progeniem, modò vicem, modò sacrificium, modò nominat templum. Et cum plurima inter sacræ historiæ seriem comprehendat, in intentione tamen, qua cœperat prosequendi sacerdotij perseuerat. Nam in ipso suæ narrationis initio, sic exorsus est, dicens: *Fuit in diebus Herodis Regis Iudeæ sacerdos quidam &c.* Deinde ipsum sacerdotem ad adolendum ante altare sacrificium statuit. Postmodum quoque ad eiusdem sacerdotis domum MARIAM VIRGINEM dirigit, tria quoque cantica in Ecclesia quotidie cantanda describit: quod nullum Euangelistarum præter eum fecisse reperitur. Quadragesimo verò die à natiuitate Dominum cum muneribus in templo narrat oblatum. Deinde duodennem in eodem templo inter doctores constituit residentem: parentes quoque Domini narrat per singulos annos in solemnitate paschali orationis gratia Hierusalem ascendere solitos. Postremò Euangelium suum hoc fine concludit vt dicat: *Ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum.* Vnde fit vt beatus Lucas vituli speciem teneat: vitulus siquidem in templo solebat offerri. Hæc ibi Damia.

Damia. » » » » » » » » » *Luc. 1. v. 5.* » » » *Luc. 2. v. 22.* » » *Luc. 24. v. 52.* » *Damia.*

12. Habet his similia etiam ser. de sancto Matthæo: Quia, inquit, à sacrificio exorsus est, bene per vitulum Lucas videtur designari. Eandem habet rationem Beda in ca. 4. Apocal: Lucam, inquit, in vitulo (dicit Augu- *Beda*

stinus intelligi) qui hostia magna fuit in lege. Eius enim non solum principia circa templum, & sacrificia diuersantur; sed & ita concluditur; *& erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum*. Luc. 24. Quia verò beatus Euangelista Lucas, inter quatuor cœli animalia per vitulum, cuius victimatione qui in Sacerdotio eligebantur initiari sunt iussi, designatus accipitur; eo quod ipse Sacerdotium Christi cæteris amplius exponendum susceperit; pulcherrimè qui Euangelium suum à ministerio templi per sacerdotium Zachariæ cœpit hoc in templi deuotione compleuit, cum Apostolos inibi, ministros videlicet noui sacerdotij futuros, non in victimarum sanguine, sed in laude Dei, & benedictione conclusit.

Luc. 24. v. 53.

August. 13. Aug. lib. 1. de cons. cap. 3. solus Lucas Mariam commemorat manifestè cognatam fuisse Elizabeth, quæ vxor erat Zachariæ sacerdotis; de quo idem scripsit, quod eam de filiabus Aaron, hoc est, de tribu sacerdotum, habebat vxorem. Lucas circa sacerdotis personam gerit intentionem. *August.* Et cā. 6: Quod autem per vitulum Lucas significatus sit, propter maximam victimam sacerdotis; neutri dubitauerunt. Ibi enim à Sacerdote Zacharia incipit sermo narrantis; Ibi cognatio Mariæ,& Elizabeth commemoratur; Ibi sacramenta primi sacerdotij in infante Christo impleta narrantur: Et quæcunque alia possunt diligenter aduerti, quibus appareat Lucas intentionem circa sacerdotis personam habuisse. Eandem rationem habet Primasius in Apocal. *Primas.*

Ruper. 14. Ruper. quoque in cap. 4. Apocal. sic habet: Lucas vituli facie meritò figuratur; quia tam in principio, quam fine sermonis, circa templum vel sacerdotium versatur. Apud illum sanctus sanctorum qualiter vnctus, id est, de Spiritu Sancto fuerit conceptus, fideli narratione refertur: Itemque ad Iordanem, vbi Spiritus Sanctus super eundem verum sacerdotem in columbæ specie descendit. Hic Euangelista tanquam sacerdotem in expiandis peccatis assignans, non descendendo, sed ascendendo generationes eius enarrat ascendensque transit ad Abraham, & peruenit ad Deum, cui mundati, atque expiati reconciliamur, per eiusdem Christi sacerdotium. Vnde & principium, & finem eiusdem, quam digessit genealogiæ, adoptiuis patribus, siue filijs præscribit, dicendo initio; IESVS (*vt putabatur*) *erat filius Ioseph, qui fuit Heli*: in fine autem de *Adam, qui fuit Dei*. Nam neque Ioseph Iesum, neque Heli Ioseph genuit. sed adoptiuum habuit: neque Deus Adam genuit, sed plasmauit &c. Apud hunc & pro reuertente filio prodigo vitulus saginatus occiditur, & fere omnes parabolæ clementiam resonant: & pius Sacerdos factus in agonia prolixius cum sudore sanguineo orat; & in fine suo latronem pœnitentem suscipit. Iraque, tota serie faciem vituli possidet, sacerdotem, & sacrificium nostrum attentiùs intuens; & post resurrectionem eius scribens ex ore ipsius, oportere in nomine eius prædicari in omnes gentes remissionem peccatorum.

Cur Lucæ vitulus.

Luc. 3. v. 23.

Luc. 22. v. 44.

Luc. 23. v. 43.

Luc. 24. v. 47.

Theop. 15. Theophylactus quoque argumento in Euangelium secundum Marcum, asserit Lucæ Euangelium esse vitulo simile; quoniam ille à Sacer-

dotio

dotio Zachariæ pro peccatis populi incensum facientis, & sacrificantis auspicatus est: vitulus autem tunc sacrificabatur. In eandem sententiam dicit Aug. tractatu 36. in Ioannem: Lucas autem quoniam cœpit à Sacerdotio Zachariæ sacerdotis, faciens mentionem Patris Ioannis Baptistæ, vitulo deputatus est: quia magna victima vitulus erat in sacrificijs sacerdotum. Habet idem lib. 1. de consens. Euang. cap. 3. & 6. & lib. 4. cap. 10. & Gregorius, & Hieronymus, & Sedulius tam in carmine quam lib. 1. Paschalis operis cap. 24. Theophilus Antiochenus, Germanus Constantinop. & alij. "" "" *August.* *August.* *Greg.* *Hiero.* *Sedul.* *Theophil.* *Germa.*

16. Quoniam verò sanctus Lucas personam sacerdotis intervenientis pro totius mundi peccatis, in Christo describit; plus quam alij Euangelistæ de misericordijs Domini nostri Iesu Christi loquitur, vt rectè ab Anselmo in cap. 4. epist. ad Colossens. notatum est. Hic Magdalenæ, & Zachæi conuersionem, in qua multum diuinæ bonitatis, & misericordiæ relucet, solus enarrauit: Item quomodo publicani, & peccatores Iesu, vt cum audirent, appropinquabant: Item quomodo Christus viduam ob vnici filij mortem afflictam sit consolatus, explanauit. Hic parabolarum Samaritani, ouis, drachmæ, & filij perditi, amoris, & misericordię plenissimarum, meminit. Quomodo Christus mulierem à dæmone octodecim annos alligatam curauerit; & Magdalenam contra Martham tutatus sit: & quomodo diues, qui pauperis misertus non est, fuerit damnatus, scriptum in Euangelio reliquit. Hic denique auriculam Malcho restitutam; Christum pro crucifixoribus patrem orauisse; paradisumque latroni promisisse docuit. Quia ergo Lucas & in Euangelij sui principio, & in fine, & passim vbique ea ponit, quæ sacerdotali personę Christi conueniunt; ei rectissimè vitulus seu bos appingitur.

Cur Lucas plus quam alij de Dei misericordia loquatur. *Ansel.* *Luc.* 10. 7. 15. *Luc.* 10. 13. 16. *Lu.* 22. 23.

17. Secundam rationem ita Petrus Damianus explicat; vel certè idcirco beatus Lucas vituli prætendit imaginem, quia dum Euangelicam, atque Apostolicam describit historiam, hostes Christi, atque aduersarios veræ fidei tanquam duobus cornibus ventilat; eosque, ne aream Ecclesiæ Catholicæ depopulentur, expugnat. His autem cornibus præmunitur, quibus & Iudæos feriat non credentes, & hæreticos hinc inde concludat, à regula veræ fidei declinantes. Pro tertia verò hæc addit; Benè vitulus beato Lucæ tribuitur; quia sacræ linguæ vomere cordis nostri arua prosulcat; eaque Euangelici seminis iactu vitali fruge fœcundat. sic Damianus. In boue enim non tantum consideratur quod sit hostia præcipua; quodque duo habeat cornua: sed etiam quod fortis sit ad laborandum. Vnde Prou. 14: *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem apparent plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.*

2. Ratio. *Damia.* "" "" "" 3. Ratio. Tres bonis cōditiones, potest addi quarta, quod mugiat. *Prou.* 14. *v.* 4.

18. Iam expendamus cur Matthæus per hominis faciem designetur. Hominis facies, inquit, Hieronymus Matthæum significat; qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis Iesu Christi, Filij Dauid, Filij Abraham. Idem habet Theophilus Antioche. lib. 1. allegoriarum, & Sedu-

Hiero. Cur hominis facies Matthęum significet. *Theoph.*

Sedul. *Germa.* *Anast.* *Damia.* *Theoph.* Sedulius, & Germanus Constantinop. Anastasius Nicenus: Euangelium secundum Matthæum, inquit, prædicat eius generationem secundum hominem, dicens; liber generationis &c. Damianus ser. de Sancto Matthæo sic ait: Quia ab humana generatione cœpit Matthæus, iure per hominem designari videtur: mauult tamen ei leonem tribui. Theophylactus argumento in Marcum: Euangelium Matthæi, ait, faciem gerit hominis: eo quod Euangelista ille ab incarnatione verbi, & natiuitate carnis cœpit.

Ambr. 2 Ratio. Ambr. verò eandem ponit rationem, & aliam indicat, sic dicens: Ortum hominis descripsit vberius; mores quoque hominis præceptis vberioribus erudiuit. Et paulo superius: Matthæus in facie hominis aptè significatur; quia liber Euangelij secundum Matthæum, est moralis: mores autem propriè sunt humani.

Rupert. Ruperti verba in cap. 4. Apoc. hæc sunt: Pro nomine hominis, quem & Regi coniungit, & sine Regis nomine frequentiùs ponit Matthæus, congruè satis intelligitur facies hominis, maximè quia sic incipit: *Liber generationis Iesu* &c. Itaque per animal homini simile Matthæus significatur, tum ob id quod ab humana Christi generatione sumpsit exordium; tum quia præ cæteris Euangelistis moralitatem Christianæ sapientiæ, hoc est, morales Christi doctrinas, pleniùs descripsit. Similiter & alij dicunt.

Richar. 19. Richardi verba mihi digna videntur quæ huc in medium adducantur. Tertium, inquit, animal, id est, Matthæus quasi faciem hominis habuit; quia ipse in principio Euangelij sui dixit; *liber generationis Iesu Christi*; per quod incarnationem verbi, non figuraliter significauit: sed patenter enarrauit. Verùm diligenter est attendendum, quod non ait; habens faciem hominis: sed faciem quasi hominis.

Cur dicitur quasi hominis. Homo varia significat. Homo enim in sacra scriptura diuersis modis intelligitur; aliquando dicitur homo secundum Etymologiam nominis; quando sic dicitur, eò quod sit ab humo: aliquando secundum dignitatem conditionis; vt vbi ad imaginem, & similitudinem Dei conditus legitur: aliquando secundum affectum, vel effectum iniquitatis, vt vbi per Apostolum delinquentibus dicitur; *eum sit inter vos zelus, & contentio &c. Nonne homines estis?* id est, mali, & iniqui? Aliquando secundum typum significationis; vt vbi malus homo dicitur super bonum semen seminasse zizania. Quem enim rectiùs, secundum typum significationis, hunc hominem esse dicimus, quam diabolum, qui ad similitudinem hominis zizania super bonum semen seminauit; postquam verbum super corda hominum seminatum cognouit, quibusdam diuersam hæresim, & vitiorum semina iniecit? Aliquando secundum defectum fragilitatis; vt per Ieremiam dicitur; *maledictus homo, qui confidit in homine.* Id est, fragili, & tam leuiter, & citò deficiente. Aliquando secundum rectitudinem æquitatis; vt vbi per Salomonem dicitur; *Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo.* Quisquis enim Deum timet, & mandata eius obseruat; quia per æquitatem iustitiæ rectus est, homo est. Quisquis hoc non facit, quasi nequaquam homo est, quia si scienter delinquit, propter contemptum diabolus

1. Cor. 3. v. 3. *Ierem. 17. v. 5.* *Ezec. 12. v. 13.*

diabolus esse dicendus est. Sanctus igitur Matthæus Euangelista, qui humanitatem Christi in principio Euangelij descripsit; rectè in sacra visione, secundum hoc quod homo aliquando in malo accipitur, non faciem hominis, sed faciem quasi hominis habuit; quod redemptor noster, de quo agitur, non in carnē peccati; sed in similitudinem carnis peccati venit. Quantum namque ad malum, nihil de homine habuit; quia peccatum non fecit. Hactenus ex Richardo.

Dubij solutio.

20. Nunc de Sancto Marco agendum; cui Athanasius cum Sinayta vitulum tribuit; Ireneus verò cum Theophylacto, & Anastasio Niceno, aquilam: At August. cum Damiano, & Beda, hominem: omnes autem reliqui, leonem. Notandum quod Pro. 30. dicitur *Leo fortissimus bestiarum, & ad nullius occursum pauere.* Et Iudic. 14: *A forti egressa est dulcedo. quid fortius leone?* Et Christus Dominus Apocalyp. 5. Leo nominatus est, cum dicitur: *Vicit leo de tribu Iuda.* August. tract. 36. in Ioannem: qui ante nos (inquit) scripturarum sanctarum mysteria tractauerunt, plerique intellexerunt leonem pro rege positum. quemadmodum videtur Leo Rex esse quodammodo bestiarum, propter potentiam, & terribilem fortitudinem. Theophylactus argumento in Marcum, leonem ait esse Regium, & principale animal. Damia. serm. de Sancto Matthæo dicit etiam, leonem esse regium animal, & regem animaliū. Anastasius Nicenus ait in leone exprimi, & significari Christi agilitatem, principatum, & regnum. Germanus Constantinopolitanus dicit leonem denotare efficaciam, principatum, & regnum; esseque fortem, & irascibilem.

Athanas. Sina. Ire. Theoph. Anast. August. Damia. Beda. Pro. 30. v. 30. Iudic. 14. v. 14. Apoc. 5. v. 5. August. Theop. Damia. Anast. Germa.

21. Prima igitur ratio cur Sanctus Marcus per leonem denotetur, est ea, quam adfert Richardus cum ita dicit: primum animal, id est, Marcus, simile est leoni; quia in principio sui Euangelij ait; vox clamantis in deserto; per quod significatur leo. Cuius natura dicitur, quod mortuus nascitur: sed rugitu patris die tertia suscitatur. Sic Christus postquam pro humano genere mortem gustauit præcepto Patris, die tertia resurrexit. Rectè ergo Marcus describitur similis leoni; quia sic suum Euangelium incepit, vt intelligatur exprimere mysterium resurrectionis Christi. Eodem ante Richardum respexisse visus est Gregorius homil. 4. in Ezechielem cum ait: Ipse Christus per virtutem suæ fortitudinis surrexit vt leo. Et Alber. Mag. in cap. 16. Mar. dicens leonis esse proprietatem, quod suorum sit viuificatiuus, & præfat. in Marci Euangelium. Leo etiam apertis oculis dormire perhibetur; quia in ipsa morte, in qua ex humanitate redemptor noster dormire potuit, ex diuinitate sua immortalis permanendo, vigilauit. Ambrosius quoque sic ait: alius nempe Marcus à potentiæ cœpit expressione diuinæ; quod ex Rege rex, fortis ex forti, verus ex vero, viuida mortem virtute contempserit. Iterum Greg. lib. [illegible] moral. ca. 33. alius potestatis fortitudinem quasi leonis clamorem insinuat.

Cur leo sit Marcus. 1. Ratio. Leo rugitu patris vitā accipit. *Greg. Albert.* Leo apertis oculis dormit. *Greg. Hiero.*

22. His accedit Hieronymus cuius hæc sunt verba: secunda facies leonis, Marcum significat, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur; *vox claman-*

Alia ratio. *Mar. 1. v. 3.*

clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Et alibi:
" Marcus habet faciem leonis, propter *vocem clamantis in deserto, Parate viam Domini* &c. Amos. 3: *Leo rugiet, quis non timebit?* Leo rugit in saltu. Sic etiam Theophilus Antiochenus, & Germanus Constantinopolitanus. Denique Gregor. hom. 4. in Ezechiel. ita scriptum reliquit: quia per clamorem in deserto cœpit; rectè per leonem Marcus designatur. His accedit Rupert. in cap. 4. Apoc. ita scribens: Marcus idcircò videtur habere faciem leonis; quia quasi cum rugitu terribili, id est, prædicatione pænitentiæ suum Euangelium incipit, & in Iudicij, siue condemnationis comminatione finit &c. Ergo quia tam à principio, quam in fine terrorem peccatoribus incutit, rectè, pro intentione sua terrificam habere faciem leonis intelligitur; cuius rugitum, id est supremum iudicium nullus impœnitens effugere poterit. Sed & erga discipulos suos ipse Dominus plus aliquid de seueritate magistri apud hunc Euangelistam ostendit. Exempli gratia: *quid inquit, cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoscitis* &c. Simile quid est Marci 9.

Amos 3. v. 8. Theoph. Germa. Greg. Ruper. Cur leo Marcum designet. *Mar. 8. v. 17. Mar. 9. v. 19. Damia.*

23. Damianus etsi magis probet Aug. sententiam, idem tamen quod Gregorius habet ser. de sancto Matthæo. His porro multi alij subscribunt. Sentiunt igitur doctores, Marcum in Prophetica Euangelistarum præfiguratiua visione, meritò per Leonem designatum, ob id quod Euangelium suum a Ioannis clamore, tanquam irati leonis, pœnitentiam annunciantis inchoauerit. Tum etiam quia circa Domini resurrectionem, & ascensionem specialiter immoratur: in resurrectione autem regnum, & imperium Christus suscepit; vel potius imperialis regni exequutionem, ac manifestationem, quæ per leonem brutorum regem significantur.

Cur aquila Ioanni tribuatur. *Ire. Theophyl. Anast.* 1. Ratio. 2. Ratio. *Rupert. Io. 1. v. 1. Deut. 32. v. 11. Germa. Theoph. August.*

24. Nunc videndum restat quodnam ex his quatuor animalibus Ioanni accommodatū sit. Huic Irenæus cum Theophylacto, & Anastasio leonem tribuit: cæteri verò aquilam. Magno sanè veterum auctorum consensu aquilæ effigies, nomenque Ioanni datum est, quod longè quam cæteri altius volare videretur: deinde quod solem directis, apertisque oculis aspiceret. Has rationes ita explicat Rupert. in cap. 4. Apoc: Ioannes sublimi intellectu vltra omnem creaturam euolans, & apertos mentis oculos æterni solis insigens radio, dicere, & scribere meruit: *In principio erat verbum* &c. Et ita per omnem sermonis sui textum altissimè procedens, diuinitatis Christi tota intentione firmauit testimonium. Apud istum *sicut aquila prouocans ad volandum pullos* &c. Itaque in facie aquilæ Ioannes eminet. Idem habet Germanus Constantinopolitanus, & Theophilus Antiochenus.

25. Rationes easdem, ob quas per aquilam Ioannes intelligatur Augst. tract. 36. in Ioan. his verbis declarat: In quatuor Euangelijs, vel potius
" quatuor libris vnius Euangelij, sanctus Ioannes Apost. non immeritò, secundum intelligentiam spiritualem, aquilæ comparatus, altius multoque sublimius alijs tribus erexit prędicationem suam: & in eius erectione etiam corda

corda nostra erigi voluit. Nam cæteri tres Euangelistæ tanquam cum ho-
mine Domino in terra ambulabant, & de diuinitate eius pauca dixerunt.
Istum autem quasi piguerit in terra ambulare; sicut ipso exordio sui ser-
monis intonuit, erexit se non solum super terram, & super omnem ambi-
tum aëris, & cœli: sed super omnem etiam exercitum Angelorum &c. &
infra: Ioannes iste Euangelista sanctus multum altè volat; vix est enim
mente comprehendere. Mysterium autem altius volantis, opus est vt com-
memorem &c. & quibusdam interiectis; Restat aquila; ipse est Ioannes 1. Ratio.
sublimium prædicator, & lucis internæ, atque æternæ, fixis oculis, con- 2. Ratio.
templator. Dicuntur enim & pulli aquilarum à parentibus sic probari; pa-
tris scilicet vngue suspendi, & radijs solis opponi: qui firmè contemplatus
fuerit, filius agnoscitur: si acie palpitauerit, tanquam adulterinus ab vngue
dimittitur. Iam ergo videte, quam sublimia loqui debuit, qui est aquilæ 1. Ratio.
comparatus. Et lib. 1. de cons. Euang. cap. 6: Qui aquilam in Ioanne in-
tellexerunt, probabilius aliquid attendisse videntur. Et multis interiectis, *August.*
ait: At vero Ioannes super nubila infirmitatis humanæ, velut aquila volat;
& lucem incommutabilis veritatis acutissimis, atque firmissimis oculis cor-
dis intuetur. Et lib. 4. cap. 10. diuinitas verò Christi, qua æqualis est Patri, 2. Ratio. *August.*
à Ioanne maximè commendanda suscepta est; qui, sicut aquila, in his quæ 3. Ratio.
Christus sublimius locutus est, immoratur; nec in terram quodammodo,
nisi rarò, descendit.

26. Hieron. lib. 1. aduersus Iouinian: Ioannes (inquit) quasi aquila *Hiero.*
ad superna volat, & ad ipsum Patrem peruenit, dicens; *In principio erat ver-* *Io. 1. v. 1.*
bum &c. proœmio in commentarios super Mat. ista habet: Quarta facies *Hiero.*
Ioannem Euangelistam significat, qui assumptis pennis aquilę, & ad altiora 1. Ratio.
festinans, de verbo Dei disputat. Gregor. hom. 4. in Ezechiel: Quia, in- *Greg.*
quit, à diuinitate verbi cœpit, dignè per aquilam significatur Ioannes, qui
dicit, *In principio erat* &c. Dum in ipsa diuinitatis substantia intendit; quasi *Io. 1. v. 1.*
more aquilæ oculos in solem fixit. Sic etiam hom. 6. in Ezech. & lib. 31. 1. Ratio.
moral. cap 33. & lib 1. in cap. 1. lib 1. Reg. Idem habet Ambros. & alij. 2. Ratio.
Has duas rationes cur Ioannes per aquilam designetur, habet etiam Aug. *Ambros.*
præfat. in laudem Euangelij secundum Ioannem. Easdem habet Thomas *August.*
Aquinas prol. in comment. super Ioannem: & Alcuinus in catena Tho- *Thom.*
mæ in proœmio. *Alcu.*

27. Possunt & aliæ rationes ex scripturis, & Patribus adferri, ob quas 1. Ratio.
aquilæ Ioannes meritò comparari queat. Multæ enim & variæ sunt eius *Ier. 49. v.*
proprietates, assimilatur itaque Ioannes aquilæ. Primò quidem ob subli- 22.
mem volatum; vnde Iere. 49: *Quasi aquila ascendet, & auolabit. Cum exalta-* *Iere. 48.*
ueris quasi aquila nidum tuum. Et 48: *Ecce quasi aquila volabit.* Abd. 1: Si *v. 40.*
exaltatus fueris vt aquila. Iob. 39: *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur* *Abd. 1.*
aquila? Ioannes excelsus æterni verbi contemplator, verè vt aquila ele- *v. 1.*
uatus est, omnia montium cacumina transcendit, omnes campos aëris, *Iob. 39. v.*
omnes choros, & legiones Angelorum, vt habet Augustin. tractatu 1. in 30.

Primas. Ioannem. Habet etiam Primas. in Apoc. hanc rationem.

1. Ratio. 28. Secundò ob aspectus puritatem, & firmitatem; vnde Iob. 39. *de*
Iob. 39. v. 32. *longè oculi eius prospiciunt.* Theophylactus argumento in Euangelium secundum Marcum, dicit aquilam videre procul, & acutè, esseque perspicacissimis oculis; ita vt sola ex auibus solem intuens non caliget.
Theophyl. Simili modo Ioannes apertos intendit in radios diuinitatis oculos: & nobis filijs suis in Euangelio suo non solum Christi sanguinem lambendum proponit; sed etiam versus solis radios obtutus nostros dirigit, vt paulatim discamus per Christi humanitatem ad eius diuinitatem ascendere.
Beda. Beda in cap. 4. Apoc. Ioannem in aquila significari docet; quia verbi natiuitatem velut ortum solem perspicaciter aspectat. Similiter in cap. 1. Ioan. duas primas rationes exponit.

3 Ratio. 29. Tertio, ob prædæ auiditatem, & liberalitatem. Fertur enim velocissimè ad cibum conuenientem, ac auidissimè; eumque liberaliter alijs
Iob. 9. v. 26. communicat. Vnde Iob. 9: *Dies mei velociores fuerunt cursore; pertransierunt sicut aquila volans ad escam*: 39: *vbicunque cadauer fuerit statim adest aquila.*
Iob. 39. v. 33. 2. Reg. 1: *aquilis velociores.* Thren. 4: *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli.*
2. Reg. 1. v. 23. Hab. 1: *Volabunt quasi aquila festinans ad comedendum.* Iere. 4: *Velociores aquilis equi eius.* Ezechiel. 17: *aquila grandis magnarum alarum, venit ad libanum, & tulit medullam cedri.* Hæc omnia fecit Ioannes in suo E-
Thre. 4. v. 19. uangelio.

Hab. 1. v. 8. 30. Quarto, ob id quod in arduis ponat nidum suum. Nidificat enim in præruptis silicibus, in rupibus inaccessibilibus. Vnde Iob. 36: *in arduis ponit nidum suum; in petris manet; in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus.*
Ierem. 4. v. 13. Ad eum modum Ioannes in sacratissimo, maximeque arduo sanctissimæ Trinitatis arcano Euangelij sui monumentum collocauit; &
Ezec. 17. v. 3. in terris degens cælestia penetralia contemplatus est; ibique nidum Euangelio suo fecit: manet in petra, id est in soliditate veritatis: escam inde contemplatus est, quam & attingere meruit, sempiternam videlicet verbi glo-
4. Ratio. riam. Omnia igitur quę aquilæ cõueniunt Ioannes magnifice cõsecutus est.
Iob. 39. v. 30.

5. Ratio. 31. Quinto, aquila est auium rex. Sexto *pullos suos ad volandum pro-*
6. Ratio. *uocat*, vt habetur Deut. 32.

Deut. 32. v. 11. 32. Igitur, præsens argumenrum vt semel concludamus, quatuor in Christo dignitates notandæ sunt, & obseruandæ: fuit enim homo rex, homo propheta, homo sacerdos, & homo Deus. Ideò quatuor sunt Euange-
4 Christi perfectiones ab Euãgelistis tractatæ. listæ; & quatuor vnius Euangelij volumina, propter quatuor has Christi excellentias, & officia; & quatuor diuersis animalium speciebus designantur; quin etiam à quatuor diuersis exordijs, prout quisque eorum propriã habet intentionem, libros suos incipiunt.

Cur Matthæo detur facies hominis. 33. Matthæus quidem a Christi genealogia, ostendens quomodo a semine regio descendat. Eique datur facies hominis; quia regalem, & nobilem Christi hominis generationem, & personam, non solum in principio, sed etiam passim in toto suo Euangelio describit, vt Aug. acutè ostendit,
August. & post

& post eum Beda in cap. 4. Apoc. ita scribens: Matthæus regiæ dignitatis in Christo prosapiam narrat; in quo (Matthæo) vt rex à rege timetur, à magis adoratur: vbi etiam rex cum seruis rationem ponit; Rex nuptias filio facit; & ad vltimum rex segregat oues ab hædis. Sanè Augustinum, in eo quod Regiam Matthæum explicare Christi hominis personam doceat, sequimur: nihilominus tamen hominis non leonis faciem cum alijs Patribus Matthæo tribuimus. *Beda.* „ „ „ „

34. Marcus ab Isaiæ prophetia inchoauit: & quia prophetæ veluti leones contra peccata populi rugiebant, ipse in leonis forma pingitur. Cur Marco leonis facies.

35. Lucas a sacerdotio Zachariæ exordium fecit: eique forma bouis, qui sacrificari consueuerat, applicatur. Lucæ cur bos.

36. Ioannes verò initium a diuinitate sumpsit: atque per aquilam alti' volantem intelligitur: & statim in Euangelij sui initio ad diuinitatis prædam ascendit; ac paulo post descendit ad prædam humanitatis. Ioanni cur aquila.

37. In hac denique materia illud notandum videtur, Patres dum explicant quoduam animal huic, aut illi Euangelistæ applicandum videatur, non solum ad Euangelij cuiusque principium attendisse; verum etiam ad continunm historiæ textum, & ad totam Euangelistarum intentionem; quam sane magis perscrutandam esse, ob id quod ex ea melior fiat huius rei coniectura, tradit Aug. lib. 1. de cons. Euang. cap. 6. & ex eo Damia. ser. de sancto Matthæo. *August.* *Damia.*

38. Ipse Richardus sancti Victoris super Apoc. lib. 2 cap. 2. dicit Euangelistas idcirco animalibus non inconuenienter comparari; quod eorum verbo, & exemplo omnes iusti ad cælestium vitam capessendam, animentur. Isidorus vero Hispal. cap. 2. lib. 6. originum, vult Euangelistas dictos esse animalia; quoniam propter animam hominis, per eos Euangelium Christi predicatur. *Richar.* Cur Euangelistæ dicantur animalia. *Isid.*

39. Ambros. præfat. in Lucam admonet hæc animalia quatuor mystica non solum ipsos Euangelistas, sed etiam Christum designare, dum sic ait: Plerique putant ipsum dominum nostrum in quatuor Euangelij libris, quatuor formis animalium figurari; quod idem homo, idem leo, idem vitulus, idem aquila. Homo, quia natus ex MARIA est: leo, quia fortior est: vitulus, quia hostia est: aquila, quia resurrectio est. Atque ita in libris singulis forma animalium figuratur, vt vniuscuiusque libri series, propositorum videatur animalium aut naturæ, aut virtuti, aut gratiæ, aut miraculo conuenire. Quæ licet omnia in omnibus sint, tamen plenitudo quædam in singulis virtutum est singularum. *Ambros.* 4. Animalia Christum significant. „ Vt Christus sit homo, leo, vitulus, & aquila.

40. In eandem sententiam ita scripsit Greg. li. 31. moral. ca. 33: quamuis singula (videlicet animalia de quibus Ezech. 1. & Apoc. 4.) ad vnumquemque Euangelistam rectè conueniant, dum alius humanæ natiuitatis ordinē; alius per mundi sacrificij mactationem, quasi vituli mortem; alius potestatis fortitudinem, quasi leonis clamorem insinuat; alius natiuitatem verbi intuens quasi ortum solem aquila aspectat: possunt tamen hęc *Greg.* 4. Animalia, & Euãgelistas, & Christū designant. „

„ quatuor animalia, ipsum suum caput, cuius sunt membra signare. Ipse
„ namque, & homo, quia naturam nostram veraciter suscepit; & vitulus,
„ quia pro nobis patienter occubuit; & leo, quia per diuinitatis fortitudi-
„ nem susceptæ mortis vinculum rupit, & ad extremum aquila, quia ad cæ-
„ lum, de quo venerat, rediit. Homo ergo nascendo; vitulus moriendo; leo
„ resurgendo; aquila ad cælos ascendendo, vocatus est.

Greg. 41. Planè idem habet hom. 4. in Ezech. his verbis: Quia electi omnes
„ membra sunt redemptoris nostri; ipse autem redemptor noster caput est
„ omnium electorum: per hoc quod membra eius figurata sunt, nihil ob-
„ stat, si etiam in his omnibus & ipse signetur. Ipse enim vnigenitus Dei fi-
„ lius veraciter factus est homo; ipse in sacrificio nostræ redemptionis, dig-
„ natus est mori vt vitulus, ipse per virtutem suæ fortitudinis surrexit vt leo
„ &c. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad cælos, in superio-
„ ribus est eleuatus, vt aquila. Totum ergo simul nobis est, quia & nascendo
„ homo; & moriendo vitulus; & surgendo leo; & ad cœlos ascendendo a-
„ quila factus est.

Bed. 4. Animalia etiam signant Ecclesiam. 42. Beda vero in cap. 4. Apoc. asserit hæc eadem animalia, etiam ad Ecclesiam posse referri, dum sic ait: animalia autem nunc Euangelistas; nunc totam significant Ecclesiam: Cuius fortitudo in leone; victimatio in vitulo; humilitas in homine; sublimitas in aquila volante monstratur. De istis hactenus.

De consensu, & differentia, quæ inter ipsos Euangelistas est.

Capvt. 27.

Vigesima quinta excellẽtia. 19. Differentia. ALIA quoque Euangelij dignitas est, quod cum sacri Euangelistæ diuersis in locis, varijsque temporibus, & occasionibus, in eodem argumenti genere singuli versati sint: tamen admirabili quodã modo, ac non nisi diuino consilio factum sit, vt consensione quadam harmonica, quod simul omnes, hoc singuli quique in scribendo præstitisse videantur, vt meritò, *Ezec.* 1. *v.* 8. iuxta Ezechielis Prophetæ ænigma, sic propria à cæteris distincta esset facies singulorum, vt tamen eædem quatuor facies singulis coniunctæ essent. Quibus sanè verbis Propheta & consensum inter ipsos Euangelistas, & diuersitatem quandam indicauit. In quo autem conueniant, & in quo differant *Tert.* Tert. lib. 4. aduers. Marcionem cap. 2. His verbis expressit: Viderit enim (inquit) si narrationum dispositio variauit; dummodo de capite fi- *August.* dei conueniat. Et August. ep. 80: non discrepant (ait) Euangelistæ rebus, si alius aliquid dicit, quod alius tacet; aut alio modo dicit; magis autem *August.* collata inuicem iuuant, vt legentis intellectus regatur. Et li. 3. contra Faustum

ftum Manichæ. cap. 5: Si alius aliquid, & alius aliud, aut alius aliter, & a- „
lius aliter; vera tamen omnes dicunt; nec sibi vllo modo contraria, si pius „
lector accedat; si mitis legat; si non hæretico animo, vnde rixetur; sed fideli „
corde, vnde ædificetur, inquirat. Et lib. 33. contra Faustum cap. 7. Mani- *August.*
chæis dicentibus Euangelia reperiri inter se contraria; sic respondet: Ma- „
ligni malo studio legitis, stulti non intelligitis, cæci non videtis. Quid enim „
magnum erat ista diligenter inspicere, & eorundem scriptorum magnam, „
& salubrem inuenire congruentiam; si vos contentio non peruerteret, & si „
pietas vos adiuuaret? Quis enim vnquam duos historicos legens de vna re „
scribentes; vtrumque, vel vtrumlibet eorum, aut fallere, aut falli arbitra- „
tus est, si vnus eorum dixit, quod alius prætermisit? aut si alter aliquid bre- „
uius complexus est, eandem tamen sententiam saluam, integramque custo- „
diens: alter autem tanquam membratim cuncta digessit, vt non solum „
quid factum sit, verum etiam quemadmodum factum sit, intimaret? Sicut „
Faustus hinc Euangeliorum veritati voluit calumniari, quia Matthæus ali- „
quid dixit, quod Lucas, cum idem narraret, dicere prætermisit; quasi ne- „
gauerit Lucas dixisse Christum, quod eum scripsit dixisse Matthæus. Quod „
Manichæi Euangelia inter se contraria esse docuerint, testatur Aug. etiam „
lib. 32. contra Faust. cap. 2. „

2. Quæ habet idem Aug. de hoc argumento lib. 18. de ciuit. Dei cap. *August.*
41. hic inseri digna sunt: Ipsi Philosophi (inquit) qui non videntur labo- „
rasse in studijs suis, nisi vt inuenirent, quomodo viuendum esset, accom- „
modatè ad beatitudinem capessendam; cur dissenserunt & à magistris „
discipuli, & inter se condiscipuli; nisi, quia vt homines humanis sensibus, „
& humanis ratiocinationibus ista quæsiuerunt? vbi quamuis esse potuerit „
& studium gloriandi, quo quisque alio sapientior, & acutior videri cupit, „
nec sententiæ quodammodo addictus alienæ: sed sui dogmatis, & opini- „
onis inuentor: tamen vt nonnullos, vel etiam plurimos eorum, fuisse con- „
cedam, quos a suis doctoribus, vel discendi socijs, amor veritatis abru- „
perit, vt pro ea certarent, quam veritatem putarent, siue illa esset, siue non „
esset: quid agit, aut quò, vel quia, vt ad beatitudinem perueniatur, hu- „
mana se porrigit infælicitas, si diuina non ducit auctoritas? denique au- „
ctores nostri, in quibus non frustra sacrarum literarum figitur, & termi- „
natur canon, absit vt inter se aliqua ratione dissentiant. Vnde non imme- „
ritò cum illa scriberent, eis Deum, vel per eos locutum; non pauci in „
scholis, atque gymnasijs, litigiosis disputationibus garruli; sed in agris, „
atque in vrbibus, cum doctis, atque indoctis, tot tantique populi credi- „
derunt. Ipsi sanè pauci esse debuerunt, ne multitudine vilesceret, quod „
clarum religione esse oporteret: nec tamen ita pauci, vt eorum non sit mi- „
randa consensio. Neque enim in multitudine Philosophorum, qui labore „
etiam literario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, facile quis „
inuenerit, inter quos cuncta, quæ senserе, conueniant. Quis autem sectæ „
cuiuslibet auctor sic est in hac dæmonicola ciuitate approbatus, vt cæteri „
impro-

„ improbarentur, qui aduersa, & diuersa senserunt? Et postquam varias, „ pugnantesque Philosophorum opiniones recensuit, orationem suam hunc „ in modum prosequitur: Has, ait, & alias pænè innmerabiles dissensiones „ Philosophorum quis vnquam populus, quis Senatus, quæ potestas, vel „ dignitas publica impiæ ciuitatis dijudicandas, & alias probandas, ac reci- „ piendas, alias improbandas, repudiandasque curauit: ac non passim sine „ vllo iudicio, confusèque habuit in gremio suo tot controuersias hominum „ dissidentium, non de agris, & domibus, vel quacunque pecuniaria ratione: „ sed de his rebus, quibus aut miserè viuitur, aut beatè? vbi & si aliqua vera „ dicebantur; eadem licentia dicebantur & falsa prorsus, vt non frustra talis ciuitas, mysticum vocabulum Babylonis acceperit. Babylon quippe interpretatur confusio. Nec interest diaboli Regis eius, quam contrarijs inter se rixentur erroribus, quos merito multæ, variæque impietatis pariter pos- „ sider. At vero gens illa, ille populus, illa ciuitas, illa respublica, illi Israelitę, „ quibus credita sunt eloquia Dei, nullo modo pseudoprophetas cum veris „ Prophetis pari licentia confuderunt: sed concordes inter se, atque in nullo „ dissentientes, sacrarum literarum veraces ab eis agnoscebantur, & tene- „ bantur auctores.

Gen. 11. v. 9.

August. 3. Et serm. 11. de verbis Domini: Nunquid propter nonnullam ver- „ borum diuersitatem receditur ab eiusdem veritate sententiæ? Nam neque „ alia causa est, cum Euangelistæ eadem, non eodem modo dicant, nisi vt inde discamus, res verbis; non rebus verba præponere: nihilque aliud in loquente quærere nisi veritatem, propter quam insinuandam verba promuntur. Et inferius: alium Euangelistam non destruit alius: sed exponit.

Euãgelistæ cur idem verbis diuersis efferant.

August. 4. Et ser. 139. de tempore: omnes Euangelistæ quatuor, neque de passione Domini, neque de resurrectione tacere potuerunt. Nam quia multa „ fecit Dominus Iesus non omnes omnia conscripserunt: sed alius ista, alius „ illa summa cum concordia veritatis. Multa etiam commemorat Ioannes „ Euangelista facta esse a Domino IESV Christo, quæ à nullo aliorum con- „ scripta sunt.

August. 5. Et ser. 140. de tempore: quod sæpè admonendi estis, & memoriter „ tenere deberis; non vos debet mouere, quod alius Euangelista dicit si quid „ alius prætermittit; quia & ille, qui prætermittit quod alius dicit, dicit ali- „ quid, quod ille prætermiserit. Aliqua vero singuli dicũt; alij tres non dicũt: „ aliqua tres dicunt, & vnus non dicit: auctoritas autem tanta est Euangelij, „ vt quia in eis loquebatur spiritus vnus, verum sit etiam quod dixerit vnus.

„ 6. Et libros quatuor de consensu Euangelistarum scripsit Aug. contra „ eos, qui Euangelistas tanquam inter se minus quadrantes, criminabantur, quod ipsemet testatum reliquit lib. 2. retract. cap. 16. at lib. 3. de consens. Euang. cap. 13. post medium, ponit esse inscrutabile cur Deus voluerit in Euangelistis quædam videri sic contraria, vt impij excæcarentur. Igitur quatuor Euangelistæ sic in describenda Euangelij veritate concordant, vt singuli aliqua propria narrent.

August. Cur in euãgelistis De' quędam videri cõtraria voluerit.

7. Hinc

7. Hinc Ambros. præfat. in Luc: Ioannes, inquit, consultè etiam ea, quæ ab alijs sunt scripta, præterijt; vt diuersa in Euangelio gratia refulgeret, & proprijs quibusdam singuli libri mysteriorum, gestorumque miraculis eminerent, diuiserunt enim sibi vestimenta domini milites Christi. Et lib. de Tob. cap. 20: Diuiserunt sibi Euangelistæ vestimenta eius; & super vestem eius, hoc est, super prædicationem Euangelij, qua vestitur hodie Dominus, miserunt sortem &c. Sors enim veluti diuino pendet examine. Et ideò quia non in potestate propria sunt locuti, neque omnes eadem omnia; sed pleraque dixerunt diuersa, quæ alius non dixerat; Sancti Spiritus gratiam velut sortito illis ea tribuisse cognoscimus, quæ loquerentur singuli de operibus domini IESV, vt eius describenda pro eius nutu gesta diuiderent. *Ambros.* Cur Euangelistæ singuli aliqua propria habeant. *Ambros.*

8. Epiphan. Hære. 51. ait alogos dicere Ioannem alijs Euangelistis esse contrarium; & sic postea subdit: Vnicuique Euangelistæ curæ fuit, vt consonè loqueretur, quæ ab alijs fuerunt dicta; imo vt ab alijs relicta sic reuelaret. Non enim erat ipsorum voluntas, sed ex Spiritu Sancto doctrina, ac consequentia. Et inferius: Quid igitur dicemus? Quandoquidem non annunciauit Matthæus, quæ à Luca relata sunt; ergo discors fuerit sanctus Matthæus à veritate? imo, non vera dicit sanctus Lucas, cum dixerit de primis à Mattheo non tractatis? nonne vnicuique diuisit Deus, vt quatuor Euangelistæ debentes prædicare, inueniant singuli quod faciant, & aliqua quidem consonè, ac æqualiter prædicent, vt ostendantur ex eodem fonte procedere: aliqua verò vnicuique relicta alius narret, qui accepit à spiritu partem proportionis? & hær. 70: Nihil discors est in diuina scriptura, neque opposita dictio aduersus dictionem reperitur. *Epiph.* *Epiphan.* *Euseb.* *Greg.* *Chrysost.*

9. Quod omnes inter se Philosophi repugnent, contra verò nostri omnes concordent; ostendit Euseb. de preparat. Euang. lib. 14. cap. 1. Greg. hom. 3. in Ezech. dicit omnes Euangelistas eandem habere faciem; quia idem in fide sentiunt. Audiamus iam D. Chrysost. hom. 1. in Mat. de hac re sic disserentem: Cum quatuor sint qui Euangelia conscribant, nec eisdē certè temporibus, aut in eisdem locis, neque pariter congregati, neque mutuo colloquentes; & tamen quasi vno ore omnia pronunciant: fit hoc sine dubio, veritatis grande documentum. Verum è contrario, inquis, ista res accidit: in multis enim diuersi inter se inueniuntur, ac dissoni. Imo hoc ipsum maximum est testimonium veritatis. Si enim ex toto, & in omnibus consonarent, & cum nimia diligentia, atque cura ad tempora, ac loca omnia, vsque ad singula, æqualiter verba concurrerent; nemo inimicus credidisset vnquam quin illi cōmuni ad decipiendum consilio congregati, quasi ex humana quadam conspiratione, Euangelium condidissent. Non enim simplicitatis fuisse tam solicitam consonantiam, iudicarent. Nunc verò quæ videtur in rebus exiguis dissonantia, ab omni illos suspicione defendit, & satis clarè scribentium existimationem tuetur. Si verò aliquid de temporibus, ac locis variè dixerunt; nihil quidem dictorum præiudicat veritati. Cur Euangelistæ plures sint. Cur Euangelistæ in multis diuersi sint. Euangelistarum dissonantia veritatis argumentū est. Euangelistarū diuersitas quid vtilitatis habeat. Euangelistarum dissonantia veritati non præiudicat.

„ veritati. Sed tamen prout donauerit Deus, progredientes, etiam ista decla-
„ rare tentabimus: illud, post hæc quæ diximus, postulantes, vt diligenter
„ notetis, quod in illis principalibus causis, in quibus & vita nostra, & prędi-
„ cationis summa consistit, nusquam aliquis illorum vel in minimo discre-
„ pare conuincitur. Quæ verò ista sunt? nempe quod Deus homo factus sit, &c. In his quippe omnibus maximam illorum inueniemus esse concordiam. Si verò in miraculis, non omnes omnia dixerunt: sed hic quidem illa, alter verò alia narrauit; nihil te omnino conturbet. Nam si vnus vniuersa dixisset; superfluus iam fuisset numerus cæterorum: sin varia omnes inter se scripsissent, ac noua omnia; nullum potuisset conuenientiæ apparere documentum. Propterea & communiter multa dixerunt; & nihilominus quisque proprium aliquid, ac speciale conscripsit; vt neque superfluus esse videretur, & temere adiectus; ac simul veritatis dictorum exactum præberet nobis indicem.

In præcipuis dogmatibus Euangelistæ non discrepant.

Cur vnus non omnia dixerit.

Cur in Euãgelistis quędam sint eadem.

Chrysost. 10. Iterum in eadem hom: Tu verò tale est quod facis, semper huiusmodi dissonantiam accusando, quale esset, si illos iuberes per omnia iisdem vti elocutionum modis, eademque verba semper proferre. taceo quod
„ hi ipsi, qui ad omnem pompam de Rhetorica, & Philosophia gloriantur,
„ multos, & plurimos, & de iisdem causis scribentes libros, non modò sim-
„ pliciter discreparunt: sed etiam sibi contraria pleraque dixerunt. Et certè
„ aliud est diuerso modo quid dicere: aliud aduerso. Nihil (inquam) horum
„ loquor. procul à me absit, de illorum insipientia pro Euangelistis satisfa-
„ ctionem parare: neque enim volo de mendacio astruere veritatem. Illud
„ sanè libenter rogarim, quonam modo auctoritatem dissona meruissent?
„ quonam pacto obtinere potuissent? Vnde admirationi essent pugnantia
„ inter se, atque aduersa dicendo? Credebatur inaudita loquentibus; toto
„ orbe laudabantur docentes; cumque multi testes eorum prædicationis exi-
„ sterent, tum etiam inimici, hostesque plurimi: non enim in vno aliquo
„ scribentes angulo, ea quæ scripserant occultauerunt: sed terras, mariaque
„ lustrantes, in conspectu, & auribus omnium volumina sacra replicabant:
„ quæ, sicut etiam nunc fieri videmus, ipsis quoque præsentibus legebantur:
„ nec quicquam tamen ex his, quæ dicta sunt, quemquam offendit.

Chrysost. 11. Iterum in eadem: Horum omnium consonantiam, orbe quoque
„ ipso teste, monstramus; quia ea, quæ sunt dicta, suscepit: testibus quoque
„ ipsis veritatis inimicis. Siquidem multæ post illos hęreses pullularunt, con-
„ traria his, quæ scripta sunt, opinantes: & earum quidem aliæ omnia, quæ
„ Euangelistæ scripserant, receperunt: aliæ verò quibusdam sententijs à re-
„ liquo opere amputatis, sic apud se scriptas conseruarũt. Quod si pugna ali-
„ qua esset in dictis; neque istæ, quæ ex aduerso loquuntur, hæreses, omnia
„ recepissent: sed tantummodo illam partem, quam sibi cernerent conue-
„ nire: neque istæ, quæ partem aliquam receperunt, de eadem aduersus alios
„ disputassent. Quippe cum nec ipsæ clausulæ lateant: sed palam præ se fe-
„ rant eam, quæ est cum toto orationis corpore cognationem. Vt enim si
partem

partem aliquam sumas ex latere; etiam in exigua portione cuncta inuenies, „
ex quibus totum constat animal; id est, & carnem, & ossa, & neruos, & ve- „
nas, arterias, & sanguinem, & totius, vt ita dixerim, massæ vim, atque na- „
turam, ex ipsius parte cognoscas: Sic etiam in scripturis, in vnaquaque „
particula dictorum, totius potes cernere affinitatem. Si verò inter se Euan- „
gelistarum sententiæ dissonarent; nequaquam hoc receptum fuisset, & o- „
lim iam ipsius dogma fuisset destructum. *Omne enim regnum*, inquit, *diui- Luc.11.v.*
sum aduersus sese desolatur. Nunc verò vel hoc ipso Sancti Spiritus clariùs 17.
maiestas refulget suadens hominibus vt erga principalia illa magisque ne- „
cessaria vacantes, nihil ab his minutis lædantur. „

12. Et hom. 1. de Lazaro idem habet his verbis: Et hoc, inquit, scire *Chrysost.*
refert, quod inter ea quæ referuntur ab Euangelistis, alia dicuntur à qua- „
tuor communiter, alia speciatim à singulis. quam ob causam? vt simul & „
nobis esset necessaria reliquorum sacra lectio, & euidenter perspicua fieret „
illorum inter ipsos consonantia. Etenim si omnes omnia dixissent, ita „
certa, & explorata, vt nullam desiderarent inquisitionem; nequaquam ap- „
paruisset illorum insignis concordia. Quapropter & omnes communiter „
multa scripserunt, & sibi quisque propriè sumpsit nonnulla. „

13. Et hom. 3. in Ioan. ponit vnde factum sit, quod Euangelistæ con- *Chrysost.*
sentiant, dum ait: Vnus enim spiritus est, qui omnium mentes mouebat: Euangelistarum cōsensus vnde
propterea valdè in narrationibus concordant. proueniat.

14. Theophylactus idem probat in cap. 1. Ioan. dicens: Vnus erat spi-
ritus, qui mouebat omnium animas. præfat. autem in Mat. sic ait: Ne mihi *Theop.*
dicas, quod Euangelistæ non consonent in omnibus. Vide enim in quibus Euāgelistę
dissonent. Num ille dixit; natus est Christus; alius autem dicit, non? aut in quibus
alius quidem quod surrexerit; alius verò non? absit. Concordes enim sunt ne videan-
in his, quæ magis necessaria, & præcipua. Igitur si in præcipuis non sunt tur quidem
diuersi, quid miraris si in minimis videantur variare? Nam hac de causa, pugnare:
quod non in omnibus consonant, magis vera loquuntur. alioqui suspecti in quibus,
haberi potuissent, quod inter se consedissent, & habito consilio mutuo, & cur dis-
scripsissent. Nunc autem cum quod prætermisit hic, scripsit ille; hæc sola crepent. „
est causa, quare in quibusdam variare videantur. „

15. In eandem sententiam Euthymius prol. in Matth. scripsit: Admi- *Euthy.*
rare (ait) quod cum neque vno tempore, neque loco eodem scripserint, „
neque res inter se communicauerint; tamen quasi ex vno ore quatuor lo- „
quuntur, in his præcipuè dogmatibus, quæ fidei firmitatem, ac statum spe- „
ctant, veluti quod Deus factus sit homo; quod sit è Virgine natus; quod „
admiranda operatus sit; quod salutis præcepta dederit; quod crucifixus sit, „
ac sepultus; quod resurrexerit, & in cœlum assumptus sit; quodque omnes „
sit iudicaturus; quod vnigenitus sit filius, & eiusdem substantiæ, similisque „
potentiæ, ac honoris cum Patre; cæteraque eiusmodi. Quod si aliquantum „
in his, quæ necessaria non sunt, dissoni videntur; hæc ipsa, quæ apparet dis- „
sonantia, maxima fit veritatis demonstratio, & eos omni suspicione liberat. „

" Si enim in omnibus ad tempus vsque, locum, ac verba conformes fuissent; " nullus animum inducere potuisset, quin inter se conuenissent, vt ex communi pacto scriberent, quæ scripserunt. Dissonantiam autem nunc dicimus, non contrarietatem: neque enim contrarij fuerunt etiam in his, quæ contingentia erant: sed ea diuersimodè locuti sunt &c.

In Euangelijs nulla est contrarietas.

16. Postremò quid inter Euangelistas sit discriminis, nec ideò tamen inter se dissideant, docet etiam Euseb. lib. 3. hist. cap. 18. & Nicep. lib. 2. hist. cap. 45. Itaque conueniunt Euangelistæ in aliquibus; & in nonnullis differunt. Consentiunt enim prorsus in rebus, quas tractant, in fidei capitibus, & in veritate: siquidem vnum, & idem dicunt, & ostendunt. discrepant tamen, multumque dissident, & variant inter se, non solum intentione, atque materia propria, & principio: sed etiam stylo, motiuis, loco, tempore, ordine, narrationumque dispositione. Quæ omnia consequenter explicanda sunt.

Euseb. *Niceph.*

De Euangelistarum scopo, materiâ, & intentione.

CAPVT. 28.

HIC tractanda sunt, quæ ad scopum, intentionem, argumentum, & materiam propriam Euangelistarum pertinent. Hæc enim inter se adeò magnam habent cognationem, vt vnius ex alio intelligentia dependeat. Et quidem quod ad discrimen ex intentione, seu materia propria, & initijs sumptum, attinet, ita Nazia. sub finem orat. funeb. in laudem Basilij scriptum reliquit: " Nec Euangelistas idcirco inter se dissentire dicimus, quia quidam carni Christi magis operam impenderunt; alij autem, " Theologiæ plus incubuêre: ac hi quidem ex rebus nostris; illi autem ex supernis initium fecêre; præconiumque ad vtilitatem (vt arbitror) capientium distribuerunt; cum ita in eis spiritus figuraret.

Intentione qui differāt Euāgelistæ. *Nazianz.*

2. Docet idem August. lib. 1. de cons. cap. 3. & lib. 4. cap. 10. nempe quod Matthæus præcipuè commendat regiam in Christi humanitate dignitatem; Marcus, propheticam; Lucas sacerdotalem; & Ioannes diuinam. Omnes quidem Euangelistæ versantur circa Christum: diuersa tamen est eorum principalis intentio. Christus enim duplicem naturam habet, videlicet diuinam, & humanam: Ideò potest considerari in quantum est homo; idque tripliciter, primò in quantum est homo descendens ex Regibus, Prophetis, & Patriarchis, quibus de Messia promissiones erant factæ; hæc est intentio Matthæi: vel in quantum est homo Rex, aut Propheta; eaque est Marci intentio: vel in quantum est homo sacerdos; & hoc Lucas intendit. Potest etiam considerari vt est Deus; & illa est principalis

August. Matthæi intentio, Marci, Lucæ, Ioannis. Intentio Matthæi. Intentio Marci. Intentio Lucæ. Intentio Ioannis.

palis

palis intentio Ioannis. Sanè omnes Euangelistæ sibi propositum habent describere aduentum Messiæ, & res eius gestas, hoc est, filij Dei incarnationem, vitam, doctrinam, mortem, & resurrectionem; Propterea non fuit necessarium vt priores altiùs inciperent: ne tamen aliqui putarent verbum ante carnem non fuisse; Ioannes altius initium duxit, non solum Euangelij sui; sed etiam primæ suæ epistolę, & Apocalypsis. Visum est eius verba subijcere.

3. Aug. lib. 1. de cons. cap. 2: Matthæus suscepisse intelligitur, incarnationem domini secundum stirpem regiam, & pleraque secundum hominum præsentem vitam, & facta, & dicta eius. Marcus eum subsecutus, tanquam pedissequus, & breuiator eius videtur. Lucas autem circa sacerdotalem domini stirpem, atque personam magis occupatus apparet. Nam & ad ipsum Dauid, non regium stemma secutus, ascendit: sed per eos, qui Reges non fuerunt, exijt ad Nathan, filium Dauid; qui nec ipse Rex fuit. Non sicut Matthęus, qui per Salomonem Regem descendens, cęteros etiam Reges ex ordine prosecutus est. *August.* Intentio Matthæi. Intentio Marci eadem quæ Matthæi. Intentio Lucæ. *Luc.* 3. *Mat.* 1.

4. Et cap. 3. Dominus enim IESVS CHRISTVS vnus verus Rex, & vnus verus Sacerdos; illud ad regendum nos; istud ad expiandos, has duas personas apud antiquos Patres singillatim commendatas, suam figuram egisse declarauit, siue titulo illo, qui cruci eius superfixus erat: *Rex Iudæorum*; siue quod ad personam Sacerdotis attinet, in eo quod nos offerre, atque accipere docuit. Vnde prophetiam de se præmisit dicentem: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Multisque alijs documentis diuinarum scripturarum, Rex, & Sacerdos Christus apparet. Hinc & ipse Dauid, quanquam apertè Rex fuit, figurauit tamen & sacerdotis personam, quando panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus. Huc accedit, quod solus etiam Lucas Mariam commemorat ab Angelo manifestè cognatam fuisse Elizabeth, quæ vxor erat Zachariæ sacerdotis. De quo idem scripsit, quod eam de filiabus Aaron, hoc est, de tribu sacerdotum, habebat vxorem. Cum ergo Matthæus, circa Regis; Lucas circa sacerdotis personam gereret intentionem, vtrique humanitatem Christi maximè commendarunt. Secundum hominem quippe Christus, & Rex, & Sacerdos effectus est. Cui dedit Deus sedem Dauid Patris sui, vt regni eius non esset finis: & esset ad interpellãdum pro nobis, mediator Dei, & hominum, homo Christus IESVS. Non autem habuit tanquam breuiatorem coniunctum Lucas; sicut Marcum Matthæus. Et hoc fortasse non sine aliquo sacramento: quia Regum est, non esse sine comitum obsequio. Vnde ille, qui regiam personam Christi narrandam susceperat, habuit sibi tanquam comitem adiunctum, qui sua vestigia quodammodo sequeretur. Sacerdos autem quoniam solus in Sancta Sanctorum intrabat; propterea Lucas, cuius circa sacerdotium Christi erat intentio, non habuit tanquam socium subsequentem, qui suam narrationem quodammodo breuiaret. *Psal.* 109. *v.* 5. 1. *Reg.* 21. *Matth.* 12. *Luc.* 1. 1. *Tim.* 2.

August. 5. Et cap. 4: Tres tamen isti Euangelistæ in his rebus maximè diuersati sunt, quas Christus per humanam carnem temporaliter gessit. Porro autem Ioannes ipsam maximè diuinitatem Domini, qua Patri est æqualis, intendit: eamque præcipuè suo Euangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curauit. Itaque longè à tribus istis superius fertur; ita vt hos videas quodammodo in terra cum Christo homine conuersari; Illum autem transcendisse nebulam, qua tegitur omnis terra, & peruenisse ad liquidum cœlum: vnde acie mentis acutissima, atque firmissima videret in principio verbum Deum apud Deum, per quod facta sunt omnia: & ipsum agnosceret carnem factum &c. Et si qua alia sunt, quæ Christi diuinitatem, in qua æqualis est Patri, rectè intelligentibus intiment, pæne solus Ioannes in Euangelio suo posuit: tanquam de pectore ipsius Domini (super quod discumbere in eius côuiuio solitus erat) secretum diuinitatis eius vberius, & quodammodo familiarius biberit.

6. Et cap. 5: Proinde cum duæ virtutes propositæ sint animæ humanę, vna actiua, altera contemplatiua &c. ex quo intelligi datur, si diligenter aduertas, tres Euangelistas temporalia facta Domini, & dicta, quæ ad informandos mores vitæ præsentis maximè valerent, copiosiùs prosecutos, circa illam actiuam virtutem fuisse versatos. Ioannem verò facta Domini multo pauciora narrantem; dicta verò eius, ea præsertim, quæ Trinitatis vnitatem, & vitæ æternæ fælicitatem insinuarent, diligentius, & vberius conscribentem, in virtute contemplatiua commendanda suam intentionem, prædicationemque tenuisse.

7. Et ca. 6: Hæc autem animalia tria, siue leo, siue homo, siue vitulus in terra gradiuntur: vnde isti tres Euangelistæ in his maximè occupati sunt, quæ Christus in carne operatus est, & quę pręcepta mortalis vitę exercendę carnem portantibus tradidit. At verò Ioannes super nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat, & lucem incommutabilis veritatis, acutissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur.

Isid. 8. In hanc sententiam scripsit Isid. lib. 6. Etymol. cap. 2. quamuis ergo vna eademque sit quatuor sanctorum Euangelistarū materia, nempe Christus, quem hominibus notum facere intendunt: de ipso tamen aliter, & aliter, secundum quatuor diuersas conuenientes ipsi dignitates, tractauerunt. Hanc quantum ad tractatuum diuersitatem, insinuant etiam nobis quatuor illorum mysticorum animalium facies. Quoniam enim quilibet Euangelistarum tractat de Christo homine, qui est verus Rex, Propheta, sacerdos, & Deus, quilibet ab Ezechiele dicitur habere quatuor facies, & quatuor pennas: & quia omnes concorditer loquuntur, quilibet in quolibet loqui censetur; & cuiuslibet facies esse alterius. Ezec. 1.

Apoc. 4. 9. Secundum Ioannem verò in Apocalypsi, singula animalia faciem propriam habent: eo quod Euangelista quilibet propriam suam, & singularem habeat intentionem in tractando de Christo Redemptore. Et propterea quod principium Euangelij cuiusque Euangelistæ respondet speciali

eius

eius intentioni, & materiæ propriæ; per eadem animalia symbolica indicatur discrimen eorundem ex parte principij. Matthæus enim quia humanam Christi generationem, & regiam eius dignitatem pleniùs describit, per hominis faciem designatus, sic Euangelium suum exorsus est: *Liber generationis Iesu* &c. Marcus in leone significatus, quasi leo per desertum rugiens, sui Euangelij initio dixit; *Vox clamantis in deserto.* Lucas à sacrificio, quod de vitulis, bobusque fieri maximè solebat, Euangelium suum inchoauit. Marcus, & Lucas Euangelicam historiam describere aggredientes, primum Ioanni Baptistæ locum tribuunt; cuius pueritiam (quam alij Euangelistæ ne quidem attingunt) paucis Lucas perstringit; quemadmodum & Christi saluatoris infantia non adeò prolixè ab eodem descripta est. Ioannes quasi aquila, cæteris altiùs volans, Christum esse verum Dei filium ostensurus, sic intonuit: *In principio erat verbum* &c. Vt Euãgelistæ initijs differant. Matthęus. Marcus. Lucas. Ioannes.

10. Vnde Polycarpus: Rationabiliter Euangelistæ principijs diuersis vtuntur, quamuis vna eademque euangelizandi eorum probetur intentio. Matthæus vt Hebræis scribens, genealogiæ Christi ordinẽ texuit, vt ostenderet ab ea Christũ descendisse progenie, de qua eum nasciturum vniuersi Prophetæ cecinerant. Ioannes autem ad Ephesum constitutus, qui legem tanquam ex gentibus ignorabant, à causa nostræ redemptionis Euangelij sumpsit exordium: quæ causa ex eo apparet, quod filium suum Deus pro nostra salute voluit incarnari. Lucas verò à Zachariæ sacerdotio incipit, vt eius filij miraculo natiuitatis, & tanti prædicatoris officio, diuinitatem Christi gentibus declararet. Vnde & Marcus antiqua prophetici mysterij competentia aduentui Christi declarat: vt non noua; sed antiquitus prolata eius prædicatio probaretur. Aut per hoc Euangelistis curæ fuit, eo vti procemio, quod vnusquisque iudicabat, auditoribus expedire; nihil ergo contrarium reperitur, vbi licet diuersis scriptis, ad eandem tamen patriam peruenitur. Hæc Victor Capuan. ex Polycarpo. Pol.

11. Docet etiam Chrysost. hom. 1. in Matth. Euangelistas inter se & intentione, & initijs differre; sicut & alij Patres, quos in medium cap. 26. huius apparationis, adduximus. Et nominatim Greg. hom. 2. in Ezech. & August. lib. 1. de cons. cap. 2. 3. & 4. lib. 2. cap. 1. & 4. & lib. 4. cap. 10. & quæst. 61. lib. 83. quæst. sic etiam materia differunt, vt nullus eorum sit, qui aliquid ab alijs omissum non habeat. Chrysost. Greg. August.

12. Discrimen intentionis, & initij posuit etiam Hiero. lib. 1. aduers. Iouinianum. Anastasius etiam Episcopus Nicenus lib. quæst. quæst. 65. docet quomodo Euangelistæ propria materia, initijs, & intentione differant, his verbis: Matthęus enim Christi generationem secundum hominem prædicat; Marcus à spiritu prophetico duxit initium, qui ex alto accedit ad homines. Lucas incipit à sacerdote Deo suffitum offerente; quia eius Euangelium ad characterem sacerdotalem pertinet; Ioannes narrat Christi principalem, & gloriosam à patre generationem: & plura de Christi diuinitate, quam reliqui Euangelistę, explicat. Ea enim est propria, & peculiaris Hieron. Anast.

eius

August. 5. Et cap. 4: Tres tamen isti Euangelistæ in his rebus maximè diuersati sunt, quas Christus per humanam carnem temporaliter gessit. Porro autem Ioannes ipsam maximè diuinitatem Domini, qua Patri est æqualis, intendit: eamque præcipuè suo Euangelio, qnantum inter homines sufficere credidit, commendare curauit. Itaque longè à tribus istis superius fertur; ita vt hos videas quodammodo in terra cum Christo homine conuersari: Illum autem transcendisse nebulam, qua tegitur omnis terra, & peruenisse ad liquidum cœlum: vnde acie mentis acutissima, atque firmissima videret in principio verbum Deum apud Deum, per quod facta sunt omnia: & ipsum agnosceret carnem factum &c. Et si qua alia sunt, quæ Christi diuinitatem, in qua æqualis est Patri, rectè intelligentibus intiment, pæne solus Ioannes in Euangelio suo posuit: tanquam de pectore ipsius Domini (super quod discumbere in eius cōuiuio solitus erat) secretum diuinitatis eius vberius, & quodammodo familiarius biberit.

6. Et cap. 5: Proinde cum duæ virtutes propositæ sint animæ humanę, vna actiua, altera contemplatiua &c. ex quo intelligi datur, si diligenter aduertas; tres Euangelistas temporalia facta Domini, & dicta, quæ ad informandos mores vitæ præsentis maximè valerent, copiosiùs prosecutos, circa illam actiuam virtutem fuisse versatos. Ioannem verò facta Domini multo pauciora narrantem; dicta verò eius, ea præsertim, quæ Trinitatis vnitatem, & vitæ æternæ fælicitatem insinuarent, diligentius, & vberius conscribentem, in virtute contemplatiua commendanda suam intentionem, prædicationemque tenuisse.

7. Et ca. 6: Hæc autem animalia tria, siue leo, siue homo, siue vitulus in terra gradiuntur: vnde isti tres Euangelistæ in his maximè occupati sunt, quæ Christus in carne operatus est, & quę pręcepta mortalis vitę exercendę carnem portantibus tradidit. At verò Ioannes super nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat, & lucem incommutabilis veritatis, acutissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur.

Isid. 8. In hanc sententiam scripsit Isid. lib. 6. Etymol. cap. 2. quamuis ergo vna eademque sit quatuor sanctorum Euangelistarū materia, nempe Christus, quem hominibus notum facere intendunt: de ipso tamen aliter, & aliter, secundum quatuor diuersas conuenientes ipsi dignitates, tractauerunt. Hanc quantum ad tractatuum diuersitatem, insinuant etiam nobis quatuor illorum mysticorum animalium facies. Quoniam enim quilibet Euangelistarum tractat de Christo homine, qui est verus Rex, Propheta, sacerdos, & Deus, quilibet ab Ezechiele dicitur habere quatuor facies, & quatuor pennas: & quia omnes concorditer loquuntur, quilibet in quolibet loqui censetur; & cuiuslibet facies esse alterius. *Ezec. 1.*

Apoc. 4. 9. Secundum Ioannem verò in Apocalypsi, singula animalia faciem propriam habent: eo quod Euangelista quilibet propriam suam, & singularem habeat intentionem in tractando de Christo Redemptore. Et propterea quod principium Euangelij cuiusque Euangelistæ respondet speciali eius

eius intentioni, & materiæ propriæ; per eadem animalia symbolica indicatur discrimen eorundem ex parte principij. Matthæus enim quia humanam Christi generationem, & regiam eius dignitatem pleniùs describit, per hominis faciem designatus, sic Euangelium suum exorsus est: *Liber generationis Iesu* &c. Marcus in leone significatus, quasi leo per desertum rugiens, sui Euangelij initio dixit; *Vox clamantis in deserto*. Lucas à sacrificio, quod de vitulis, bobusque fieri maximè solebat, Euangelium suum inchoauit. Marcus, & Lucas Euangelicam historiam describere aggredientes, primum Ioanni Baptistæ locum tribuunt; cuius pueritiam (quam alij Euangelistæ ne quidem attingunt) paucis Lucas perstringit; quemadmodum & Christi saluatoris infantia non adeò prolixè ab eodem descripta est. Ioannes quasi aquila, cæteris altiùs volans, Christum esse verum Dei filium ostensurus, sic intonuit: *In principio erat verbum* &c. Vt Euāgelistæ initijs differant. Matthęus. Marcus. Lucas. Ioannes.

10. Vnde Polycarpus: Rationabiliter Euangelistæ principijs diuersis vtuntur, quamuis vna eademque euangelizandi eorum probetur intentio. Matthæus vt Hebræis scribens, genealogiæ Christi ordinē texuit, vt ostenderet ab ea Christū descendisse progenie, de qua eum nasciturum vniuersi Prophetæ cecinerant. Ioannes autem ad Ephesum constitutus, qui legem tanquam ex gentibus ignorabant, à causa nostræ redemptionis Euangelij sumpsit exordium: quæ causa ex eo apparet, quod filium suum Deus pro nostra salute voluit incarnari. Lucas verò à Zachariæ sacerdotio incipit, vt eius filij miraculo natiuitatis, & tanti prædicatoris officio, diuinitatem Christi gentibus declararet. Vnde & Marcus antiqua prophetici mysterij competentia aduentui Christi declarat: vt non noua; sed antiquitus prolata eius prædicatio probaretur. Aut per hoc Euangelistis curæ fuit, eo vti proœmio, quod vnusquisque iudicabat, auditoribus expedire; nihil ergo contrarium reperitur, vbi licet diuersis scriptis, ad eandem tamen patriam peruenitur. Hæc Victor Capuan. ex Polycarpo. *Pol.*

11. Docet etiam Chrysost. hom. 1. in Matth. Euangelistas inter se & intentione, & initijs differre; sicut & alij Patres, quos in medium cap. 26. huius apparationis, adduximus. Et nominatim Greg. hom. 2. in Ezech. & August. lib. 1. de cons. cap. 2. 3. & 4. lib. 2. cap. 1. & 4. & lib. 4. cap. 10. & quæst. 61. lib. 83. quæst. sic etiam materia differunt, vt nullus eorum sit, qui aliquid ab alijs omissum non habeat. *Chrysost.* *Greg.* *August.*

12. Discrimen intentionis, & initij posuit etiam Hiero. lib. 1. aduers. Iouinianum. Anastasius etiam Episcopus Nicenus lib. quæst. quæst. 65. docet quomodo Euangelistæ propria materia, initijs, & intentione differant, his verbis: Matthęus enim Christi generationem secundum hominem prædicat; Marcus à spiritu prophetico duxit initium, qui ex alto accedit ad homines. Lucas incipit à sacerdote Deo suffitum offerente; quia eius Euangelium ad characterem sacerdotalem pertinet; Ioannes narrat Christi principalem, & gloriosam à patre generationem: & plura de Christi diuinitate, quam reliqui Euangelistę, explicat. Ea enim est propria, & peculiaris eius *Hieron.* *Anast.*

„ eius materia. Matthæus tractare intendit in persona Christi dignitatem
„ hominis nati ex patriarchis, & Regibus, quibus Messias promissus erat:
„ Marcus qualitatem regiam, & prophetalem: Lucas sacerdotalem: Ioan-
„ nes verò diuinam, quod est omnium difficillimum.

August. 13. Sic August. non modò libris de cons. paulo ante citatis; sed etiam lib. de sancta virg. cap. 27. & præfat. in Euangel. Ioannis. Et tract. 16. & 119. in Ioan. & in psa. 144. ad vers. *Memoriam abundantiæ* &c. Et in fine
„ serm. 149. de tempore: Petrus scripsit de Domino, scripserunt & alij;
„ sed scripta eorum magis circa humanitatem Domini videntur occupata.
„ Dominus enim Christus & Deus est, & homo. quid est homo? anima, &
„ caro. quid autem Christus est? verbum, anima, caro. Sed de diuinitate in
„ literis Petri non aliud: In Euangelio autem Ioannis multum memini: *In*
„ *principio erat verbum*, ipse dixit. Transcendit nubes, transcendit sidera, trans-
„ cendit & Angelos, transcendit omnem creaturam, peruenit ad verbum per
„ quod facta sunt omnia.

Cyril. 14. Cyril. prologo in Ioan: Quum ergo (inquit) mirabilis, excelsa-
„ que sanctorum Euangelistarum doctrina sit (non enim ipsi, vt saluator
„ dicit, sed Spiritus Patris in ipsis loquitur) Ioannis Euangelium, si quis su-
„ blimitatem mentis, atque acumen consideret, & quam magnus sit senten-
„ tiarum in eo cumulus cogitet, longè omnium non iniuria præstantissimum
„ dicet. Nam etsi diuinorum dogmatum expositio æqualis omnibus propo-
„ sita sit, atque ad eundem quasi calcem curriculo diligenter omnes ferantur;
„ sic tamen diuersa eis oratio est, vt quamuis in vnam vrbem peruenerint,
„ in magnificentiores tamen ædes, alius alio ingressus esse mihi videatur.
„ Nam cum cæteri exquisitissimè genealogiam saluatoris aut ab Abraham in
„ Ioseph descendentes, aut ab Ioseph in Adam vsque ascendentes conscrip-
„ serint, solum Ioannem videre licet non multum his laborasse; sed feruenti
„ animo, vltra quam homini possibile sit, volare voluisse, ac ineffabilem verbi
„ generationem verbis exprimere ausum fuisse &c.

Theod. 15. Theodor. quoque in cap. 47. Ezech. sic habet: Existimo quartam mensuram diuini Ioannis Euangelium indicare, quod Theologiam continet inaccessam, & ad quam hominibus aspirare minimè liceat. Quæ enim mens vltra illud, *In principio*, poterit penetrare? Et quæ ad illud, *Erat*, transcendere? non igitur fecero alijs Euangelistis iniuriam, tot præsertim secutus auctores, quot cæteris illum ante me non solum compararunt, verum etiam prætulerunt, si hanc Ioanni laudem attribuero, vt sit inter Euangelistas, quod Isaias inter Prophetas.

Damia. 16. Petrus Damia. serm. de Sancto Matthæo testatur vnumquemque sanctorum Euangelistarum proprium, ac specialem ordinem seruare; & in
„ eius qua cœpit intétionis custodia perseuerare: Matthæus, inquit, in decla-
„ randa regia stirpe Domini, familiarius vacat; & sicut ab hac narrationis ex-
„ ordium sumpsit, sic in eadem intentione totam styli sui seriem ad finem
„ vsque perducit. Generationis quippe lineam texens, ad Dauid peruenit.

Deinde

Deinde per Salomonem transiens, cæteros Reges in enumeranda generis successione percurrit. Et paulo post refert, quod ab oriente Magi veniunt &c. Deinde subiungit parabolam, vbi dominus ait: *Simile est Regnum cœlorum, homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* Sed & instante salutiferæ passionis articulo, narrat eum dixisse: quia *Cum sederit filius hominis, in sede maiestatis* &c. Postremò destructo per mortem suam mortis imperio, & beatæ resurrectionis coruscante triumpho, narrat eum dixisse discipulis: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* His & huiusmodi clarescentibus in Euangelica descriptione sententijs, liquet beatum Matthæum in prosequenda regia stirpe Domini tenacius, quam cæteros fuisse versatum. Ibidem addit ipse Damianus sanctum Ioannem Euangelistam, ad declarandam in Christo diuinitatis essentiam, propensius occupari.

Mat. 1. *Mat. 2.* *Mat. 22.* *Matth. 25. v. 2.* *Mat. 28. v. 19.*

17. Adijciendum hic est quod habet Rupertus li. in volumen quatuor Euangelistarum cap. 3. vbi his verbis ait: Perspectis initijs quatuor Euangeliorum, intus fides, quæ vultus ingenuos probare, atque a plebeijs discernere nouit, magnificam sui Regis ingenuitatem agnoscit, creditque & confitetur, non ingratis laudibus, quod solus iste humano generi sit homo nobilis, quem solum regnare deceat; cuius profiteri seruitutem, omni homini vera, & vnica sit libertas. Qualis enim est, secundum ea quæ in principio Euangelij scribuntur, huius Regis nostri facies? nimirum cum sic dicitur: *Liber generationis* IESV CHRISTI *filij Dauid, filij Abraham*: probat auditus fidei, quod verus homo sit: quippe qui de semine hominis Dauidis, atque Abrahæ natus sit. Verum quia illi non erant valdè nobiles, vtpote in iniquitatibus à matribus suis concepti; quod illorum ignobile erat, qualiter excellat generatio IESV singulariter nobilis, & inclyti; nimirum concipienre illum matre sua, non de semine viri: sed de Spiritus Sancti operatione, in Luca fides eadem audiuit, dicente Angelo: *Spiritus Sanctus superueniet in te* &c. Ergo longè nobilior iste est, quam omnes patres sui, etiam secundum formam serui. Nunquam enim seruiuit: non saltem in massa seruus fuit: quia ne quidem in Adam peccatum fecit. Marcus, & Ioannes alrius personant id quod ista nobilitate hominis nobilius est. Marcus dicendo: *Initium Euangelij* IESV CHRISTI *Filij Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheta*: illam eius est confessus nobilitatem, quæ non ex matre, sed ex Patre: non ex carne; sed ex diuinitate est. Attamen minus definiuit aduersus seruiles blasphemias hæreticæ ignobilitatis. Nam & multi dicuntur, & leguntur filij Dei, siue homines, siue Angeli; filij, inquam, Dei, sed gratia adoptionis: non proprietate naturæ. Quod perpendens Ioannes, litem omnem diremit, definiendo hunc filium Dei qualis sit; quam dissimiles natura sint illi omnes, quicunque nominantur, & sunt filij Dei: Nam *In principio*, inquit, *erat verbum, & verbum erat apud Deum* &c. Ecce hic est vultus ingenuus regis nostri, filius hominis, sine peccato, filius Dei, natura, non dono. Hæc Ruper.

Rupert. Euangeliorum initia docent quanta sit Christi nobilitas. Singuli Euangelistæ explicant peculiarem gradum nobilitatis Christi. Intentio Matthæi. *Mat. 1.* Côuenienter sunt 4. Euãgelistæ. Intentio Lucæ. *Luc. 1.* Intentio Marci. *Marc. 1.* Intentio Ioannis. *Ioa. 1.*

18. Et quidem quod ad Ioannis intentionem attinet, clarè docet etiam

Chrysost. Chrysost. hom. 1. in Matth. & hom. 3. in Ioan. eundem ipsum Ioannem propter Christi diuinitatem Euangelij sui librum composuisse; Christique diuinitatem ex professo explicare; idque non solum in Euangelij sui principio: sed per totius fere Euangelij textum (vt Chrysostomi verbis vtar) grandior cæteris, atque sublimior ingreditur, creataque omnia transcendit. *Damas.* Damas. in historia Barlaam cap. 8. Ioannem asserit diuinorum Euangelistarum præcipuum.

Basil. *Ioannes in Euangelij laudibus primas obtinet.* 19. Basilius hom. 16. testatur Ioannem primas in Euangelij laudibus obtinuisse, propter materiam, indubiè, quam tractat. & lib. 2. aduersus Eunomium ita scriptum reliquit: Quoniam Matthæus quidem generationis secundum carnem interpres factus est, vt ipse ait: *Liber generationis* IESV CHRISTI *Filij David*: Marcus autem Ioannis prædicationem, *Basil.* initium Euangelij fecit, dicens: *Initium Euangelij* IESV CHRISTI, *sicut* *Mat. 1.* *scriptum est in Isaia Propheta: Vox clamantis in deserto*: Lucas verò & ipse *Mar. 1.* per corporalia initia ad diuinitatis doctrinam accessit: necessariò Euangelista Ioannes, cum vltimus ad scribendum venisset, super omne sensibile, ac tempus, quod sensibilia sequitur, mentem extollens, imo virtute spiritus, ad ipsum accessit, qui vltra omnia est, quasi testimonium etiam ipse perhibens, quod etsi secundum carnem Christum cognouimus, attamen nunc non adhuc cognoscimus. Id enim principium capiens, & corporeos omnes, atque temporales sensus inferiores theologia sua relinquens, per magnificentiam cognitionis præcedentem aliorum prædicationem superauit. Non ex Maria (inquit) principium, nec ab his temporibus, sed quid? *Ioan. 1.* *In principio erat verbum &c.*

Origen. *Euāgeliorū primitiæ Ioannis Euangeliū est.* 20. Origenes in Ioannem tom. 1. præfat: Arbitror verò ego, inquit, Euangeliorum primitias Euangelium esse Ioannis. Idque arbitror considerans genealogiam texentem, & incipientem ab eo, qui genealogia caret. Et quibusdam interiectis, ait maiores, perfectioresque de Iesu sermones Ioanni reseruatos. Nullus enim, inquit, Euangelistarum aliorum, adeò purè manifestauit illius diuinitatem, vt Ioannes. Audeamus ergo dicere, Euangeliorum primitias esse Euangelium à Ioanne traditum. tract. 35. in *Origen.* Matth. in hoc distinguit Ioannem ab alijs tribus Euangelistis, quod alij tres magis secundum humanam Christi naturam exponunt de eo, quam secundum diuinam: Ioannes autem magis secundum diuinam, quam secundum *Origen.* humanam interpretabatur naturam. Et hom. 2. in diuersos: Cui Theologorum donatum est, quod tibi (Ioannem Euangelistam alloquitur) donatum est? abdita videlicet summi boni penetrare mysteria, & ea quæ tibi *Ioannis excellētia.* reuelata, & declarata sunt, humanis mentibus, ac sensibus intimare? dic, quæso, cui talis, ac tanta donata est gratia? &c.

Ambros. 21. Ambros. præfat. in explanationem Euangelij secundum Lucam, sanctum Ioannem in hoc alijs Euangelistis præfert, quod nemo tanta sublimitate sapientiæ maiestatem Dei viderit, & nobis proprio sermone reserauerit; quodque transcenderit nubes, virtutes cælorum, Angelos, &

verbum

verbum in principio repererit, & verbum apud Deum viderit. Et lib. 3. de sacramentis cap. 2. Sanctus, ait, Ioannes maiore quadam tuba fudit æterna mysteria: quidquid locutus est, mysterium est. Et lib. de institut. virg. cap. 7. profitetur Ioannem præ cæteris mysteria diuina locutum. *Ambros.* " *Ambr.*

22. Hilar. lib. 10. de Trinit. ait Ioannem Euangelistam esse causarum spiritualium prædicatorem, ratione scilicet materiæ quam tractat. Et lib. 2. de Trin. dubitat vtrum fuerit mirabilius excitasse mortuum, an imperito, illitterato, ac indocto piscatori talis doctrinæ scientiam intimasse. Beda in caput 1. Ioannis scribit, inter ipsos Euangeliorum scriptores valdè beatum Ioannem in diuinorum profunditate mysteriorum eminentiorem esse. Et plura habet in eandem sententiam. Andreas Cæsareæ Cappadociæ Episcopus in cap. 1. Apocal: Ioannes in Euangelio suo sublimiora, & diuiniora de Dei verbo tradidit. *Hil.* Ioannes est spiritualiũ causarum prędicator. *Beda.* *And.*

23. Cyrillus Alexand. lib. 2. dialog. de Trinit: Diuinarum, inquit, nostrarum doctrinarum magister optimus, & eminentissimus Ioannes scripsit de filio &c. Nazian. orat. 30. in laudem Basilij, sub finem, Ioanni grandiloquentiam tribuit. Hildefon. ser. 5. de assumptione B. Mar. dilectum Ioannem de humanis, & corporalibus actibus Domini Iesu, pauca; multa verò de natura diuinitatis eius, potentia, & maiestate dixisse, & scripsisse, teste sacratissima serie descriptionis eius, cognoscimus. *Cyril.* *Nazia.* *Hilde.*

24. Euth. procemio in Ioannem tradit præcipuam Ioanni curam fuisse, quæ ab alijs relicta erant, addere: ac de diuina saluatoris gratia plura ponere: additis etiam quibusdam capitibus, quæ antea silentio prætęrita fuerant. Et proœmio in quatuor Euangelia, docet Ioannem Christo instigante ad scribendum Euangelium accessisse, vt dogmata quæ diuinitatem Saluatoris tangebant, & alij Euangelistæ silentio prætererant, explicaret. *Euthy.*

25. Theophylactus prol. in Euangelium Ioannis hoc modo scribit: Quæ nullus aliorum Euangelistarum nos docuit, ea ipse Ioannes intonare ausus est. De superna Christi generatione tractat. Quæ alij non manifestè dixerunt, vel omnino prætermiserunt, ea ipse explanare, & liquida facere, adijcereque proprio Euangelio cœpit. In cap. 21. Lucæ, Ioannem ait sublimiores, quam alios tres, doctrinas exposuisse. Et in cap. 1. Ioannis: Sicuti, inquit, & in procemio dicebam, ita denuo dico, quod cum Euangelistæ alij inferiorem natiuitatem Domini, educationem, & incrementum latè narrarunt, ea Ioannes transcurrat quidem, vti satis à condiscipulis suis dicta: de deitate autem eius, qui propter nos homo factus est, differat: tametsi si diligenter consideraueris, neque illi de deitate vnigeniti dicere neglexerunt: sed eius mentionem fecerunt, quamuis non diffusè: neque iste ita sublimitati verbi intentus fuit, vt omnino posthaberet dispensationem eius in carne. Similia tradit præfat. in Mat. sicut & Euseb. lib. 3. hist. cap. 18. & Nicephor. lib. 2. hist. ca. 45. & lib. 4. cap. 33. & Richar. de Sancto Victore parte 2. prol. explanationis in visionem animalium, & rotarum Ezech. & Hieron. proœmio in commentarios super Mat. Et lib. 1. aduer. *Theop.* " " " " *Theophyl.* " " " " " " " *Eusebi.* *Niceph.* *Richar.* *Hiero.*

Greg. Chrysost. Iouinianum. Et lib. de scriptoribus Ecclesiasticis in Ioanne. Et Greg. lib. 1. in cap. 1. lib. 1. Reg. Et Chrys. hom. in psa. 44.

Thom. 26. Et Thomas prologo in commentaria super Ioannem: Alij, inquit, „ Euangelistæ tractant principaliter mysteria humanitatis Christi: Ioannes „ specialiter, & præcipuè diuinitatem Christi in Euangelio suo insinuat; nec „ tamen prætermittit mysteria humanitatis.

27. Itaque materia Euangelij Ioannis est diuinitas verbi. Et quoniam cæteris sublimius ei datum est ipsam reserare diuinitatem, desuper eminere Ezec. 1. Arist. Ezech. 1. scribitur. Aristoteles proœmio ad libros de anima dixit scientiam vnam excedere aliam, aut excellentia materiæ quam versat, aut certitudine methodi: mathematicę enim scientię methodi certitudine scientias omnes physicas superant; quæ tamen à physicis ex subiecti dignitate superantur; & has scientia de anima facilè antecellit, eo quod anima formarum physicarum præstantissima sit. Sublimitatem ergo materiæ si consideremus; Ioannis Euangelium reliqua superat: quoniam vnus est Ioannes, qui arcana diuinitatis reserauit. Cæteris enim Euangelistis in humanitate Christi ex parte maxima occupatis, hic solus ad fastigium æternæ deitatis contemplandum assurrexit, & medullam cedri excelsissimæ decerpens, nobis credendam, & contemplandam per suum Euangelium obtulit. Id Patres manifestè testantur. Ezec. 17.

August. 28. Vnde August. præfat. in laudem Euangelij secundum Ioannem: Inter ipsos, inquit, Euangeliorum scriptores, Ioannes eminet in diuinorum mysteriorum profunditate. Cæteri Euangelistæ, qui temporalem Christi natiuitatem, & temporalia eius facta, quæ gessit in homine, sufficienter exponunt, & de diuinitate pauca dixerunt; quasi animalia gressibilia cum Domino ambulant in terra: hic autem pauca de temporalibus eius gestis edisserens; sed diuinitatis potentiam sublimius contemplans, cum Domino ad cœlum volat. Lib. 2. de cons. cap. 6. dicit Ioannem in Euangelistis quatuor eminentissimum esse. Lib. 4. de cons. cap. 10. dicit Christum à Ioanne longè altius, quam ab alijs commendari. In psal. 144. eundem Ioannem auidissimum epulatorem nominat. epist. verò 178. veridicum interpretem secretorum.

In quo Ioannes sit alijs eminentior.

August. August.

Ioannes auidissimus epulator est; & veridicus interpres secretorum.

29. Hinc est quod Doctorum antiquitas, magni Theologi nomenclaturam soli, ex Euangelistis, Ioanni tribuit. Theologisare enim gręcis est diuinitatis arcana disserere: nec alius ipsis vocatur Theologus, quam qui hęc verbo, vel scripto tractat. humanitatis autem Christi mysteria docere, studiumue illis edisserendis impendere, non theologisare, aut theologia est: sed oeconomia. Nam totum illud diuinæ prouidentiæ consilium, quo humanitatem pro nostra redemptione induit, suppliciumque toti humano generi salutare pertulit, œconomia dicitur. Quamobrem alij tres Euangelistæ hanc maximè diuinam oeconomiam scriptis Euangelijs mandarunt: Ioannes verò Theologiam fideles docuit, & suo Euangelio Christi diuinitatem enarrans, & à Patre æternam esse eius originem commemorans explicatius.

A maioribus Ioannes Theologus est cognominatus. Quid sit Theologia & œconomia.

30. Porro

30. Porro latinis Theologia latiùs patet, quàm Græcis: studium enim litterarum diuinarum, siue id sit diuinitatis, siue Christi humanitatis, siue sacramentorum, Theologiam appellant. Græci verò obseruata vocis etymologia, de diuinitate sola studium Theologicum esse voluerunt. Quapropter sólus ex Euangelistis Ioannes à maioribus insigni hoc Theologi titulo est insignitus: quo sanè eum exornarunt Dionys. Areop. ep. 10. ad Ioannem. Hippolytus Martyr, de mundi consummatione. Euodius in commentarijs suis, & præcipuè in epistola quam Lumen inscripsit, vt est apud Niceph. lib. 2. hist. cap. 3. Origenes hom. 2. in diuersos. Athanasius in synopsi. & orat. contrà idola. Chrysost. argumento in psa. 37. Epiphanius hære. 51. Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 12. Cyril. Alexand. lib. 3. de Trinitate; Conc. Ephes. tom. 2. cap. 26. in epistola eiusdem concilij ad clerum Constantinop. Theophylac. prol. in Ioannem. Cedren. in compendio historiæ ad Neruam. Hildef. ser. 5. de assumpt. B. Mar. Græci in menologio 6. calend. octob. Cæsarius initio primi dialogi. Suidas in vita Nonni, vbi eum virginem Theologum vocat, & alij. Inde etiam factum est quod Ioannem Euangelistam Patres aquilæ contulerint: & in quatuor illis animalibus Ezechieli ostensis sub aquilæ typo Ioannem esse præsignatum tradiderint.

Areop. *Hippol.* *Euod.* *Origen.* *Chrysost.* *Epiphan.* *Cyril.* *Côc. Eph.* *Theoph.* *Cedre.* *Cæsar.* *Suid.*

31. Hinc præterea fit, vt optimo iure contemplationis dignitas Ioanni à veteribus tribuatur; alijs verò Euangelistis vtilitas actionis. Tres siquidem Euangelistæ priores, nos in suis Euangelijs quantum ad vitam actiuam informant: at in suo Euangelio Ioannes nos etiam quantum ad vitam contemplatiuam erudit; teste S. August. lib. 4. de conf. cap. 10. Et apud eum incertus auctor præfat. in Ioannem, vbi sic habet: Tres alij Euangelistæ dicta, & facta Domini temporalia, quæ ad informandos mores vitæ præsentis maximè valent, copiosiùs prosecuti, circa actiuam vitam sunt versati; in qua laboratur vt cor mundetur ad videndum Deum: Ioánnes verò pauca Domini facta dicit; verba verò Domini, quæ Trinitatis vnitatem, & vitæ æternæ felicitatem insinuant, diligentius conscribit: & sic in contemplatiuæ vitæ virtute commendanda, intentionem suam, & prædicationem tenuit; in qua contemplatiua vacatur, vt Deus videatur. Et in Speculo ex Euangelio Ioannis: Tres, inquit, Euangelistę, Matthęus, Marcus, & Lucas, ideò nobis plura dederunt pręcepta viuendi; quia eam maximé secuti sunt partem, quę actiua dicitur. Quia verò Ioannes contemplatiuam magis tenuit, ideò cum eius Euangeliũ superemineat cæteris, multo pauciora tamen in eo morum præcepta comperimus.

August. Ioannes est contemplatiuus: alij actiui. *August.* Cur Ioannes pauciora viuendi præcepta, quam alij, dederit.

32. His consonat apud Origenem hom. 2. in varios. quamuis enim alij quoque nonnulla scripserint, quæ non sunt à diuinitatis contemplatione aliena; & Ioannes quædam, quæ ad actionem dirigendam pertinent, vt pleraque de charitate: hic tamen Euangelij sui exordium à diuinitatis contemplatione incepit; & in progressu multa de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto commemorat, deque vita æterna; quorum alij Euangelistæ mentio-

Origen.

mentionem quidem fecerunt, sed ea non tam apertè, nec tam vberi stylo disseruerunt.

Vnde Ioanni maior scientia. *August.* 1. Ratio. *August.* 33. Scire forsitan optas vnde Ioannis maior scientia proueniat? ad hoc tibi respondet incertus ille auctor apud August. (præfat. in laudem Euangelij secundum Ioannem:) Qui enim (inquit) supra pectus Domini in cœna recubuit, cœlestis haustum sapientiæ cæteris excellentius de ipso Dominici pectoris fonte potauit. Et tract. 16. in Ioannem: Ioannes, ait, Euangelista melius veritatem videbat, qui eam de pectore Domini biberat. Ipse est enim qui super pectus Domini discubuit, & quem Deus charitatem debens omnibus, præ cæteris diligebat. Idem habet tract. 1. in Ioan. & serm. 38. de verbis Domini. Et lib. contra Adimantum cap. 13. eum dominici pectoris participem affirmat.

Hieron. 34. Hanc rationem habet etiam Hiero. procemio in commentarios super Matth. Et in ca. 28. Ezech: Vnus Apostolorum, Ioannes Euangelista, recubuit in pectore Christi, vt hauriret fluenta sapientiæ, &c. posset dicere: *In principio erat verbum* &c. Et Euthy. procemio in Ioannem. Et Ambros. in illud Lucæ. 15: *Cecidit in collum eius.* Et lib. de Incarnat. Domi. sacra. cap. 4. & Beda in cap. 1. Ioannis. & in cap. 21. Anastasius Sinayta Antioch. lib. 8. Hexameron. Et Metaphrastes in vita Sancti Ioannis Chrysostomi, scribens visionem, qua Ioannes, & Petrus ei apparuerunt. Et Origenes in Ioannem tom. 1. præfat.
Euthy. *Bed.* *Anast.* *Metaph.* *Origen.*

Theophyl. 2. Ratio. *Beda.* 3. Ratio. 35. Theophylactus prol. in Euang. Ioannis, docet eum ob virgineam puritatem amplius notitiæ Dei donum accepisse, & incognitis plerisque mysterijs ditatum. Eandem rationem habet Beda (in 1. cap. Ioa.) Sed non video cur non etiam in exilio hæc, multaque alia ei patefieri, ostendique potuerint.

Chrysost. 4. Ratio. 5. Ratio. *Ambros.* 36. Quartam rationem sed communem habet Chrys. (prol. in Io. & ho. 1. in Ioan.) dicens eum tantam scientiam habuisse ex profundis, & abditis Spiritus Sancti thesauris, tanquam modò ex ipso cœlo descenderet. Aliam huius rationem adfert Amb. li. de instit. virg. ca. 7. vbi non obscurè docet Mariam profuisse Ioanni Euangelistæ plurimùm, vt præ cæteris diuina mysteria disceret, ac doceret. Sic enim habet: Eademque postea Ioanni Euangelistæ est tradita coniugium nescienti; vnde non miror, præ cæteris mysteria diuina locutum, cui præsto erat aula cœlestium sacramentorum.

Pro. 30. *v.* 18. 37. Huc pertinere, ac referri posse videtur illud Pro. 30. *Tria sunt difficilia mihi: & quartum penitus ignoro.* Trium enim primorum Euangelistarum spiritualis intelligentia difficilis est: Ioannis autem via penitus ignoratur, nisi fides credentium adiuuet. Ex ijs, quę de scopo, materia, obiecto, ac intentione sanctorum Euangelistarum dicta sunt, facilè quis eorum sit finis intelligitur, vt nimirum fideles Christi cognitione illustrentur: secundum illud Ioannis. 20. *Hæc autem scripta sunt, vt credatis quoniam* IESVS *est* CHRISTVS *Filius Dei; & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* His igitur tam inter se, quam ab alijs omnibus scriptis, Euangelia distinguuntur.
Finis Euangelistarum. *Io.* 20. *v.* 31.

Qua lingua Euangelista scripserint.

CAPVT. 29.

VT verò iam ad styli, & sermonis differentiam, quæ inter sanctos Euangelistas est, veniamus; Matthæi Euangelium ab ipso hebraicè scriptum esse; reliqua verò tria græcè constanter. Hieronymus asserit præfat. in quatuor Euangelia ad Damas. Nouum opus me facere. proœmio in commentarios super Matth. Plures fuisse qui. De scriptorib. Ecclesiastic. in Matthæo. epist. 123. ad Damas. Multi super hoc sermone. Epi. ad Hedibiam quæst. 4. in cap. 6. Isaiæ sub finem, & in cap. 11. Osee. Hoc tamen in Hieronymo notandum videtur, quod nusquam expressè, nominatimque dixerit, qua lingua Marcus Euangelium suum scripserit; sed tantum in genere; cum ait non esse dubium quin nouum testamentum, excepto Matthæo, græcum sit: de alijs autem tribus Euangelistis quo sermone sua Euangelia ediderint, specialiter non expressit. Hieronymo subscribit Aug. (lib. 1. de cons. Euang. cap. 2. & lib. 2. cap. 66. & 80. & epist. 178.) sed nec ipse vsquam exprimit Euangelium græcè à Marco conscriptum esse. *Matthæus scripsit hebraicè, alij græcè.* *Hiero.* *August.*

2. Epiphan. hære. 29. 30. & 31. dicit solum Matthæum in nouo testamento hebraicè, & hebraicis literis Euangelij editionem fecisse. Abdias (in fine lib. 7. Apost. hist.) asserit Matthæum hebræo sermone Domini Euangelium conscripsisse. Idem habet Ado (in chronico, & in martyrologio Septemb. die 21. Dorotheus (in synopsi) asserit Matthæum hebraica dialecto Euangelium conscripsisse. Anastasius Antioch. tradit Euangelium à Matthæo hebraico sermone scriptum. Cyril. Hierosolymit. (catechesi 14.) testatur Matthæum lingua hebraica Euangelium scripsisse. Idem asserit Chrysost. hom. 1. in Matth. & hom. 1. operis imperfecti. Theophylac. præfat. in Mat. Euthy. prol. in Mat. Oecumenius ante expositionem actuum. Petrus Damianus ser. de Sancto Matthæo. Beda in Martyrologio die 21. Septemb. asserit Matthæum hebræo sermone Christi Euangelium conscripsisse. Euseb. lib. 3. hist. cap. 39. Idem ex sententia Papiæ confirmat. & lib. 5. hist. cap. 10. ex Panthæno refert Euangelium Matthæi hebraicum Indis ab Apostolo Bartholomæo datum, & relictum fuisse; ac illud ipsum custoditum constare. Habet etiam Euseb. id ipsum in chronico, Matthæum scilicet hebraicè scripsisse Euangelium. *Epipha.* *Abd.* *Ado.* *Doroth.* *Anast.* *Cyril.* *Chrysost.* *Theoph.* *Euth.* *Oecum.* *Damia.* *Beda.* *Papi.* *Euseb.*

3. Nicephorus quoque lib. 2. hist. cap. 45. tradit Matthæum sermone patrio hebræis Euangelium scripsisse. Et lib. 3. cap. 20. ex Papia refert Euangelium hebraicè à Sancto Matthæo scriptum fuisse. lib. 4. cap. 32. ex Panthæno recitat quod Bartholomeus ad Indos hebraicum Matthæi Euangelium tulerit. lib. 5. cap. 16. dicit Matthæum Iudæis fidelibus Euangelium sermone Iudaico tradidisse. Theodorus lector libr. 2. collecta. asserit *Niceph.* *Papi.* *Pant.* *Theod.*

Euange-

Euangelium Matthæi hebraicum in Cypro in tumulo Barnabæ Apostoli & ipsius manu exaratum postmodum repertum. Ireneus lib. 3. aduersus hær. cap. 1. asserit Matthæum hebræis ipsorum lingua Euangelij scripturam edidisse. Athanasius sub finem synopsis dicit Euangelium à Matthæo hebraica dialecto conscriptum. Origenes apud Euseb. lib. 6. histo. cap. 19. tradit Matthæum Iudæis ad Christi fidem conuersis Euangelium literis hebraicis composuisse. Isidorus Hispal. lib. 6. etymol. cap. 2. affirmat Matthæum scripsisse Euangelium litteris, & sermonibus hebraicis: Marcum verò, & Lucam eloquio græco: at Ioannes quo sermone scripserit, sub silentio præterijt. Chrysost. hom. 1. operis imperfecti habet Ioannem græco sermone Euangelium scripsisse.

Iren. *Athanas.* *Origen.* *Isid.* *Chrysost.*

4. Vtcunque ex his cognoscitur, quid veteres de præsenti argumento sentiant. Et quidem nullus vel mediocriter doctus, vt arbitror, ambigit, quin Euangelia beatorum Ioannis, & Lucę gręco sermone ab initio scripta sint: omnes enim Euangelium græcè à Luca, & Ioanne scriptum fuisse consentiunt. Sed qua ratione (dices fortasse) hi Euangelistæ adducti græca potissimum lingua scribere voluerunt? verisimile est diuina prouidentia, linguæ græcæ, quæ tunc latissimè per omnes fere gentes audiebatur, hoc esse tributum, vt per eam euerteretur idololatria, falsorumque deorum vanitas, quam ipsa sua inani facundia, & instructa quadam dicendi facilitate fabricarat, & inuexerat; vtque veri Dauidis, veri animarum pastoris, verique Iudæorum regis manu, superbus ille Goliat, diuini numinis contemptor proprio gladio iugularetur.

Græcè Lucas & Ioannes scripserunt. Cur Euangeliũ gręcè scriptũ sit.

5. Quod ad styli differentiam attinet, hic notandum videtur quod ait Basil. hom. 16. Ioannem, videlicet tonitrui filium, in sermonis magnitudine, & sententiarum grauitate, primas obtinere. Item quod Ioannis Euangelium in gazophylacio Tyberiadis in hebraicum incerto auctore translatum Teberinus comes inuenerit. Item quod Epiphan. hære. 30. ex aliquorum sententia referat, Ioannis Euangelium de græca lingua, in hebræam esse translatum, & in Iudæorum gazophylacijs haberi. Hoc etiam de Lucæ stylo videtur obseruandum, quod eleganti adeò sermone Lucas procedat, vt Hieronymus eloquentiam eum quandam sæcularem redolere arbitretur. Nec id mirum videri debet, cum & Philosophus, & medicus, ac proinde sermonis græci peritissimus fuerit. Hiero. de scriptorib. Ecclesiastici in Luca, dicit eum græci sermonis non ignarum fuisse. epist. 123. ad Damasum, quæ incipit; Multi super hoc: Lucas, inquit, inter omnes Euangelistas græci sermonis eruditissimus fuit; quippe medicus, & qui Euangelium græcis scripserit. In caput 6. Isaiæ: Euangelistam, inquit, Lucam tradunt veteres Ecclesiæ tractatores medicinæ artis fuisse scientissimum, & magis græcas literas sciisse, quam Hebræas. Vnde & sermo eius tam in Euangelio, quam in actibus Apostolorũ, id est, in vtroque volumine, comptior est, & sæcularem redolet eloquentiam: magisque testimonijs græcis vtitur, quam hebræis.

Vt Ioannes in stylo alios superet. *Basil.* Euangeliũ Ioannis hebraicum. *Epiph.* De Lucæ stylo. Cur Lucas sit eloquẽs. *Hiero.* Lucas græcè doctus. Cur Lucas sit eloquẽs.

6. Idem

6. Idem habet Beda prol. in exposit. actuum. Hieronymus in cap. 28. Isaiæ dicit Lucam magis græcę linguæ scientiam habuisse; ideòque eum testimonia veteris testamenti adferre secundum 70. Isidorus quoque Hispal. lib. 6. etymologiarum cap. 2. dicit Lucam omnium Euangelistarum græcè fuisse doctissimum. Lucas igitur græcis, & philosophicis eruditus litteris fuit, qualem medicinam professum esse oportebat. Germanus Constantinopol. in rerum Ecclesiasticarum theoria, dicit Lucam magis eloquenter & variè gesta Domini tractasse.

Beda. *Hiero.* *Isid.* Cur Lucas aliter vetus testamentū citet quam alij. *Germa.*

7. Hieronym. in quæstionibus seu traditionibus hebraicis in genesim, & post eum Alcuinus interrog. 269. & Rupert. in Genesim lib. 9. cap. 16. dicunt plerosque tradere Lucam Euangelistam, vt proselytum, hebræas literas ignorasse. Nullum tamen vidi scriptorem insignem, qui asserat Lucam nescisse linguam hebraicam. Referunt quidem Hieronymus, Alcuinus, & Rupertus quosdam id tradidisse: hoc tamen ipsi non asserunt. Nec vllus eum tandem literas hebraicas, aliquousque saltem, quamquam græcè doctior multo fuerit, didicisse negat. Imo Theophylactus argumento in Lucam dicit eum fuisse magnum in externa philosophia, & Hierosolymis probè hebræorum disciplinis eruditum. Et Metaphrastes in vita beati Lucę dicit eum syriacam, & hebraicam linguam exactissimè edoctum fuisse. Et Enthym. proœmio in Lucam, dicit eum fuisse adeptum omnem sermonis disciplinam.

Hiero. *Alcui.* *Rupert.* Lucas etiā hebraicè doctus fuit. *Theophyl.* *Metaph.* *Euthy.*

8. Præterea Chrysost. hom. 4. in Matth. Ait Lucam magistrum suum Paulum, copiam fluminum vbertate loquendi superantem, probè imitatum esse. Anastasius Sinayta Antioch. lib. 8. hexam: Quid (ait) in Euangelijs latius, aut ditius Euangelio secundum Lucam? Nam cum Pauli dogmatum fontis fuisset discipulus; super fluuialia fluenta ex Pauli riuis scaturijt. Ambros. præfat. in Lucam affirmat eum res Domini gestas pleniùs distinxisse, eiusque stylum esse historicum.

Chrysost. *Anast.* *Ambros.*

9. De Matthæi verò, & Marci Euangelijs, quo sermone primum scripta fuerint, inter aliquos disceptatur. Verum quod ad Sancti Matthæi Euangelium attinet, omnino mihi persuadeo illud primum lingua, non græca, nec syriaca, vel chaldaica: sed hebraica; non quidem pura; sed quæ Apostolorum tempore vulgaris erat, scriptum esse. Et hoc satis apertè indicant Irene. Euseb. Niceph. & alij, dicentes Matthæum hebræis Euangelium lingua ipsorum, qua nempe tunc vtebantur, sermone Iudaico, & patrio, & hebraica dialecto, tradidisse. Atque ad eum modum veteres, dum Matthæi Euangelium hebraicè editum asserunt, locutos fuisse existimo. In ipso enim Euangelio sæpe aliquid hebraicè dictum esse legimus, quod tamen vulgari lingua, hoc est, Syriaca, dictum esse constat. Tale est illud Ioa. 19: *Baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur* Caluaria, *locum: hebraicè autem Golgotha.* De quibus vocibus licet consulere Hieronymum lib. de nominibus hebraicis, vbi diligenter Syriacas voces, quæ hebraicæ ab Euangelistis esse dicuntur, adnotauit. Itaque Matthæus Euangelium suum lingua

Matthæus scripsit hebraicè. *Ire.* *Euseb.* *Niceph.* *Ioan. 19. v. 17.* *Hieron.*

Hebræorum, sed vulgari, id est, Syriaca illius temporis conscripsit. Nam ea lingua, quam Euangelistę hebraicam appellant, Syra Hierosolymitana erat, Iudæisque id temporis omnibus vernacula. Ideoque non est verisimile Euangelium illud, quo vtebantur Ebionitæ, germanum fuisse Diui Matthæi autographum.

Caieta. Qui dicant Euangeliũ secundum Matthæum græcè scriptum esse. *Mat.* 1. *v.* 23. 27. *v.* 46. *v.* 8.

10. Notandus, & cauendus est hic error Caietani in Mat. statim à principio, affirmantis Euangelium secundum Matthæum græcè, non hebraicè scriptum esse à Matthæo. Id autem ipse colligit ex interpretationibus hebraicorum nominum, quæ in quibusdam locis huius Euangelij sparsæ leguntur, vt Matthæi 1: *Vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus.* Et Matth. 27: *Clamauit* IESVS *voce magna, dicens; Eli, Eli, lammasabacthani? hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* ac iterum: *Vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est, ager sanguinis.* Si Matthęus Euangelium suum hebraicè scripsit; quibus verbis eiusmodi vocabula interpretatus est? Si hebraicis vsus est; superfluitatis vitium incurrit, nota per æquè nota, absque vlla necessitate, exponens: Si verò externis verbis proprias, & germanas voces expressit, obscurior est ipsa verborum interpretatio, quam ipsamet verba. Deinde cur magis hæc, quam alia sui Euangelij verba interpretatus est, cum apud hebræos omnia eandem habeant facilitatem, aut difficultatem?

Opinio Caietani reijcitur. Error Anabaptistarũ.

11. Nimium sanè audax, ne dicam temerarius, in hac opinione sua, & conclusione noua, directè contra vnanimẽ consensum Catholicorum omnium veterum, & recentiorum scriptorum, asserenda fuit Caietanus. Nec id quod opinatur, ab ipso allata ratione efficitur. Anabaptistæ fatentur quidem Euangelium hebraicè à Matthæo scriptum; hoc tamen quod sub nomine Matthæi habemus, ab alio auctore quam Matthæo, græca lingua, non hebræa, eodem quo Caietanus moti argumento, scriptum volunt.

Argumentum Caietani, & Anabaptistarũ soluitur.

Itaque tam Caietano, quam Anabaptistis respondendum est, eas nominum interpretationes, à græco interprete, qui Matthæum in linguam græcam vertit, non ab auctore, additas esse, nec eas in hebraico Matthæi codice haberi. Quia enim interpres verba quædam hebraica, quæ mysterium continebant, suæ versioni græcæ inseruit, ne lector ipsorum intelligentia fraudaretur, ea græcè transtulit.

12. Nec Euangelium hoc propterea suspectum redditur; vel ipse interpres suspectus; quasi exemplo simili alia permulta Euangelistæ textui addiderit. Nam simile quippiam factum est à vetustissimis, sanctissimisq; veteris testamenti interpretibus, qui frequenter huiusmodi nomina interpretati sunt, vt videre licet

Gen. 31. 35. *Exod.* 12. 15. 16. *Num.* 21. *Deut.* 3.

Gen. 31: *Appellatum est nomen eius Galaad, id est, tumulus testis.* Et 35: *Vocauit nomen filij sui Bennoni, id est, filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin, id est, filius dextræ.* Et Exo. 12: *Est enim phase, id est, transitus.* Et Exo. 15: *Congruum loco nomen imposuit vocans illum Mara, id est, amaritudinem.* Et Exod. 16: *Filij Israel dixerunt ad inuicem, Manhu, quod significat, quid est hoc?* Et Nu. 21: *Horma, id est, anathema.* Deu. 3: *Hauoth, id est,*

id est, villæ. Et Iudic. 1: *In monte Hares, quod interpretatur, testaceo.* Et 12: *Schibboleth, quod interpretatur spica.* Et 15: *Vocauit nomen loci illius, Ramath lechi, quod interpretatur elenatio maxillæ.* Et 16: *Nazaræus, id est, consecratus Domino.* 17: *Fecit Ephod, & Theraphim, id est, vestem sacerdotalem, & idola.* Et 2. Macha. 1: *Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio.* Nemo tamen ideò negauit eos libros hebraico sermone conscriptos fuisse; firmæque fidei, & auctoritatis esse. *Iud. 1. v. 35. 12. v. 6. 15. v. 17. 16. v. 17. 17. v. 5. 2. Mac. 1. v. 36.*

13. Simili modo latinus interpres Apocal. 9. addidit: *Latinè habens nomen Exterminans.* Hoc ipsum quoque fecerunt Apostoli, & Euangelistæ teste Hieronymo in lib. de optimo genere interpretandi. Marci enim 5. legimus: *Thalitha cumi, quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge.* In qua interpretatione duo verba, nempe, *tibi dico*, quæ in hebræo Christi dicto non sunt, de suo addidit, vt sensum vocantis, & imperantis clarius, & fortius exprimeret. *Apoc. 9. v. 11. Hiero. Mar. 5. v. 41.*

14. Chrysost. hom. 4. in Matth. dicit Matthæum, quia omnium primus Euangelium edidit, plenè cuncta, & instanter exequi. Hieronym. lib. de scriptorib. Ecclesiast. in Matthæo, dicit non satis esse certum, quisnam Hebraicum Matthæi Euangelium in græcum transtulerit. sic etiam August. Theophylact. præfat. in Matthæum: Ioannes (inquit) hoc ex hebraica lingua in græcam, vt ferunt, interpretatus est. Athanasius Iacobum fratrem Domini transtulisse scribit. Sunt qui opinantur Barnabam Apostolum, Matthæi Euangeliū ex hebræo in græcum transtulisse: inter quos est Sixtus Senensis. Anastasius Sinayta Antioch. lib. 8. hexameron, dicit Lucam, & Paulum reddidisse idem Euangelium græcè. Papias apud Euse. lib. 3. hist. ca. 33. Et apud Niceph. lib. 3. hi. ca. 20. refert quod hebraicum Matthæi Euangelium à principio quisque vt poterat interpretatus sit. *Chrysost.* Cur Matthæus plenior sit. *Hiero.* Quis Matthæum ex hebræo græcum fecerit dubium est. *August. Theoph. Anast. Athanas. Papi. Euseb. Niceph.*

15. De Marco duntaxat nunc dicendum superest. De hoc autem qua lingua scripserit Euangelium, maior est difficultas. Hieronymus enim, & August. non verentur absque dubio asserere omnes Euangelistas, præter Matthæum græcè primùm Euangelium conscripsisse. Porro horum auctoritas cum ob integerrimæ vitæ sanctimoniam, tum ob eruditionis maximæ opinionem, quandam veluti præiudicationem in hac quæstione alijs attulisse videtur: ob idque multis persuasum fuit, græco primum sermone scriptum esse à Diuo quoque Marco Euangelium: apud nullum tamen ex veteribus, præter Isidorum Hispal. me hoc legisse memini nominatim, & expresè de Marco. Marcus latinè scripsit Euangeliū. *Hieron. August. Isid.*

16. Cæterum omnibus diligenter expensis, in eam, tanquam probabilem, non tamen certam eo sententiam, vt sanctum Marcum latinè primum Euangelium suum conscripsisse existimem. Id enim vetus liber de Romanis Pontificibus, qui fertur nomine Damasi tomo 1. conciliorum, in vita sancti Petri, quæ primum locum in eo libro tenet, satis apertè significat, Marcum videlicet ab initio Euangelium suum latino sermone scripsisse: Dum, inquit, alius (subaudi Euangelista) græcè, alius hebraicè, alius 1. Ratio. *Damas.* 2. Ratio. *Damas.*

Naz. latinè ſcribentes conſonant. Neque videtur aliud voluiſſe Gregorius Na-
" zianzenus in carmine de Chriſti miraculis ſecundum Marcum, dum ipſum
" Italis Euangelium ſcripſiſſe teſtatur his verbis:

Marcus at Auſoniæ Chriſti miracula genti
Hæc memorat, Petri nixus ſermone, fidéque.

Et cum agit de genuinis ſcripturę diuinitus inſpiratæ libris, ita dicens: Mat-
3 Ratio. thęus Chriſti miracula hebręis conſcripſit, Marcus Italis, Lucas gręcis; ma-
Syri. gnus autē ille, & cœlipeta præco Ioannes, vniuerſis. Deinde Syri conſtanter
aſſerunt ſanctum Marcum Euangeliſtam latinè primum ſcripſiſſe ſuum
Euangelium. Vnde in fine Syriaci Euangelij ſecundum Marcum, in hunc
modum habetur: Abſolutum eſt Euangelium ſacroſanctum nuntium
Poſtel. Marci, quod locutus eſt, & annunciauit in Roma Romanè. Sic etiam Gui-
lelmus Poſtellus ſe à Syris accepiſſe affirmat.

4. Ratio. 17. Marcum latinè ſcripſiſſe Euangelium aſſerit etiam Albertus Ma-
Albert. gnus in prologos, qui Lucæ, & Marci Euangelijs ſub nomine Hieronymi
præfiguntur. Nam ad prologum in Marcum, ait: Marcus ſcripſit græcè,
5. Ratio. & latinè: eo quod tunc in Italia habitabant tam gręci, quam latini; & erant
Albert. Italici periti vtriuſque ſermonis. Vnde & diuerſæ tranſlationes de Marco
Marcus latinè, & gręcè ſcripſit. inueniuntur. In Eccleſia tamen Aquileienſi (cui Marcus præſedit) oſten-
ditur vſque hodie Euangelium quod manu propria ſcripſit literis latinis.
" Et multis interiectis: Fuit etiam Epiſcopus, & Patriarcha Aquileienſis; vbi
Albert. adhuc Euangelium, quod manu ſua ſcripſit, oſtenditur. Ad Hieronymi
" prologum in Lucam: Marcus (ait) in Italia latinè, & latinis fidelibus. ſub.
Pet. ſcripſit Euangelium. In eadem opinione ſunt Petrus de Natalibus in cata-
Guid logo ſanctorum lib. 4. ca. 86. Guido Fabritius Boderianus præfat. in noui
Iaco. teſtamenti Syriaci latinam interpretationem. Iacobus de voragine, ſer. de
Adrian. Sancto Marco. Adrianus Finus lib. 6. flagelli Iudæorum cap. 80. & lib. 8.
ca. 62. & Petrus Antonius Benther annot. 8. & 9. ad ſacram ſcripturam, &
6. Ratio. alij multi. Eos taceo qui latinum archetypū Venetijs aſſeruari putant. Huc
Metaph. etiam pertinere videtur, quod Metaphraſtes de Sancto Timotheo, dicit tres
primos Euangeliſtas diuerſa lingua cōpoſuiſſe Euangelia; eoſque tunc cùm
Ioannes adhuc non ſcripſiſſet, nondum vnius vocis ſermone vſos fuiſſe.

18. Nec ſolum argumentis à doctorum auctoritate ſumptis, id verum
7. Ratio. eſſe oſtenditur: ſed etiam ratione confirmari poteſt quod intendimus. In
primis enim ſuadet hoc ipſum ea potiſſimum ratio, quòd Marcus Petri
interpres, Euangelium in gratiam Romanorum ſcripſit. Rationi ſiquidem
planè conſonum erat, Euangelium eo ſermone ſcribi ab Euangeliſtis, quo
illi vtebantur, qui id beneficij poſtulabant, & quibus illud ipſum edeba-
tur. Ideòque Matthæus hebraicè; Lucas verò, & Ioannes græcè; Marcus
autem latinè ſcripſit Euangelium. Nulla enim cauſa ſuberat vt Romæ
Romanis græcè potiùs, quam latinè ſcriberet.

8. Ratio. 19. Adde quod Tiberij Principis, & Imperatoris auctoritate, &
exemplo, eadem græca lingua Romæ apud optimos, illis temporibus
exoleſ-

exolesceret; & latina principem locum, græca postposita, sibi vendicaret, vt habet Sueton. in Tiberio cap. 71. nam & Claudius Imperator sub quo scriptum est à diuo Marco Euangelium, non tantum non permisit Romanis græco aliquando vti sermone: sed & splendidum virum, Græciæque prouinciæ principem, verum latini sermonis ignarum, non modò albo iudicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit: quod Suetonius in Claudio cap. 16. tradit. Hæc cum ita sint; quænam causa Marcum mouere potuit, vt scribens non tantum Romanis, sed Italis omnibus, græcè potius, quam latinè scriptum Euangelium tradiderit? non igitur Marcus in senatorum, aliorumque nobilium Romanorum ciuium, qui græcas litteras callerent, quos græcè loquentes pœnam sequi cognosceret; nec etiam in imperiti vulgi gratiam, illud græcè scripsisse potuit; penes quos græcus sermo vilescebat, vsu meretricio infamis, quemadmodum videre licet apud Iuuenalem: honestiores, etiamsi græcè loqui vellent, vt plurimum nesciebant. Nam quid putandum est de cæteris, si Romani, qui prouincijs græcorum administrandis præficiebantur, græcè loqui nesciebant, & græcam linguam discere non curabant; vt ea quæ scribit Philostratus in Apollonio sub finem lib. 5. satis declarant? Nam ibi Apollonium sic Vespasianum alloquentem introducit: Nunc de ducibus aliquid restat dicere, qui ad populos gubernandos proficiscuntur: hos enim gentibus, ad quas gubernandas eos mittes, accommodatos esse dico oportere, quod sors patitur, vt qui græcè sciunt, græcis præsint; qui autem Romanè loquuntur, his præsint, qui eandem loquutionem habent. Cur autem hoc mihi in mentem venerit, explicabo. Dum in Peloponneso versarer, vir Græciæ præsidebat ignarus græcæ linguæ, ita vt nec ipse græcos, nec ipsum græci loquentem vllatenus intelligerent &c. Ex his intelligimus in vrbe Græcorum linguam pene tunc exoleuisse. Magis ergo fuit consentaneum, vt Marcus Romanis Euangelium scripturus, Romana lingua, non græca vsus fuerit.

Sueton. *Suet.* *Iuue.* *Philost.*

20. Præterea omnes fere dicunt Marcum ex Petri prædicatione, quod excepit Euangelium scripsisse: certum verò est Petrum Romanos homines non nisi lingua Romana esse allocutum. Quomodo ergo esse potuit, vt quæ latina lingua Marcus dicta audiebat, latinis scribens, græca potius describeret; cum alioqui etiãsi Petrus alio idiomate, pura greco, vel hebraico vsus esset; quòd ipse interpretis munere fungeretur, latina illa reddere debuisset? Interpretis enim munus est ea quæ peregrina lingua dicta sunt, in ipsorum linguam, quorum gratia interpretis munus subijt, quam facillimè potest, reddere. 9. Ratio.

21. Hac insuper ratione prudens lector, qui græcas literas calleat, intelliget Marcum latinè scripsisse: nam si græcum eiusdem Euangelij textum exactè disquirat, reperiet in eo esse nonnullas græcas voces improprias, quas cognoscet ex latino originali esse in græcum semilatinè translatas, quas vir quidam eruditus adnotauit. His ergo rationibus affirmare suademur, Euangelium Marci latinè ab initio conscriptum esse. 10. Ratio.

Sirletus.

22. Neque tamen ipsum græcè in Italia Euangelium, priusquam in Ægyptum iret, scripsisse, quod plures affirmant, inficiamur: atque ita quod Hieronymus, Aug. Isid. & alij tradunt, vt nostræ opinioni minimè contrarium, admittimus. Quemadmodum ergo hæ tres linguę, hebraica scilicet, græca, & latina in Crucis Christi titulo, quem exornarunt, Deo sacratæ videntur: dum Pilatus his tribus linguis, Dominum Iesum Christum, Iudæorum esse Regem præscriberet; quod etiam Hilar. prologo in psa. expositionem adnotauit: sic etiam & in prima sacrorum Euangeliorum descriptione, nullam earum omitti; sed omnes etiam, ad hoc salutis ministerium assumi, congruum erat. Quia his maximè tribus linguis, sacramentum voluntatis Dei, & beati regni expectatio, prædicatur, ait Hilar. prologo in psalmorum explanationem. Vbi etiam habet Romanam linguam esse mediam inter hebræos, & græcos: nam quamuis, inquit, multæ barbaræ gentes Dei cognitionem secundum Apostolorum prædicationem, & manentium hodie illic Ecclesiarum fidem adeptæ sint; tamen specialiter Euangelica doctrina in Romani imperij, sub quo hebræi, & græci continentur, sede consistit. Ita Hilar. nonne ergo decens erat & Romana lingua Euangelium scribi?

Hil.

Vbi & quãdo Euãgelium suum Marcus gręcè verterit.

23. Denique fertur traditione magis, quam certo antiquorum testimonio, ipsum diuum Marcum, Euangelium, quod Romæ latinè scripserat, cum Aquileiæ moraretur, missus illuc à sancto Petro ad eam erigendam Ecclesiam, in græcum transtulisse: ipsumque originale Aquileiæ diutius asseruatum; Venetias demum esse translatum: ac ibi etiamnum asseruari. Vide hac de re Petrum de natalibus Episc. Aquile. in catalogo sanctorum lib. 4. cap. 86. & Adrianum Finum loco ante notato. & Albert. Magnum ad Hieronymi prologum in Marcum.

Petr. *Adri.* *Albert.*

24. Verum si diuus Marcus latinè scripserit Euangelium, quod Aquileiæ, ac deinde Venetijs asseruatum sit; quomodo hęc D. Hieronymus, qui vitam egit in Italia, ignorauit? Quod si horum non fuit nescius, cur tantum operæ, & laboris sancti Damasi Papæ iussu, non solum in corrigendis latinis quatuor Euangeliorum voluminibus; sed etiam in ijsdem è græco sermone in latinum vertendis posuit? Si enim sciuisset latinè scriptum à sancto Marco Euangelium, quod ijs in locis asseruaretur, profectò illud quęsiuisset: nec idipsum vnquam è gręco in latinum transtulisset; vel exemplaria secundum Marcum latina emendasset; verum ab hoc labore, tanquam superfluo & inutili, abstinuisset.

25. Quod si forte quis non miretur sanctum Hieronymum id nescisse, quòd in Italia, ex quo clarus habitus est, non ita diu, sed fere semper in anctis Palæstinæ locis, versatus sit; quomodo sanctum Damasum Papam, & alios plures eiusdem studij cum eo, excellentes in Italia viros commorantes, totamque Romanam Ecclesiam, hoc latere potuit: & nunc adhuc latet? Si verò non latet, cur tantus thesaurus ad Ecclesiæ commodum fidelibus non communicatur?

26. Chrysost.

26. Chrysost. in Matthæum hom. 4. Marcum ait compendiosa post Matthæum via cucurrisse; vtpote qui iam ab alio dicta, & manifestata replicaret. Addit etiam quod Petrum Magistrum suum verborum paucitate gaudentem, probè imitatus sit. *Chrysost.* Marcus ob duas rationes breuior est.

27. Theophylact. argumento in Euangelium secundum Marcum dicit characterem huius Euangelij manifestum esse, nihilque habere quo mens hæreat. *Theophyl.* Marcus est facilis.

Quid Euangelistas ad scribendum Euangelium permouerit.

CAPVT. 30.

QVID sanctos Euangelistas ad conscribendum Euangelium mouerit; & quomodo inter se motiuis differant, veteres in eum modum, qui sequitur, explicarunt. Ac imprimis Euangelistas ad scribendum necessitate compulsos fuisse testantur Euseb. lib. 3. hist. cap. 18. Euangelistas (inquit) fama est, necessitate quadam adductos, se ad scribendum contulisse. Euthy. prol. in Mat. de hac re loquens, dicit quod omnia exigente necessitate faciebant. Cur euãgelistæ scripserint. Vt motiuis Euãgelistæ diuersi sint. Euangelistæ ad scribendum necessitate compulsi sunt. *Euseb.* *Euth.*

2. Deinde sciendum est, partim ipsos Euangelistas indicare; partim verò posse nos ex lectione veterum scriptorum cognoscere, quo consilio, & quibus causis ad scribendum adducti fuerint. Notandum est etiam ipsos causas scribendi habuisse, nonnullas quidem omnibus communes: alias verò singulorum proprias, & priuatas.

3. Communium causarum prima est ea, quæ à Ioanne describitur; quam etsi reliqui non afferant; tamen (quia mens eadem erat omnium, cor vnum, anima vna, eademque sanctitas) omnibus cõmunem fuisse credendum est: *Hæc scripta sunt* (inquit) *vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* Vnde in quadam præfatione in Mat. sub nomine Hieronymi, dicitur, quod necesse fuerit Euangelium scribi, ad fidei confirmationem: & Chrysost. in cate. Thomæ Lucæ 1. Meritò (ait) in scriptis vniuerso mundo traditionem præstiterunt integritatem accommodantes. 1. Causa cõmunis. *Io. 20. v. 31.* *Chrysost.*

4. Secunda causa fuit, vt auditores, quibus Euangelium prædicauerant, in scriptis haberent, quæ viua voce loquentes Apostolos audiuerant, ne aut obliuiscerentur, aut secus interpretarentur, quam dicta fuerant; & vt mentes eorum aduersus obliuionẽ munirentur, vt habet Theophylact. Lucæ 1. & Chrys. in cate. Thom. Luc. 1. & alij. Lucas hanc etiam causam reddit cap. 1. *Vt cognoscas* (inquit) *eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.* 2. Causa. *Theoph.* *Chrysost.* *Luc. 1. v. 4.*

5. Tertia

3. Causa. 5. Tertia, vt quod præsentibus prædicauerant, absentibus quoque per
Ro. 10. v. scripturam nunciarent. Hoc enim modo, *in omnem terram exiuit sonus*
18. *eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*; quum eorum vox breuissimo terræ
spatio terminaretur.

4. Causa. 6. Quarta, vt non solum ijs hominibus qui tunc viuebant: sed alijs
etiam omnibus, qui futuri aliquando erant, ipsi non solum viui, sed etiam
Quanta sit Euangelij necessitas. mortui Euangelium annunciarent. Adeò siquidem eius cognitio erat necessaria, vt omnibus in locis, omnibus temporibus, omnibus hominibus,
& per omne hominum genus annunciandum esset. Has duas, tertiam nimirum, & quartam Euangelij scripti rationes Albert. Magnus breuiter in
Albert. Lucæ præfationem adnotauit.

5. Causa. *Chrysost.* *Theop.* *Hieron.* 7. Quinta, ne hæresium mendacijs Christiani deciperentur; & ad calumnias fidei nostræ contrarias propellendum. Hanc adduxerunt Chrys. in cate. Tho. Lucæ 1. Theophylact. præfat. in Mat. & auctor Præfat. in Matth. sub nomine Hieronymi.

6. Causa. *Theop.* 8. Sexta, ne Christi fidelium mores pessundarentur, vt habet Theophylactus præfat. in Matth.

7. Causa. *Ber.* 9. Septima, vt ex Euangelij scripti lectione rationabilem consolationem vel desolationem capiamus. Ita enim legitur apud Bernard. Clareual. serm. 1. de Euangelio septem panum: » Euangelium ad hoc scriptum » est, vt legatur; nec ob aliud legitur, quam vt rationabilem consolationem, » vel desolationem exinde capiamus. Est enim sæcularibus consolatio vana, » de terrenarum affluentia rerum; vana nihilominus de earum penuria, deso- » latio. At Euangelium speculum veritatis, nemini blanditur, nullum sedu- » cit, talem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit, vt nec ibi timore trepidet, vbi non est timor; nec lætetur, cum malè fecerit. Vnde & August. epi.
August. » 122: Multo vberius vos Dominus consolabitur, si scripturas eius intensis- » simè legeritis.

Quæ Matthæo scribendi Euāgelij causa fuerit. 10. Hæ communes sunt omnium causæ. Iam de proprijs quas singuli habuerunt. Et Matthæo quidem scribendi Euangelij quæ peculiaris causa, & occasio fuerit, Chrysost. hom. 1. in Mat. declarat his verbis: Matthæus accedentibus his, qui ex Iudæis Christo crediderant, & rogantibus, vt quæ
Chrysost. verbis docuisset, hæc eis in literis seruanda dimitteret; hebræo dicitur E-
Euthy. uangelium scripsisse sermone. Et Euthy. prol. in Matth. Matthæum (ait)
» qui ex Iudæis crediderant, obsecrauerunt, vt scriptam relinqueret ipsis E-
Hieron. uangelij historiam, quam prius eos verbo docuerat.

11. Hiero. quoque lib. de scriptoribus Ecclesiastic. in Matthæo, refert
Euseb. eundem propter eos, qui ex circumcisione crediderant, Euangelium Christi composuisse. Euseb. lib. 3. histor. cap. 18: Matthæus (inquit) cum iam
» antea hebræis verbum Dei prædicasset; simul ac in animo habuit ad alias
» gentes proficisci, Euangelium suum patrio sermone conscripsit. Et quod
» illis, à quibus decessit, deesse, dum præsens apud eos erat, videbatur, illud
Niceph. sedulitate, & labore scribendi omnibus suis quasi numeris expleuit.

12. Ni-

12. Niceph. lib. 2. hist. cap. 45. Dicit Matthæum suum scripsisse Euangelium, cum ad gentes ire maturaret, vt Hæbręos relinquens, scripto absentiam suam compensaret. Simeon Metaphrastes de sancto Matthæo ita scripsit: Cum discipuli (inquit) regiones alias alij aggressi fuissent, tunc Apostolus Matthæus tantarum bonarũ rerum solus particeps esse noluit: sed alijs etiam beneficium impertiuit. Itaque cum se totum collegisset, Euangelium suum & religionis, ac pietatis doctrinam, literarum monumentis consignauit: vt videlicet quæ alij ore, ac lingua docuissent, ea ipse scriptis mandaret. *Metaph.*

13. Chrysost. prol. operis imperfecti sic etiam habet: Sicut referunt, Matthæum conscribere Euangelium causa compulit talis; cum facta fuisset in Palęstina persecutio grauis vt periclitarentur dispergi omnes, vt carentes fortè doctoribus fidei, non carerent doctrina, petierunt Matthęum, vt omnium verborum, & operum Christi conscriberet eis historiam, vt vbicunque essent futuri, totius secum haberent fidei statum. Epiphan. autem hære. 51. Matthæum scripsisse Euangelium, Apostolis id ipsi iniungentibus, docet. *Chrysost.* *Epiphan.*

14. Cum itaque Matthæus Euangelica Hebræis dogmata viua voce tradidisset, quia iam ad gentes transiturus erat; quo in vniuersum orbem semen verbi Dei sanctum suo etiam ministerio seminaretur; à Iudæis fidelibus, & Apostolis partim rogatus, partim iussus, scriptis vniuersam suam, quam docente Spiritu Sancto oculatus testis doctrinam tradiderat, complexus est: vt fidelibus certa aliqua forma esset eorum, quæ Christus in mundo & docuerat, & gesserat, quo hæreticorum fallacijs, qui doctrinam Euangelicam, impellente sathana, supprimere molirentur, minimè crederent; & in Christi doctrina firmiùs persisterent. Nam solent ea, quæ à pijs doctoribus aliquando vocali sermone didicimus, tenacius inhærere, si crebrò nobis ob oculos, quasi in speculo, vel proponantur, vel prælegantur. *Matthæi in edendo Euangelio studium. Quid Marcum ad scribendũ impulerit.*

15. Hactenus de Matthæo, nunc de Marco: Illud autem, ait Euseb. lib. 6. hist. cap. 11. quod secundum Marcum inscribitur, talem causam habuisse fertur; cum Romæ Petrus verbum Dei prædicaret, & Spiritus Sancti instinctu Euangelium Christi exponeret; multos, qui præsto aderant, Marcum, vtpote qui eum diutius comitatus fuisset, & eius verba memoria teneret, magnopere obsecrasse ferunt, vt ea, quæ fuissent ab illo prædicata, scriptis mandaret. Quod quidem Euangelium simul ac ediderat, illis, qui illud ab eo rogauissent, impertijt. Petrum autem, vbi de eo certior factus erat, Euangelium cum ratum fecisse, tum homines ad idem legendum adhortatum. *Euseb.* *Petrus Marci Euangeliũ probat, & commendat.*

16. Et lib. 2. hist. cap. 14. Tanta (inquit) pietatis lux Romanorum mentibus, qui Petrum audiebant, affulsit, vt non eius sermoni omnino auscultando, non doctrinæ diuinæ prædicationis minimè scriptis proditæ attendendo, contenti acquiescerent: sed à Marco Petri comite, cuius Euãgelium esse fertur, multis, varijsque precibus contenderent, vt monumentum *Euseb.*

R

» mentum illius doctrinæ, quam ſermone, & verbo illis tradidiſſet, etiam » ſcriptis mandatum apud eos relinqueret. Nec prius hominem ab ſe dimittunt, quam ipſorum poſtulatis obſecutus, opus abſoluiſſet. Hanc igitur Euangelij ſcribendi ſecundum Marcum cauſam fuiſſe memorant. Cum ergo Petrus Apoſtolus, diuina Spiritus Sancti reuelatione ſuggerente intelligeret illud opus editum eſſe; ferunt eum propenſo, & acri hominum illorum ſtudio magnopere fuiſſe delectatum; hancque ſcripturam auctoritate ſua ratam feciſſe, quo in eccleſijs paſſim prælegeretur. Eandem cauſam habet idem Euſeb. lib. 2. cap. 15. & vltimo, & lib. 3. cap. 18. & Nicephor. lib. 2. hiſt. cap 15. & 45. & lib. 4. cap. 33.

Scriptum à Marco Euangelium Petrus reuelatione didicit, & probauit. Euſeb. Niceph. Hieron.

17. Hiero. de ſcriptorib. eccleſ. in Marco ſic habet: Marcus iuxta » quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue ſcripſit Euangelium. Quod cum Petrus audiſſet, probauit; & eccleſiæ legendum ſua auctoritate edidit. Talem cauſam ſcripti à Marco Euangelij habét Euſeb. Hieronymus, & Nicephor. ex Clement. lib.6. Hypotypoſeon, ſeu diſpoſitionum; eum enim citant. Ipſi quoque affirmant eandem cauſam & hiſtoriam à Papia Hierapolitano Epiſcopo traditam.

Euſeb. Hiero. Niceph. Clem. Papi.

18. His Theophilactus conſentit argumento in Euangelium ſecundum Marcum, ſcribens in hæc verba: Quoniam Marcus plurimum verſabatur cum Petro, idque Romæ; rogatus eſt à fidelibus, qui Romæ erant, ne tantum prædicaret abſque ſcripturis, ſed & res Chriſti literis proderet. Itaque vix perſuaſus, conſcripſit. Porrò à Deo reuelatum fuit Petro, quod Marcus ſcripſiſſet Euangelium. Proinde cum vidiſſet, & verum eſſe confirmaſſet; in Ægyptum miſit illum.

Theophyl. Scriptum à Marco Euangelium Petrus reuelatione didicit, & probauit.

19. Adhæc Chryſoſt. hom. 1. in Matth. & Euthy. prolog. in Mar. & procœmio in Marcum teſtatur Euangelium à Marco diſcipulis rogantibus ſcriptum eſſe. Clemens Alexand. in fine commentarioli in priorem epiſtolam Diui Petri idem his verbis teſtatum reliquit: Marcus (inquit) Petri ſectator, prædicante Petro Euangelium palam Romæ coram quibuſdam Cæſarianis equitibus, & multa Chriſti teſtimonia proferente, petitus ab eis vt poſſent quæ dicebantur memoriæ commendare; ſcripſit ex his, quæ à Petro dicta ſunt, Euangelium, quod ſecundum Marcum vocitatur.

Chryſoſt. Euth. Clemens.

20. Cedrenus in compendio hiſtoriarum in Claudio, dicit Marcum Sancti Petri monitu Euangelium ſcripſiſſe: veteres tamen ſic non loquuntur. Et profectò ſi Marcus Euangelium Petri iuſſu compoſuit; quid reuelatione Petro erat opus ad intelligendum à Marco ſcriptum eſſe Euangelium?

Cedre. An Marcus à Petro iuſſus ſit Euangeliũ ſcribere.

21. Niceph. li. 2. hiſt. ca. 45. & li. 5. ca.16. Ex ſententia Orige. & ſua, manifeſtè aſſerit Petrum Marco Euangelium dictauiſſe: quod non ſic intelligendum puto, vt Marcus Petro ad pennam dictante, velut præſens quidam amanuenſis, calamo, quæ ex eius ore procedebant, exceperit; quemadmodum in ſcholis prælegente magiſtro, diſcipuli facere conſueuerunt. Dum enim teſtantur veteres Petrum, reuelante Spiritu Sancto, didiciſſe

Niceph. Vt Marco Petrus Euãgelium dictauerit.

ſcriptum

scriptum esse à Marco Euangelium, id eum prius nescisse insinuant: quomodo autem id nescisset, si tali modo dictauisset? Quoniam igitur vt docentem Petrum audierat, Christi res Marcus conscripsit; censetur ille huic Euangelium dictauisse.

22. Eodem modo Hiero. epist. 150. ad Hedibiam quæst. 11. dicit Euanlium iuxta Marcum Petro narrante, & Marco scribente compositum esse. Tertul. lib. 4. contra Marcio. cap. 5. & Hiero. de scriptorib. Ecclesiastic. in Petro testantur Euangelium nomine Marci editum credi, & dici esse Petri, ob prædictam, sine dubio, rationem. Vnde Euseb. li. 3. de demonst. Euang. ca. 7: Omnia (inquit) quæ apud Marcum leguntur, narrationum, sermonumque Petri dicuntur esse commentaria. *Hiero.* *Tert.* *Hiero.* Vt Marci Euangel. ũ dicatur esse Petri. *Euseb.*

23. Itaque Marcus ad Euangelium suum conscribendum præcibus Romanorum permotus fuit. Nec scripsit Marcus, vt aliquid Matthæo adderet: sed vt Romani scriptum haberent, memoriæ causa, quod sola voce Petrus illis tradiderat.

24. Quid verò diuum Lucam ad scribendum Euangelium permouerit, nunc dicamus. Certè manifestum est tam ex epistola Pauli anno Christi 58. ad Titum data, quam ex posteriore ad Corinthios scripta, multos in Græciæ regionibus eo tempore pseudoapostolos circumuagari solitos. De his enim ita scribit Apost. ad Titum. 1: *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime qui de circumcisione sunt: quos oportet redargui; qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia &c.* Horum causa, quod multa de Christo mentiti essent, Lucas Euangelium scribendi arripuisse occasionem existimatur. Qua occasione Lucas Euangel. ũ scripserit. *Tit. 1. v. 10.* 1. Ratio.

25. Aliam habent causam Chrysost. hom. 1. in Mat. & Euthy. prol. in Mat. eam videlicet, quam ipse Diuus Lucas in fine præfationis suæ posuit. Verba Chrysost. sunt: Lucas, inquit, causam ponit, propter quam venerit ad scribendum; *Vt habeas*, inquit, *eorum verborum* &c. Euth. verò ita scribit: Lucas (ait) causam addit cur Euangelium conscripserit, dicens ad Theophilum se hoc propter ipsius certitudinem facere &c. 2. Ratio. *Chrysost.* *Eut.* *Euthym.*

26. Tertiam causam Lucas 1. cap. descripsit, vbi ad scribendum se impulsum significat, quod videret conatos esse multos Euangelium scribere, qui hoc parum fideliter præstitissent: eo quod id muneris aggressi essent, nondum satis veritatem assecuti. Eandem causam cæteros etiam Euangelistas, vt scriberent, impulisse, ideoque omnibus communem esse, mihi non persuadeo: non enim arbitror quemquam hoc scribendi genus ante Matthæum attentasse. 3 Ratio.

27. Docet etiam Euseb. lib. 3. hist. cap. 18. quod hac eadem occasione, consilio, ac necessitate Lucas ad Euangelium scribendum peruenerit. Lucas (inquit) in ipso sui Euangelij principio causam cur illud contexere aggressus sit, proponit; nimirum quod plerique alij eorum sermonum declarationem imprudentiùs, & minus consideratè instituissent, quorum veritatem ipse satis exploratè cognitam habebat. Atque cum nos ab opinione *Euseb.*

quæ inter alios anceps, & controuersa putaretur, quasi necessitate ad eam rem compulsus, abduxerit, tandem certam, ratamque earum rerum explanationem, quarum ipse veritatem partim ex familiaritate, & consuetudine, quæ illi cum Paulo intercessisset, partim ex crebro reliquorum Apostolorum sermone, & colloquio quod cum illis haberet, plenè, & cumulatè intellexisset, in suo Euangelio manifestò tradit.

Niceph.
Lucam Paulus Euāgelium scribere an iusserit?
4. Ratio.

28. Idem habet Nicephor. lib. 2. hist. cap. 45. vbi etiam dicit Lucam iussu Pauli Euangelium composuisse. Et lib. 2. hist. cap. 43. quod Lucas Euangelium suum Paulo præeunte scripserit: quia nimirum ipso docente, illud quod postea scripsit, didicerat. hoc verò non est eum à Paulo Euangelij scribendi mandatum accepisse. Lucam igitur ad Euangelium scribendum induxit, partim ipsius Theophili certitudo, ac forte etiam instantia: partim forsitan ipsius Pauli iussio: partim quod aliqui non bona fide Euangelia confecissent.

Causa, & occasio scripti à Ioanne Euangelij.
Euseb.
1.
Ioannis in Euangelio scribendo consilium.
Vt priora Christi acta ab aliis omissa explicaret

29. Porrò Ioannem quid ad Euangelium conscribendum impulerit, modò consideremus. Sanè plures causas, & occasiones scripti à diuo Ioanne Apostolo Euangelij, quibus alij Euangelistæ moti non sunt, Patres antiqui tradiderunt. Vnam sic describit Euseb. lib. 3. hist. ca. 18: Ioannem (inquit) eiusmodi causa adductum, se ad scribendum applicuisse ferunt. Quum tria Euangelia iam dudum perscripta, cum in aliorum iam omnium, tum in ipsius etiam manus peruenissent, fama est eum ea magnopere approbauisse, & constanti, ratoque testimonio omnia in illis verè fuisse scripta confirmasse: & solam illam explicationem nunc literis mandandam restare censuisse, quæ res primo tempore à Christo in ipso suæ prædicationis principio gestas complecteretur. Quæ quidem hominum fama est planè verissima. Tres namque alios Euangelistas ea sola scriptis prosecutos, quæ à Seruatore post Ioannem Baptistam in carcerem coniectum, ad
" vnum annum continuum gerebantur, satis perspicuè licet animaduertere:
" illudque ipsum illos in ipso suæ historiæ exorsu planè significasse. Nam
" post ieiunium quadraginta diebus continuatum, & tentationem interea
" loci interuenientem, Matthæus ipsum tempus, à quo suæ historiæ scribendæ
" sumpsit initium perspicuè ostendit: Audiens (inquit) quod Ioan-
Mat. 4. nes tradebatur, secessit à Iudæa in Galilæam. Similiter etiam Marcus:
Marc. 1. Vbi (inquit) Ioannes tradebatur, venit IESVS in Galilæam. Lucas
" itidem, antequam facta IESV seruatoris explicare ordiatur, pari ra-
" tione temporis seriem obseruat, dicens, quod Herodes ad alia mala,
Luc. 3. quæ commiserat, hoc etiam adiecit, Ioannem nempe in carcerem inclusit.

" 30. His igitur de causis Ioannem tradunt quorumdam amicorum ro-
" gatu, tum ipsum tempus à superioribus Euangelistis silentio præteritum;
" tum res in eodem à seruatore gestas (illæ quidem erant, quæ fuissent ante
" Ioannem Baptistam in vincula coniectum factitatæ) in Euangelio suo
" posteritati prodidisse. Istudque idem satis euidenter illum ipsum com-

monstrare;

monstrare; primum cum dicat, hoc initium miraculorum, & signorum „
fecit IESVS. Deinde vbi inter acta Iesu mentionem facit Ioannis Bap- *Ioa. 2.*
tistæ adhuc eo tempore in Aenon iuxta Salem Baptizantis. Idem ipsum *Ioan. 3.*
porro apertè declarat, vbi sic loquitur: Nondum enim Ioannes conie- „
ctus erat in carcerem. Quocirca Ioannes ea in Euangelio suo scriptis „
mandauit, quæ Ioanne Baptista nondum in custodiam misso, à Christo „
gesta fuêre: reliqui autem tres Euangelistæ, ea commemorant, quæ „
post Ioannem Baptistam in ergastulum contrusum, à Seruatore edita di- „
cuntur. In quibus si quis attenta cura, & cogitatione animum defigat; „
non poterit amplius existimare, Euangelia vlla ex parte inter seipsa dissi- „
dere. Quandoquidem Ioannis Euangelium res primò à Christo gestas „
continet: reliqua autem posterioris temporis, & factorum in eo editorum „
narrationem complectuntur. Hæc Euseb. „

31. Idem habet Nicephor. lib. 2. hist. cap. 45. & Rupert. in cap. 1. *Niceph.*
Apocalypſ. De eadem causa hunc in modum scribit etiam Hieronymus *Rupert.*
de scriptoribus Ecclesiastic. in Ioanne: Sed & aliam causam huius scrip- *Hiero.*
turæ ferunt; quod cum legisset Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, pro- „
bauerit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit: sed vnius „
tantum anni, in quo & passus est, post carcerem Ioannis, historiam texu- „
isse. Prætermisso itaque anno cuius acta à tribus exposita fuerant, su- „
perioris temporis, antequam Ioannes clauderetur in carcerem, gesta nar- „
rauit. „

32. Eandem causam habet August. præfat. in laudem Euangelij secun- *August.*
dum Ioannem, atque Metaphrastes de Sancto Timotheo. *Metaph.*

33. Secundam fortasse causam talem quis afferre posset; quod videli- 2. Causa.
cet primi tres Euangelistæ præcipuum illud, & clarissimum resuscitati La-
zari miraculum, maximum resurrectionis futuræ specimen (oppidò nam- 3.
que fidem resurrectionis constituit) omiserunt. Hanc expressit Nice- *Niceph.*
phor. lib. 2. hist. cap. 45. vbi etiam pro tertia ratione addit; quòd su-
prema Saluatoris morituri præcepta, testamenti instar obtinentia, non
attingerunt; seu quod verba illa quasi testamentaria, summæ charitatis
diuinæ erga homines, quæ Christus iamiam moriturus discipulis loqueba-
tur, sub silentio continuerunt; satis causæ habuisse videtur, cur ad illa tria
Euangelium suum adderet.

34. Hieron. in procemio in commentarios super Matthæum quartam *Hieron.*
hanc causam ponit: Ioannes (inquit) Apostolus, & Euangelista cum esset 4.
in Asia, & iam tunc hæreticorum semina pullularent Cerinthi, Ebionis, Ioannes
& cæterorum, qui negant Christum in carne venisse, quos & ipse in epi- causa hære-
stola sua antichristos vocat, & Apostolus Paulus frequenter percutit; coa- ticorum
ctus est ab omnibus tunc pene Asiæ Episcopis, & multarum Ecclesiarum scripsit.
legationibus, de diuinitate Saluatoris altiùs scribere; & ad ipsum, vt ita di- „
cam, Dei verbum, non tam audaci, quam felici temeritate prorumpere. „
Vnde Ecclesiastica narrat historia, cum à fratribus cogeretur vt scriberet, „
 ita „

„ ita facturum se respondisse, si indicto ieiunio, in commune omnes Deum
„ precarentur. Quo expleto reuelatione saturatus, illud procemium è cœlo
„ veniens eructauit: *In principio erat verbum.*

Hieron. 35. Eandem causam de scriptorib. Eccles. in Ioanne his verbis expressit: Ioannes, ait, scripsit Euangelium rogatus ab Asiæ Episcopis, aduersus Cerinthum, aliosque hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est, diuinam eius natiuitatem edicere.

August. 36. Aug. quæst. 65. Ex nouo testamento causam hanc etiam ponit, docens totum Ioannis Euangelium contra hæreticos scriptum esse. Et præfat. in laudem Euangelij secundum Ioannem.

Theoph. 37. His consentanea habet Theophylactus prol. in Euangelium Ioannis, ita scribens: Dicunt autem nonnulli, quod etiam ipsum rogauerint quidam orthodoxi, vt conscriberet de superna natiuitate: eo quod tunc in diebus illis pullularent hæretici aliqui Christum hominem esse purum docere non reueriti.

Bed. 38. Beda in Martyrologio die 27. Decemb: Quia concussam se absente per hęreticos vidit Ecclesię fidem, confestim hac descripta in Euangelio suo verbi Dei æternitatem stabiliuit. Rogatus siquidem ab Asiæ Episcopis aduersus Cerinthum, aliosque hæreticos, & maximè contra Ebionitarum tunc dogma surgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde compulsus est scribendi Euangelij sanctum opus suscipere. Fusiùs idem habet in cap. 1. Ioannis.

Cyril. 39. Habet idem Cyril. prol. in Ioannem. Causas ergo plures antiqui Patres adferunt, quibus Ioannes permotus scribendi Euangelij prouinciam subijt: sed illam potissimum fuisse causam, vt nimirum hæreticos, qui omnino diuinitatem Christo detrahentes, ante Mariam eum extitisse negabant, scripto Euangelio confutaret, affirmant Ireneus lib. 3. aduersus hære. ca. 11. Epiphan. hære. 51. & alij. Christi verò diuinitatem, post Iudæos, atque gentiles, oppugnare iam cœperant Nicolaitæ, Carpocratiani, Cerinthiani, & Ebionei hæretici. Ideò Ioannes ad eam plenius asserendam Euangelium scribere adorsus est.

Quæ omnium causarum potissima sit. *Iren.* *Epipha.* Christi diuinitatem qui negabant.

Chrysost. 40. Causam deinde quintam Chrysost. hom. 1. in Mat. hoc modo explicat: Ioannes, inquit, ipse quidem causam scriptionis tacet: vt autem habet maiorum sermo, & à patribus ad nos delatus, nec ipse ad scribendum absque certa ratione descendit. Sed quia illa iam trium fuerat intentio, vt in suscepti morarentur hominis sacramento; & de ipsa deitate dogma periclitabatur doceri; ad scribendum, Christo inspirante motus, accessit: quod ex ipsa historia, & de Euangelij declaratur exordio. Neque enim ab inferioribus cœpit, vt cęteri: sed ad superiora continuò, ad quæ vrgebatur, ascendit, propter quæ librum ipsum profectò composuit. Eandem causam fusè hom. 3. & 2. in Ioannem explicat; atque August. lib. de cons. cap. 4. & 5. Et præfat. in laudem Euangelij secundum Ioannem. Et Basil. lib. 2. contra

Ioannes ad probandā potissimum Christi diuinitatem contra exorituras etiā hæreses de Christi diuinitate Euangelium

contra Eunomium. Et Greg. lib. 1. in cap. 1. lib. 1. Regum.

41. In super Theophylact. prol. in Euang. Ioannis ita hoc motiuum describit: Vide (inquit) quantum sortitus sit Ioannes spiritũ. Etenim quę nullus aliorum Euangelistarum nos docuit, ea ipse intonare ausus est. Nam cum illi occupati fuissent in carnali substantia Christi explicanda, nihilque clarè, & manifestè satis de substantia eius dixissent, quam ante secula habuit, metuebatur ne quando quidam humi repentes, nihilque sublime intelligere valentes putarent Christum tunc primũ subsistere cœpisse, quando ex Maria natus est; & non ante secula ex patre natum esse; id quod vtique Paulo Samosateno accidit. Propterea magnus Ioannes de superna eius generatione tractat: quamuis interim & incarnationem verbi non relinquit intactam; dicit enim: *Et verbum caro factum est.* Eodem modo Euth. procemio in Ioannem.

sibi scribẽdam esse censuit: vt Catholici haberent, quo eas cum nascerentur, refutarent. Priores Euangelistæ tres minus operæ in cõfirmanda Christi diuinitate posuerunt.

42. Euseb. verò sextam rationem declarat vt sequitur: Ioannes (inquit) Sacrosancti Spiritus impulsu commotus, postquam animaduertit ea, quæ ad corpus, & humanitatem Christi spectabant, in illis Euangelijs explicata, quorundam familiarium, ac necessariorum rogatu Euangelium spirituale, vt quæ diuinitatis propria sunt, exactè proferret, post reliquos Euangelistas conscripsit. Seruatoris enim nostri stirpem, & genealogiam carnalem silentio prætermisit, vtpote à Matthæo, & Luca accuratè priùs expressam: theologiam autem, & diuinam generationem eius, tanquam illa longè præstantiorem, & sibi à Spiritu Sancto reseruatam, ab initio Euangelij sui explicat. Sic Euseb. lib. 3. hist. cap. 18. Et lib. 6. cap. 11. & Nicephor. lib. 2. hist. cap. 45. Et lib. 4. cap. 33. Et Clem. lib. 6. disposit. Et Metaphrastes de Sancto Timotheo. Hęc igitur est sexta causa, quare Ioannes Euangelium suum scribendi consilium cepit; quod nimirum alij Euangelistę veram illam theologiam, principioque carentem generationem non explicarũt, quæ tamen declaranda, & docenda erat, etiamsi de Christi diuinitate nulla hæresis aut nata iam, aut aliquando nascitura fuisset.

Chrysost. *August.* *Basil.* *Greg.* Samosateni error. Ioannes vocatur Magnus. *Io. 1. v. 14.* *Eut.* *Euseb.* *Euseb.* *Nicheph.* *Clemens.* *Metaph.*

43. Rectè ergo Euthy. prolog. in Matth. Dixit: Ioannes verò horum nactus Euangelia, videnśque tres versatos in eo maximè sermone, quo saluatoris incarnationem demonstrarent; & propterea dogmata, quæ diuinitatem eius tangebant, silentio præterierant: ideò Christo ipsum ad scribendum Euangelium instigante, accessit. Vnde etiam protinus ab initio de his disserit: nam ob hæc librum omnem confecit.

Eut.

44. Obseruandum est tres posteriores causas, ita coniunctas ad inuicem, & cognatas esse, vt & à se mutuo pendeant, & ad inuicem referantur. Ideò enim Ioannes Christi diuinitatem, æternamque generationem suscepit explicandam, vt & exortas, & exorituras circa eam hæreses confutaret. Vnde Thomas Aquinas prologo in commentaria super Ioannem bene dicit, Euangelium à Ioanne scriptum ad confirmandam Christi diuinitatem contra hæreticos, qui tunc surrexerant: vbi quartam causam, & quintam simul ponit; sicut & Hieronym. in duobus testimonijs paulò ante citatis.

Vt 4. causa 5. & 6. sint affines. *Thom.*

Tale

Tale Ioannis in Euangelio conscribendo fuisse consilium, præterquam quod prisci auctores docent, non solum ex initio; sed ex toto etiam opere manifestum apparet. Vbique enim Christi diuinitatem sequitur. Ioannes itaque post alios tres Euangelistas huiusmodi consilio, ac intentione postremum scripsit Euangelium. Siquidem alij, non omnia Domini gesta, & verba, quæ fidelibus cognoscenda videbantur, complexi fuerant. Nam quæ Dominus ante Ioannis Baptistæ incarcerationem gesserat, illi prætererant, vt nobis testimonio est vinum illud nuptiale Ioan. 2. miraculum quoque celeberrimum resurrectionis Lazari suppresserant. Adde quod vltimum, ac insignem illum Domini sermonem post nouissimam cœnam habitum, sub silentio continuerint. Adhæc reliqui Euangelistæ humanam Christi naturam, ac generationem sufficienter quidem asseruerant: at verò de diuinitate pauca attigerant; diuinamque, ac æternam ex æterno Patre Christi generationem dilucidè non explicarant. Tametsi enim Mat. 16. Petrum confitentem diuinam Christi ex Patre filiationem, cum ait: *Tu es Christus Filius Dei viui*; legamus: non tamen ea verba naturalem eius ex Patre generationem perspicuè, & fusè docent.

Ioa. 2. 11.

Mat. 16. *v.* 16.

Ioannis scopus, & intentio.

45. Quocirca Ioannes, vt hæc vniuersa complecteretur, quartum vltimumque Euangelium tribus prioribus adiecit. Quod cum nouissimus omnium Euangelistarũ scriberet; quæ ab alijs tribus erant abunde narrata, repetere non curauit: ideoque multa Christi acta silentio inuoluit: quæ verò prætermissa animaduertit, ipse suppleuit. Eo enim consilio Ioannem in scribendo Euangelio vsum fuisse testantur veteres.

Euthy.

46. Euthym. procemio in Ioan. has omnes causas simul ita scribens comprehendit: Ioannes cum in tria aliorum Euangelia, quæ sibi à quibusdam fidelibus allata erant, incidisset; vidissetque hos tres in eo maximè sermone versatos, qui de Saluatoris erat humanitate; cæterum dogmata, quæ de diuinitate eius erant, prætermisisse: ipsa quidem Euangelia admiratus est, ac laudauit, & vera eos dixisse, ac fide digna testatus est: ipse autem, motus à Christo, ad præsens opus accessit; & quædam narrat, quæ etiam ab alijs scripta erant; ne videatur Euangelium suum ab aliorum Euangelijs separasse: præcipua tamen illi cura fuit, quæ ab alijs relicta erant, addere, ac de diuina saluatoris gratia plura ponere, sicut necessarium esse ob insurgentes hæreses iudicauit.

Theop.

47. Theophylact. præfat. in Matth. simili modo: Referunt (inquit) quod post mortem illorum trium Euangelistarum, superstiti Ioanni allata fuerint tria Euangelia, vt videret ea, atque iudicaret num illa verè conscripta fuissent. Ioannes autem cum ea vidisset, & veritatis gratia comprobasset; adimpleuit quæcunque ab alijs prætermissa fuerant; & quæ succinctiùs alij dixerant, ipse fusiùs in suo Euangelio tradidit. Propterea & à diuinitate explicanda initium fecit: eo quod alij nullam fecerunt memoriam, quod verbum Dei extiterit ante sæcula, de quo ipse diuinè prodidit, vt ne putetur verbum Dei purus homo, hoc est, absque deitate esse.

48. Et

48. Et prol. in Euang. Ioannis: Dicitur quoque (ait) quod sanctus ille, cum legisset ea, quæ ab alijs Euangelistis erant scripta, admiratus sit illos de omnibus quidem vera narrasse, & iudicarit illos rectè, & nihil ad gratiam Apostolorum scripsisse. Cæterum quæ illi non manifestè dixerunt, vel omnino prætermiserunt; ea ipsa explanare, & liquida facere, adijcereque proprio Euangelio cœpit. Hæc ille. *Theop.* " " " "

49. Ex dictis manifestum est, Euangelistas omnes fuisse rogatos Euangelium scribere. Metaphrastes quidem de sancto Ioanne, & Dorotheus in synopsi dicunt Ioannem Apostolum ad instantiam eorum, qui erant in insula Pathmo Euangelium scripsisse: verùm alia sententia probabilior est, & communior: quia & plurium est, & maiorum sine comparatione doctorum. Porro Euangelia trium aliorum Euangelistarũ Ioannem prius, quam suum scriberet, legisse, & approbasse testatur etiam Aug. lib. 1. de cons. ca. 2. & præfat. in Ioannem. Euãgelistę rogati scrip serunt. *Metaph.* *Doroth.* *August.*

Quibusnam in locis primum scripta sint Euangelia.

Capvt. 31.

Matthævm in Iudæa Euangelium suum composuisse, docet Hiero. de scriptoribus ecclesiast. in Matt. & prooemio in commentarios super Matthæum, & præfat. in quatuor Euangelia ad Damasum. Athanas. in fine synopsis, tradit Euangelium à Matthæo scriptum, & editum Hierosolymis, ac proinde in Iudæa. testatur etiam Euseb. in chronico Euangelium à Matthæo in Iudæa scriptum esse. Idem habet Beda in Martyrologio die 21. Septemb. & in collectaneis, & lib. de sex ętatibus mundi in Caio Caligula. Et Ado in chronico, & in Martyrologio die 21. Septemb. & Isidor. Hispal. lib. 6. etymol. ca. 2. *Hieron.* Matthæus in Iudæa scripsit Euangelium *Athanas.* *Euseb.* *Beda.* *Ado.* *Isid.*

2. Quod Marcus Euangelium suum Romæ primùm scripserit, auctor est Hiero. de scriptorib. ecclesiast. in Marco, & epist. 150. quæst. 11. & Clem. Alexan. cuius auctoritate nititur Hiero. in Marco. Non solùm in 6. lib. dispositionum; sed etiam in fine commentarioli in priorem Epistolam diui Petri. Et Papias quem etiam Hieronymus in Marco citat. Marcus Romę scripsit Euangelium. *Hiero.* *Clemens.* *Papi.*

3. Chrysost. hom. 1. in Matth. dicit Marcum in Ægypto scripsisse Euangelium: paulo post tamen ait in eadem hom. vbi quisque Euangelistarum degens scripserit, non valdè esse cur contendamus; quibus verbis se dubium fuisse insinuat. Cedrenus Chrysostomum secutus videtur in compendio historiarum in Claudio dicens: Marcum scimus primum in Ægypto Euangeliũ composuisse. At omnes alij Chrysostomo, & Cedreno in hoc contradicunt: eisque cum alijs obijcimus Athanasium Alexandriæ *Chrysost.* *Cedre.* *Athanas.*

Episcopum, diuersa planè ab eo scribentem in fine synopsis, vbi sic habet:
» Euangelium (inquit) secundum Marcum Romæ quidem ab Apostolo Pe-
» tro prædicatum est; editum verò à Marco; & ab ipso Alexandriæ posteà, &
» in Ægypto, & in pentapoli, & in Libya prædicatum.

4. Cæteri scriptores Athanasio libenter assentiuntur: quum prǽsertim alij, qui longè ante Athanasij tempora in Ecclesia floruerunt, id egregie testati sint, vt Papias, & Clem. Alexandrinus. Et Euseb. lib. 2. hist. cap. 14. & lib. 3. cap. vlt. & lib. 6. cap. 11. qui omnes Marcum Romæ scripsisse Euangelium affirmant. Eisdem consententia tradit Beda in collectaneis, & lib. de sex ætatibus mundi in Claudio, & Alexander in actis Barnabæ, & Nicephor. lib. 2. historiæ cap. 15. & 45. & lib. 4. cap. 33.

Euseb. *Beda.* *Alexand.* *Niceph.* *Theoph.* *Damia.* *Eut.*

5. Theophylact. argumento in Euangelium secundum Marcum, etiam asserit Romæ illud à Marco scriptum fuisse, priusquam à Petro in Ægyptũ mitteretur. Petrus Damia. sermone de sancto Marco habet ex Clemente, & Papia Romæ eum scripsisse Euangelium. Euthymius proœmio in Marcum testatur eundem scripsisse Euangelium, secundum Clementem, in ipsa Roma: iuxta Chrysostomum autem in Ægypto. Genebrar. ait Marcum Aquilegiæ, quæ secunda Roma quondam dicebatur, rogantibus Romanis Euangelium conscripsisse.

Hiero. *Isid.* *Hiero.*

6. Hieronymus præfat. in Euang. secundum Marc. & Isidor. Hispal. affirmant Marci Euangelium ab eo in Italia scriptum esse.

7. Hiero. proœmio in commentarios super Matthæum tradit Lucam in Achaiæ, Bœotiæque partibus Euangelium suum edidisse. Et alibi, præfat. scilicet in Euangelium secundum Lucam dicit Euangelium ab eodem Luca scriptum in Achaiæ partibus, cum eas regiones Paulus, comite Luca, peragraret. Isidorus in Græcia scriptum à Luca Euangelium asserit. Beda in collectaneis, in India scriptum à Luca Euangelium opinatur

Lucas in Achaia scripsit Euangelium. *Isid.* *Beda.*

8. De Ioanne verò, quod Euangelium suum in Asia scripserit, testatum faciunt Hieronymus proœmio in commentarios super Matth. & prologo in Ioannem; & Isid. lib. 6. etymologiar. cap. 2. & Beda in collectaneis. Præfatio concilij Niceni primi Ioannem Apost. tradit Euangelium suum apud Ephes. conscripsisse. Irenæus lib. 3. aduers. hæres. ca. 1. & Eus. lib. 5. hist. cap. 8. & Athan. in fine synopsis prochor. de Ioanne cap. 46. Præfatio in Ioannis Euangelium apud August. Greg. Turon. lib. de gloria Marty. cap. 3. Isid. Hieron. consentiunt Ephesi scriptum, editumque à Ioanne Euangelium. In eandem sententiam abeunt plures Græci, & Latini, inter quos est Diuus Thomas Aquinas, dum exponit prologum Hieronymi in Ioannem.

Ioannes Euangelium scripsit Ephesi. *Hiero.* *Isid.* *Bed.* *Niceph.* *Iren.* *Euseb.* *Athanas.*

9. Sunt tamen nonnulli qui opinantur à Ioanne scriptum Euangelium dum in Pathmo insula exularet, vt Chrysost. hom. 1. operis imperfecti; Dorotheus in synopsi; Theophylactus prologo in Euangelium Ioannis; Oecum. ante expositionem actuum. Nic. lib. 2. hist. ca. 42. & li. 3. ca. 9. & Metaphrast. in vita Ioannis Apostoli. Vnde miror eundem Metaph. cum de sancto

Troco. *August.* *Turo.* *Isid.* *Iero.*

de sancto Timotheo agit, dicere Ioannem Ephesi scripsisse suum Euangelium. *Thom.*

10. Verum alia opinio longè probabilior est. Magnum igitur est discrimen inter ipsos Euangelistas ex parte locorum, in quibus Euangelia primum ab eis scripta sunt: Matthæus enim suum in Iudæa scripsit: Marcus verò suum Romæ in Italia: & Lucas in Achaia in Græcia: atque Ioannes Ephesi in Asia. An Ioannes in Pathmo, cum ibi exularet, Euãgeliũ scripserit. *Chrysost. Doroth. Theophyl. Oecum. Nicheph. Metaph.*

Quando Euangelistæ sua Euangelia scripserint.

Capvt. 32.

Qvod spectat ad rationem temporum, quibus à sanctis Euangelistis conscripta est Euangelica historia; hoc in primis sciendum est, apud omnes in confesso esse, quod Matthæus omnium primus Euangeliũ scripserit; secundo autem loco Marcus; deinde tertio Lucas; denique Ioannes omnium postremus. Sic Irenæus lib 3. aduersus hæreses ca. 1. Vbi tamen secundum exemplaria varia, ipsius Lucæ non meminit, sed aliorum trium duntaxat. At mendum suspicor in exemplaria Irenæi, quæ habemus, irrepsisse: Nam in codice antiquo reperitur hęc clausula; Lucas autem sectator Pauli, quod ab illo prædicabatur Euangelium, in libro condidit: Et Euseb. lib. 5. hist. ca. 8. ex tertio ipsius Irenæi libro, ac Irenæi verbis, vt profitetur, hæc referens, Lucam tertio loco in ordine, quo à sanctis Euangelistis editum est Euangelium, posuit. Quo ordine scripta sint Euangelia. *Ire.* Irenæus mendosus. *Euseb.* *Iren.*

2. Eodem ordine Irenæus alibi Euangelistas enumerat lib. 3. aduersus hæreses cap. 11. & Anastasius Sinayta Antiochenus lib. 8. Hexam. & German. Constant. in rerum Ecclesiasticarum theoria, & Sedulius. Clemens etiam Alexand. eundem seruat ordinem temporum, quibus scripta sunt Euangelia; vt videre est apud Euseb. lib. 6. hist. cap. 11. & apud Nicephorum lib. 4. hist. cap. 33. *Anast. Germa. Sedul. Clem. Euseb. Niceph.*

3. Idem asserit Augustinus lib. 1. de cons. cap. 2. & Hiero. proœmio in commentarios super Matthæum; & præfatione in quatuor Euangelia ad Damasum; & præfatione in Euangelium secundum Lucam; & prologo in Euangelium secundum Ioannem; & Athanas. in synopsi diuinæ scripturæ; & Basil. lib. 2. aduersus Eunomium; & Chrysost. hom. 4. in Mat. Et Epiphanius hæres. 51. & Euseb lib. 3. hist. cap. 18. & Nicephor. lib. 2. hist. cap. 45. & Isidor. Hispalens. Episcopus lib. 6. ethymologiarum cap. 1. & 2. & Theophylact. præfat. in Mat. Atque Origenes, vt ex ipso refert Nicephor. lib. 5. hist. cap. 16. *August. Hieron. Athanas. Basil. Chrysost. Epipha. Euseb. Niceph. Isid. Theoph. Origen.*

4. Hinc est quod eodem ordine passim vbique libri quatuor Euangelistarum enumerentur, vt apud August. lib. 2. de doctrina Christ. cap. 8. & in decreto Gelasij Papæ dist. 15. cap. sancta Romana; ac vbicumque

 libri

libri Canonici, tam in Concilijs, quam apud Patres, & Doctores recensentur.

August. 5. His adde quod habet August. lib. 4. de conf. cap. 8. Marcum, & Lucam eo scripsisse tempore, quo non solum ab Ecclesia Chisti verùm etiam ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari potuerunt.

Ordinis ratio inter Euãgelistas vnde attendenda.

6. In hoc autem ordine, quo enumerari, & collocari solent Euangelistæ, notandum est non seruari ordinem materiæ, quam specialiter sancti Euangelistæ tractant. Si enim hoc spectaretur, Ioannes primo loco ponendus fuisset: eo quod diuinitas, cui explicandæ Ioannes principaliter insistit, duratione æterna sit, & prima dignitate. Deinde etiam quia Lucas ante Marcum ordinari debuisset; propterea quod passio Domini, cui Lucas magis insistit, eius resurrectionem præcesserit, quam Marcus principaliter intendit. Ideoque Gregorius Lucam ante Marcum recensuit lib. 31. moral. cap. 33. & hom. 4. in Ezech. sed ordo doctrinæ, ac eruditionis, siue rei gestæ, secundum quod vnus scripsit ante, vel post alium, obseruatur, & attenditur. Hoc in genere dictum sit, de Euangelistarum ordine.

Greg.

Matthæus omnium primus Euangelium scripsit, ac edidit.

7. Verum in particulari de singulis, quando Euangelia sua scripserint, diligentiùs inquirendum videtur. Ac in primis quidem de Sancto Matthæo; quem primum omnium scripsisse Euangelium, præter nominatos prius auctores, testantur etiam Petrus Damianus serm. de Sancto Matthæo, Abdias (vel quicunque sit eius libri author) in fine lib. 7. historiæ Apostolicæ; Nicephor. lib. 2. historiæ cap 41. Euthym. prol. in Matth. & Hieron. de scriptor. Ecclesiasticis in Matthæo; & prologo in Matth. Et argument. in Euangelium secundum Matthæum. Et Beda in Martyrologio die 21. Septemb.

Damia. *Abdi.* *Niceph.* *Euthy.* *Hieron.* *Beda.*

Quando Matthæus scripserit Euangeliũ opiniones variæ.

8. De tempore autem certo, scripti à Matthæo Euangelij; plures, ac variæ scriptorum opiniones sunt. Vna est Simeonis Metaphrastis dicentis in vita Sancti Matthæi, cum discipuli Domini regiones alias alij aggressi fuissent, tunc Matthæum literarum monumentis Euangelium suum consignauisse, & alijs beneficium hoc impartiuisse.

Metaph. *Niceph.*

9. Altera est Nicephor. qui lib. 2. Ecclesiast. hist. cap. 45. asserit, quod tunc temporis Matthæus Euangelium suum scripserit, cum ad gentes ire maturaret, vt hebræos relinquens, scripto absentiam suam compensaret, anno videlicet post Christi ascensionem quinto decimo: post Christum verò natum anno 48.

Ire. 10. Tertia verò est Irenei. Hic enim lib. 3. aduersus hæres. ca. 1. affirmat quod tunc Matthæus Euangelium ediderit, cum Petrus, & Paulus Romæ Euangelizarent, & Ecclesiam fundarent.

Euseb. 11. Vltima est Eusebij in chronico. Hoc enim auctore, Matthæus Euangelium suum anno Christi quadragasimo primo, & Caij Imperatoris tertio scripsit. Idem Eusebius lib. 3. hist. cap. 18. docet tunc Euangelium

gelium à Matthæo conſcriptum eſſe, cum in animo haberet ad alias gentes proficiſci.

12. Euthym. prolog. in Matth. & Theophylactus præfat in Mat. tradunt Matthæum poſt octo annos Christi in cœlum aſſumpti, Euangelium ſuum ſcripſiſſe. Iſidor. quoque libr. 5. etymologiarum cap. 39. ætate 6. dicit ſub imperio Caij Caligulæ ſcriptum à Matthæo Euangelium. Idem Beda teſtatur lib. de ſex ætatibus mundi in Caio. His conſentit Ado in Chronico. *Eut.* *Theop.* *Iſid.* *Bed.*

13. Verum quæ prædictorum auctorum ſententia probetur verior, diligentiori ſtudio perquirendum. Ac in primis errat planè Metaphraſtes dum putat Matthæum non niſi poſt Apoſtolorum diuiſionem Euangelium ſcripſiſſe. Omnes enim à Matthæo ſcriptum fuiſſe Euangelium, antequam ad exteras prouincias Christum annunciaturi proficiſcerentur Apoſtoli æquè confirmant. Sic Euſeb. lib. 3. hiſt. cap. 18. & Nicephor. lib. 2. hiſt. cap. 45. & Hieronym. prolog. in Matth. qui habetur in biblijs. 1. Opinio reijcitur. A Matthęo ſcriptú eſt ante Apoſtolorum diuiſionem Euangeliú. 1. Ratio. *Euſeb.* *Niceph.* *Hieron.*

14. Idem probant, qui Bartholomæum ad Indos profecturum Matthæi Euangelium deſcriptum ſecum detuliſſe, illiſque reliquiſſe teſtantur, vt Euſeb. lib. 5. hiſt. ca. 10. & Hieronym. de ſcriptorib. Eccleſ. in Pantæno; & Nicephor. lib. 4. hiſt. ca. 32. Porro exſcriptum illud fuiſſe ab Apoſtolis, non tantum Bartholomæi, ſed & Barnabæ ſuadent exempla. Hunc quidem, quantumlibet vnà cum Paulo Apoſtolatum ad gentes accepiſſet, ſecum tamen hebraicum tuliſſe Euangelium à Matthæo conſcriptum, & apud ſe ſemper habuiſſe, atque vnà cum eo ſepultum fuiſſe, certiſſimum eſt. Refoſſo enim Barnabæ corpore anno 4. Zenonis Imperatoris, vnà cum eo, illius pectori inhærens inuentum fuiſſe Euangelium ſecundum Matthæum hebraicè conſcriptum, vera Nicephori libro 16. hiſtor. cap. 37. & aliorum hiſtoricorum aſſertione conſtat. 2. Ratio. *Nicephor.* Matthæi Euangeliũ ab Apoſtolis deſcriptum fuit. *Nicephor.*

15. Præterea Matthæum ob hanc rationem ſuum ſcripſiſſe Euangelium, vt profecturus ad gentes, illis Iudæis, quos Euangelica prædicatione imbuerat, ſcriptum à ſe Euangelium relinqueret, ſuperiori cap. 30. ex veterum ſententia traditum eſt. Scripſit ergo Matthæus Euangelium, priuſquam ſe Apoſtoli ad gentes, relicta Iudæa, conferrent.

16. Errat etiam Nicephor. cum in eo quod exiſtimet, Apoſtolos non ante quintum decimum ab aſcenſione domini annum, ad Euangelij prædicationem, per orbem fuiſſe diuiſos: hoc enim planè falſum eſt; tum in eo quod exiſtimare videatur Matthæum in ipſo procinctu profectionis Euangelium ſcripſiſſe, non enim tunc primum Matthæus Euangelium ſcripſiſſe putandus eſt: ſed cum primum reſerato diuinitus gentibus aditu ad Eccleſiam, quod anno Christi 41. factum eſt, de profectione ad gentes conſilium inierunt Apoſtoli, atque ſermonem habuerunt. Non ergo di- 2. Opinio reprobatur. Diuiſio Apoſtolorũ facta eſt ante 15. ab aſcenſu Christi annum.

cendum est cum Nicephoro scriptum a Matthæo Euangelium anno Domini 49. sed multò ante.

17. Verùm quid de Irenæi sententia opinemur, iam quoque explicandum est. Profectò illud apud omnes in confesso est, Matthæum primum omnium Euangelistarum historiam Euangelicam scripsisse. Constat etiam Paulum non ante tertium Neronis annum Romam accessisse, anno scilicet Domini 59. falsum igitur est Matthæum non nisi post Petri, & Pauli Romam aduentum Euangelium scripsisse. Primò, quia Matthæus non esset primus Euangelicæ historiæ scriptor, sed tertius. Marcus enim, & Lucas ante Pauli Romam aduentum sua Euangelia edidisse reperiuntur: & sic ante Matthæum scriptis Euangelium mandassent. Quod non tantum cæterorum omnium sententiæ repugnat: sed etiam ipsius Irenæi, ante alios Matthæum scripsisse asserentis.

Ire.

18. Secundò, quia Matthæus Euangelium suum antequam Apostoli in diuersas orbis regiones proficiscerentur scriptis non tradidisset. Nam ante aduentum Pauli Romam, fuisse diuisos per orbem terrarum Apostolos, nulla est dubitatio.

19. Irenæi proinde verba eo sensu accipienda non sunt, vt non nisi post Petri, & Pauli Romam aduentum dicat Matthæum scripsisse Euangelium; Quoniam inde magna sequerentur absurda, errorésque manifestos continerent: Sed puto Irenæum intellexisse ipso initio fundationis Romanæ Ecclesiæ, à Matthæo Euangelium esse conscriptum; cum scilicet Petrus Romam accessit, & tantæ molis erigendæ fundamentum posuit: quod factum est post quatuor annos, anno scilicet secundo Claudij Imperatoris, Domini vero 44.

Irenæi sententiæ explicatio.

20. Ad ita sentiendum adducor non solum rationibus ante ex Irenæo adductis, ne dicere cogamur ipsum contraria admittere; sed etiam quod Euseb. lib. 5. historiæ cap. 8. hanc Irenæi sententirm referat, & probet; nec suæ, vt apparet, opinioni contrarium existimet.

Euseb.

21. Irenæum quoque de Paulo non sic meminisse credimus, quasi non ante Pauli Romam aduentum Matthæus scripserit: sed communi potius tum ipsius, tum cæterorum Patrum vsu loquendi, cum de Romanæ Ecclesiæ fundatione fit mentio; Paulum æquè, atque Petrum nominasse: non quod Paulus eodem, quo Petrus tempore Romam venerit, ac simul cum Petro Ecclesiæ Romanæ primum fundamentum iecerit: sed quod desuper ædificauerit; ac denique eandem Ecclesiam vnà cum Petro sanguine consecrauerit.

22. Sic igitur de tempore, quo scriptum est Matthæi Euangelium, Eusebio, & alijs, qui cum ipso sentiunt, & cui (meo iudicio) Irenæus non aduersatur, potiùs quàm ijs, qui diuersum tenent, assentimur.

Euseb.

23. Nunc quo tempore Marcus suum Euangelium scripserit examinandum est. Planè autem dicendum videtur, quod anno Christi 45. Claudij verò Imperatoris 3. antequam Alexandriam proficisceretur, Euangelium

Marcus Euangelium scripsit anno 45.

gelium ſcripſerit. Non ſic quod eo anno illud ſcribebat; ſed quod ante eum annum illud ſcripſerat. Cum enim Euſebij in chronico auctoritate conſtet, Marcum anno tertio Claudij, Christi vero 45. Ægypto, & Alexandriæ Euangelium annunciare cœpiſſe; eiuſdemque auctoris, & aliorum (de quibus cap. 31.) teſtimonio liqueat, antequam Româ amandaretur Alexandriam, ipſum ſacrum Euangelium conſcripſiſſe; planè compellimur dicere Marcum hoc anno id præſtitiſſe. Cui quidem veritati Theophylactus præfat. in Matthæum, & argumento in Euangelium ſecundum Marcum; & Euthy. prooemio in Marcum, & alij adſtipulantur, qui tradiderunt ſcriptum à Marco Euangelium post annum a paſſione Chriſti decimum. *Euſeb.* *Theophyl.* *Euth.*

24. Cedrenus in compendio hiſtoriæ in Claudio; & Iſidorus lib. 5. Etymol. cap. 39. ætate 6. & Beda lib. de 6. ætatibus mundi in Claudio; teſtantur etiam Claudio Imperatore rerum potiente, ſcriptum à Marco Euangelium. *Cedre.* *Iſid.*

26. Epiphanius hæreſ. 51. ait quod Marcus poſt Matthæum ediderit Euangelium. Nicephor. lib. 2. hiſt. cap. 45. exiſtimat longo tempore poſt Matthæum à Marco editum eſſe Euangelium: plures enim annos quam alij, interceſſiſſe putat. *Epiph.* *Nicephor.* Marcus ante Petri obitum ſcripſit Euangelium.

26. Vnus in hac temporis quæſtione Irenæus, ab alijs omnibus diſcrepare videtur lib. 3. aduerſus hæreſ. cap. 1. dicens Marcum poſt Apoſtolorum Petri, & Pauli exceſſum, vel exitum id feciſſe: ita ſiquidem habet: Poſt horum exitum, Marcus diſcipulus, & interpres Petri, ea quæ à Petro erant prædicata, in ſcriptis nobis tradidit, aut euulgauit. &c. Quibus verbis indicare videtur Marcum, non niſi vel martyrio ſublatis, vel aliò Euangelij cauſa peregrinantibus ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, manum Euangelicæ ſcriptioni admouiſſe. Ruffinus quoque ſic latinè loquentem Euſebium fecit, qui hunc Irenæi locum tranſcribens etiam græcè lib. 5. hiſt. ca. 9. exitus Apoſtolorum meminit. *Iren.* *Ruf.*

27. Proinde mirari poſſet aliquis Chriſtophorſonum in ſua Euſebij verſione, vbi habent alij; poſt verò horum exceſſum; vel, poſt quorum exitū; poſuiſſe; quo quidem edito: niſi forte græcum Euſebij textum, quo vſus eſt Chriſtophorſonus, diuerſum eſſe a noſtro contigerit. Sed mirari deſinet, ſi attendat his verbis, quo edito, illa explicari, poſt quorum exitum.

28. Mirari etiam quis forte poſſet Euſebium hanc Irenæi auctoritatem, ſuæ ſententiæ, vt apparet, contrariam, in medium adferre; nullam tamen indicare ſolutionem. Cui ſanè ſententiæ omnes meritò aduerſantur; potiſſimum cum certum ſit Marcum Euangeliſtam ante prædictos Apoſtolos martyrio defunctum eſſe, nimirum anno octauo Neronis, quod teſtatur Hieron. de ſcriptoribus eccleſiaſt. in Marco, & alij, adeò vt Petrus Marco ſeptennio ſuperuixerit, vt rectè notauit Damia. ſer. de ſancto Marco. Marcus ante Petrū obijt. *Hiero.* *Damia.*

29. In his ergo, quæ ad tempus ſcripti à Marco Euangelij ſpectant, omnes ab Ireneo, quod ad hoc, quod poſt Petri mortem illud ſcripſerit diſſentiunt. Nam ex Papia, Clemente, Euſebio, Hieronymo, & alijs cap. 30.

citatis

citatis clarum efficitur Petro adhuc superstite Marcum Euangelicam historiam conscripsisse.

30. Verum ea non videtur esse Irenei sententia, quod, vt bene intelligatur, notandum est primo, illud: Horum exitum, non referri ad Petrum, & Paulum: sed ad ea quæ à Matthæo erant scripta, vt sit sensus: Post horum exitum, hoc est, post horum editionem. Secundò græcè non dici, scripsit; sed in scriptis euulgauit, seu in vulgus edidit. Potuit autem scripsisse, sed non omnibus euulgasse quæ scripserat. Tertiò illud, Exodus, apud bonos auctores non significat mortem, sed egressionem: & metaphoricè in vulgus, & palam proferre, in lucem edere, vel exire. Hæc in honorem tanti Patris notanda videbantur.

Marcus post Apostolorum diuisionem scripsit.

31. Hoc denique adijciendum videtur, quod scilicet Marcus se Euangelium suum scriptis consignasse post diuisos in orbem terrarum Apostolos, illis verbis in fine sui Euangelij positis, satis aperte significet, quibus ait: *Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*

Mar. 16. v. 20.

Quando Lucas Euangelium scripserit anno 58.

32. Diuum Lucam tertio loco inter sanctos quatuor Euangelistas, hoc est, post Matthæum, & Marcum, & ante Ioannem Euangelium scripsisse fatentur omnes, qui de hac materia disseruerunt. Beza in annot. ad Lucam dicit Lucam primum omnium Euangelistarum scripsisse Euangelium: sed hoc historiæ omnis antiquitatis repugnat.

Beza. Euthym. Theoph.

33. Quia verò tunc Lucas Euangelium composuit, dum eo comite Paulus Achaïæ, & Bœotiæ regiones lustraret; erroris arguuntur tam Euthy. proœmio in Lucam, & Theophylact. argumento in Euangelium secundum Lucam; quam alij omnes, qui cum ipsis arbitrantur scriptum à Luca Euangelium anno 15. postquam Dominus in cœlos ascendit. Nec enim eo tempore, nec post multos annos Lucam in Achaiam cum Diuo Paulo venisse, exploratum est. Non ergo scripsit Lucas Euangelium anno Domini 49. sed potius circa annum 58. Sic tempora locis conueniunt.

Euseb.

34. Eusebius 8. ca. lib. 5. histor. refert ex Ireneo: Lucas Pauli comes, Euangelium ab eo prædicatum, in librum congessit. Hoc tamen de Luca nostrum exemplum Irenei non habet. Nec Ruffinus hoc habet, qui fere semper cum vulgato Ireneo consentit. Habet tamen græcus Euseb. An ibi sit mendum aliquod?

Quando Ioannes Euangelium scripserit.

Iren.

Ioannes omniũ vltimus scripsit Euangelium.

Euseb. Clemens. Origen. Nicephor.

35. Tempus nunc superest explicandum, quo D. Ioannes Apostolus Euangelium suum conscripsit. Imprimis Irene. lib. 3. aduers. hære. ca. 1. testatur quod Ioannes post alios tres sanctos Euangelistas suum Euangelium ediderit. Idem refert ex Ireneo Euseb. lib. 5. hist. ca. 8. li. verò. 6. ca. 11. Idem asserit ex sententia Clementis Alexand. docet idem ex sua sententia lib. 3. hist. ca. 18. vbi dicit eum diu post alios tres Euangelistas scripsisse Euangelium. Idem ex Origen. sententia tradit Nice. lib. 5. hist. ca. 16. ex sua verò sententia id ipsum docet lib. 2. ca. 45.

36. Profectò quod Ioannes omnium vltimus Euangelium scripserit, docet

docet etiam Basil. lib. 2. aduersus Eunom. & Hiero. prooemio in comment. super Matthæum. & præfatione in quatuor Euangelia ad Damasum. & lib. de scriptoribus eccles. in Ioanne; & prologo in Euang. secundum Ioannem: & Theophylact. præfat. in Mat. & Prologo in Ioannem. Et Euthym. prooemio in Ioannem: & Thom. Aquinas: & Aug. lib. 1. de consensu cap. 2. & præfatione in Ioannem: & Ambrosius lib. 3. de sacramentis cap. 2. & Isidor. Hispal. lib. 6. etymolog. cap. 1. & 2. *Basil.* *Hiero.* *Euthy.* *Theop.* *Thom.* *August.* *Ambros.* *Isid.*

37. Et Gregor. lib 1. in cap. 1. lib. 1. Reg. cuius verba hic recensere visum est, eo quod insignem eius rei mysticam rationem contineant: Anna (inquit) se cum viro suo ascendere abnegat, donec filium lactat: quia sancta Ecclesia tam diu vitauit alta prædicando contingere, quam diu cognouit rudes auditores suos, velut paruulos alta capere nequaquam posse. Hinc namque in ipsis sanctæ Ecclesiæ primordijs factum est, vt velut paruulo adhuc Annæ filio, per trium Euangelistarum scripta, Matthæi scilicet, Lucę, & Marci, lac propinaretur, qui humanitatis dominicæ historiam scribentes pauca de eius diuinitate tractauerunt. Sed cum paruulus ecclesiæ populus cresceret, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi proficeret; cum lactis potus non sufficeret, pasci cibo solido perquirebat. Compulsa itaque mater ecclesia ascendere est, vt ipsa quoque Cherubim fieret, volantique super se Redemptori appropinquaret, pennas assumeret, ambulantem super eas in sacramentorum altitudine teneret, atque ex eius maiestate caperet, quod poscenti vnico alimentum daret. Vnde factum est, vt rogatus à fratribus Euangelista Ioannes, non solum humana; sed etiam angelica superans, condita cuncta transcenderet, & quem videre meruit vnigenitum in sinu Patris, prædicaret, dicens: *In principio erat verbum* &c. Tunc ergo Anna ascendit, cum sancta Ecclesia se in celsitudinem diuinæ prædicationis tam sublimiter extulit: tunc etiam immolauit solennem hostiam, quia de cognitione diuinitatis in auditorum suorum cordibus flammam miræ deuotionis accendit. Hactenus ex D. Gregorio. *Greg.* *Euangeliũ cur Ioannes alijs tardius scripserit.* *Io. 1. v. 1.*

38. Ad eandem rationem alludere videtur Euthy. prooemio in Ioannem, cum ait alios Euangelistas ob auditorum imbecillitatem ea prætermisisse, quę ad diuinitatem Christi pertinebant, nondum confirmata prędicatione: Ioannem verò crescente iam fide, ac fidelibus intellectu capacioribus, de ea definiuisse. *Eut.* *Cur diuinitas à Ioãne proposita, & ab alijs Euãgelistis omissa sit.*

39. Vnde non temere illud Aristotel. 1. lib. Metaphys. prima perfectione sunt postrema generatione; Ioannis Euangelio aptare possumus. Est enim tempore vltimum, & perfectione primum. Id in causa fuit cur altiora dogmata, & secretiorem doctrinam traderet: quia nimirũ fides iam patescebat, & fideles effecti erant capaciores, ac multiplicati. Eaque ratione motus Ioannes tam diu hoc Euangelium in lucem edere distulit. *Arist.* *Ioannes diu post captam Hierosolymã scripsit Euangelium.*

40. Secundò fatendum est etiam Euangelium à Ioanne multis annis post capta Hierosolyma conscriptum esse: ita enim affirmat Euthy. prooemio in Ioannem; & quidem rectè. *Euthym.*

Ioannes post reditũ ex Pathmo ſcripſit Euangelium. *Thom.* *Epiph.* *Hippol.* *Cedre.* *Auguſt.* *Athanaſ.*

41. Tertiò, dicendum eſt Euangelium à Ioanne editum eſſe poſt eius ab exilio ex Pathmo inſula reditum. Ita enim ſcripſit D. Thomas Aquinas in expoſitione prologi in Ioannem; & Epiphan. hæreſ. 51. eadem eſt ſententia Hippolyti Portuenſis Epiſcopi, & Martyris, quam Cedre. in Nerua recitat. Idem habetur apud Auguſt. in præfat. in laudem Euangelij ſecundum Ioannem, & quæſt. 65. ex nouo teſtamento. ſic etiam teſtatur Athan. ſub finem ſynopſis.

Qui opinentur Ioannẽ dum in Pathmo exularet Euangelium ſcripſiſſe. *Theoph.* *Chryſoſt.* *Doroth.* *Metaph.* *Theop.* *Nicephor.* *Areop.* *Metaph.*

42. Ergo ſententiæ eorum ſubſcribere non poſſumus, qui dicunt Ioannem Euangelium edidiſſe in Pathmo, cum illic in exilio verſaretur, vel ante exilium: inter quos eſt Theophylact. prolog. in Euangel. Ioannis; Chryſoſt. ho. 1. operis imperfecti, Doroth. & Metaphraſt. Hi enim vt in loco, ſic & in tempore errarunt. Proinde non eſt dicendum cum Theophylacto Euangelium ſecundum Ioannem ſcriptum eſſe anno 32. à Chriſti aſcenſione, ſeu anno Domini 66. quod duobus locis aſſerit, nempe præf. in Mar. & prolog. in Ioan. Neque etiam dicendum eſt quod Euangelium à Ioanne ſcriptum ſit anno 36. poſt Domini in cœlos aſcenſionẽ, ſeu anno Chriſti 70. quæ eſt ſententia Nicephori lib. 2. hiſt. ca. 45. Dionyſ. Areop. in epiſt. 10. quam ſcripſit ad Ioannem, dum in Pathmo exularet, eum quidem vocat ſolem Euangelij; & eius theologiam cæleſtem; non quod priùs Euangelium ſcripſiſſet: ſed ob diuinam, & admirabilem eius prædicationem. Metaphraſtes de Sancto Ioanne videtur opinari ſcriptum à Ioanne Euangelium ſub Nerone, diu ante exilium.

43. Sed rectè dicitur Ioannes Apoſtolus ſuum Euangelium anno Chriſti 99. Clementis Papæ 7. & Neruæ Imperatoris anno 1. edidiſſe: videlicet anno 65. à Chriſti aſcenſione, ſuæ verò ætatis 90. ſic Aug. præfat. in Ioannem, cum ait ipſum Ioannem à tempore dominicæ aſcenſionis per annos ſexaginta quinque verbum Dei abſque adminiculo ſcribendi, vſque ad vltima Domitiani tempora prædicaſſe.

Euangeliũ Ioannis ſcriptũ eſſe poſt apocalypſim. *Euſeb.* *Epipha.* *Theophyl.* *Euth.* *Beda.* *Rupert.* *Primaſ.*

44. Denique Ioannis Euangelium poſt Apocalypſim eſſe ſcriptum, auctores multi graues teſtati ſunt, vt Euſeb. lib. 3. hiſt. ca. 24. Epiphan. hæreſ. 51. Theoph. Euthym. Beda, Rupert. præfat. commentarij in Ioannem, Primaſ. initio primi lib. in Apocalypſim.

Ezec. 1. *v.* 10. Euãgeliſtæ quo ordine ſcripſerint.

45. Eo igitur ordine ſcripſerunt Euangeliſtæ, qui Ezech. 1. indicatus eſt; *Facies*, inquit, *hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor.* Matthæus enim, & Marcus priores ſcribendi partes obtinent, qui more hebræorum à dextris ſiniſtrorſum procedunt. *Facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor.* Nam Lucas poſteriores habet ſcribendi partes, & locum ordine tertium, *& facies Aquilæ*, &c. Ioannes ex nominatione quartum locum occupat.

46. Cum argumento temporis ponenda videntur illa, quæ, cum ſe Ioannes ad Euangelij ſcriptionem accingeret, contigerunt. Facta ſunt enim tunc fulgura, tonitrua & complures terrores, cum opus Euangelij Ioannes aggreſſurus eſſet: perinde ac olim acciderat, cum Moyſes in Sina legem

legem acciperet. testatur id Metaphrastes de Ioanne; & Prochorus ca. 46. & 36. de Ioanne. Nec vllus hæc ideò contemnenda putet, quod ab auctore non admodum antiquo, & cuius fides interdū vacillat, tradantur; vel quod apud Pseudoprochorum habeantur. Nam *si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratiò damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est.* Itaque hæc non debent incredibilia videri; quoniam in apocryphis multa vera interdum admixta sunt. Ideòque Hieron. de scriptoribus Eccles. in Iacobo, ex antiqua, & apocrypha, vera nihilominus historia, quam citat, pauca refert; quum tamen multum auersari soleat apocrypha. *Metaph.* *Proc.* *2. Cor. 3. v. 7.* *Hieron.* Ieiunium cum oratione indictum.

47. De indicto quoque tunc à Ioanne ieiunio, cum oratione, habent non solum ijdem auctores Metaphrast. & Prochorus, sed etiam Hieron. procemio in commentarios super Mat. & hoc probat ex Ecclesiastica historia. Habet etiam Rupert. in 1. ca. Apocal. *Metaphr.* *Proch.* *Hieron.* *Ruper.*

Quod ordine, & narrationum dispositione varient Sancti Euangelistæ.

CAPVT 33.

DENIQVE etiam in ordine rerum tractandarum Sancti Euangelistæ differunt: vnus enim vno modo scripsit, & alius alio. Ac in primis D. Hieron. de scriptoribus Ecclesiasticis, in Matthæo, dicit quod vbicunque Matthæus siue ex persona sua, siue ex persona Domini saluatoris, veteris scripturæ testimonijs vtitur, non sequatur septuaginta translatorum auctoritatem: sed hebraicam veritatem: è quibus illa duo sunt; *Ex Ægypto vocaui filium meum.* Et; *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Tres autem Euangelistæ posteriores, veteris scripturæ testimonia citant secundum versionem 70. interpretum, non secundum hebraicam veritatem: eo quod gentibus loquerentur, apud quos versio illa 70. interpretum magnæ auctoritatis erat, vt bene obseruauit Rupert. lib. 9. in gen. cap. 16. *Hieron.* Matthæus non citat ex 70. quod reliqui faciunt. *Mat. 2. v. 15.* *Matth. 2. v. 23.* Marcus ordinem non seruat. *Ruper.*

2. Insuper de Marco testatur Hiero. procemio in comment. super Matthæum, ea quæ Petrum audierat prædicantem, iuxta fidem magis gestorum narrauisse, quam ordinem. Idem antea testatus erat Euseb. ex Papia Ioannis Euangelistæ discipulo. Sic enim habet lib. 3. histor. cap. 33: Nos iam commode historiam, quam de Marco Euangelij scriptore narrat Papias, adnectemus. Istud, inquit, presbyter mihi dicebat: Marcus, qui fuit interpres Petri, quæcunque tenebat memoria, scripsit quidem accurate; sed *Hiero.* *Euseb.* *Papi.* Marcus Petri interpres. Marcus ordinem non seruat.

Marcus dominum nõ audiuit. Marcus Petri comes. Ratio cur Marcus ordinem non sequatur.

tamen non eo ordine, quo erant à Domino dicta, factáue. Neque enim Dominum audierat ille quidem, neque erat eum comitatus: sed postea (vt dixi) comes Petri fuit: qui quidem non Domini sermones, & præcepta, ea narrandi serie, quam Dominus in illis tradendis tenuisset, docebat: sed eam in prædicando rationem sequebatur, quam ad auditorum animos instituendos oportunam, accommodatamque censuit. Quare in eo neutiquam errauit Marcus, quod quædam, sicut memoriæ ea antè mandauerat, literis prodidit: quandoquidem hoc vnum mente, & cogitatione sedulò prospexit, vt nec quicquam eorum, quæ audiuisset, prætermitteret; nec falsi aliquid ijsdem omnino interponeret. Ista quidem à Papia narrantur de Marco. Eadem ex Papia refert Niceph. lib. 3. hist. cap. 20.

Papi. *Niceph.*

3. Ea autem Papiæ defensio pro ordine à Marco Euangelista non seruato, ad obturanda hæreticorum ora, qui contra ordinem à Marco prætermissum oblatrant, satis est. Marcus enim non ordinem temporum, sed veritatem curauit. Eiusque Euangelium eadem, qua nunc legitur, narrationis serie, ab ipso conscriptum fuit. Idem de Matthæo, & Luca dici potest. Solus enim Ioannes ex Euangelistis rerum à Christo gestarum ordinem in Euangelio suo seruat, nec vsquam ab ordine discedit. Vnde Euth. procemio in Marcum: Scire oportet, inquit, quod Euangelistæ interdum quidem Christi doctrinam, & miracula ordine describunt in modum historiæ: quandoque verò ordinem non seruant: id solum studentes, vt quod dictum, aut factum est annuncient.

Solus euangelistarum Ioannes ordinem seruat. *Eut.*

4. Adhæc quod inter Euangelistas narrationum sit varia dispositio, facilè concedit Tertul. lib. 4. aduers. Marc. ca. 2. Prætcrea Ioannes Euangelista aliter quam cæteri suum Euangelium auspicatus est, & alium ordinem in eo seruat. Priùs enim agit de diuinitate Christi, quam humanitate. Cuius rei causam habet Chrysost. homil. in psal. 44. & homil 1. operis imperfecti. & ho. 3. in Ioan. Eandem rationem habet Gregorius lib. 1. in cap. 1. lib. 1. Reg. Eandem indicat Basil. lib 2. aduersus Eunomium: Necessariò, inquit, Euãgelista Ioannes, cum vltimus ad scribendum venisset, super omne sensibile, ac tempus, quod sensibilia sequitur mentem extollens; imo virtute spiritus eleuatus, ad ipsum accessit, qui vltra omnia est &c. Matthæus generationis Christi secundum carnem interpres factus est; Marcus Ioannis prædicationem initium Euangelij fecit; & ipse Lucas per initia corporalia ad diuinitatis doctrinam accessit.

Tert. Cur Ioãnes aliter Euãgelium incipiat, quã alij. *Chrysost.* *Greg.* *Basil.*

5. Quod dicit Chrysostomus ho. 1. operis imperfecti Ioannem necessariò incepisse à diuinitate Christi; quia scribebat gentilibus, qui Deum habere filium nesciebant; videtur posse refutari: quoniam de Marco, & Luca idem dici posset; quin etiam de Matthæo forte; nam etiam Iudæis, quibus scripsit Matthæus, ignotum erat, Deum habere filium.

Chrysost.

6. Quod habet Chrysost. in psal. 44. bonum quidem est; verùm non sufficit, nisi etiam addantur quæ à Basilio, & Gregorio dicta sunt.

Chrysost.

7. Ean-

7. Eandem inter Euangelistas diuersitatem expressit Chrysost. etiam hom. 1. in Matthæum his verbis: Neque enim, inquit, ab inferioribus cœpit Ioannes, vt cæteri: sed ad superiora continuò, ad quæ vrgebatur, ascendit. *Chrysost.*

8. De hoc eodem argumento ita scripsit Chrysost. hom. quoque 3. in Ioannem: Quanam ratione, quum reliqui Euangelistæ ab humanitate Christi suum orsi sunt Euangelium &c. Ioannes id breui prosequens, his verbis significauit; *Et verbum caro factum est* &c. Et reliquis prætermissis omnibus, conceptione, partu, educatione, incremento, quam primum supernam nobis generationem aggreditur. Cur ita fecerit, iam vobis aperiam. Quum reliqui Euangelistæ circa carnem immorati essent, timendum erat ne idcirco nonnulli nihil altum, sed terrena duntaxat, & caduca coniectantes, in ea solum doctrina confirmarentur: quod & Paulo Samosatensi contigit. Ex hac igitur humilitate qui lapsuri erant in cœlum erectis, non immeritò ab æterna, & diuina essentia facit nobis narrationis principium &c. Ioannes supra omne tempus, & sæculum ascendit, auditorum animos ad id quod in principio erat erigens; neque vsquam eos sinit consistere; neque terminum aliquem ponit &c. Illud autem admiratione dignum est, quod neque Ioannes in ampliori narratione, humanitatem contempsit: neque illi cum huic vacarent, sempiternam omnino siluerunt essentiam. *Chrysost.* *Cur Ioannes potius quam alij à diuinitate incipiat.* *Io. 1. v. 14.* *Error Samosateni.*

9. Audiamus nunc etiam quid in psalm. 44. idem scripserit: Matthæus, inquit, à carne incipit &c. Similiter etiam Lucas, & Marcus: Ioannes autem solus aliter. Quum enim prius dixisset de diuinitate; *In principio erat Verbum* &c. & de ea multum disseruisset; tunc dixit: *Et Verbum caro factum est* &c. Quod si secus ac alij Euangelistæ scriptione vsus est, sic quoque magnam inter ipsos ostendit consensionem. Et quomodo, inquit, fuerit rationi consentaneum, vt sit in eo, quod est contrarium, consensio? an nescis quod comedere repugnat ei quod est non comedere; & bibere ei quod est non bibere; & dare ei quod est non dare? Sæpe autem medicus quoque multa facit eiusmodi, non secum pugnans; sed sibi valdè consentiens. Vnum enim sibi finem proponit ægroti sanitatem. Hoc ipsum etiam vsu venit in Euangelistis. Nam æstas quoque est hyemi contraria; vnum tamen habet finem perfectionem, & maturitatem fructuum. Iam verò vniuersus quoque mundus constat ex contrarijs. Christus etiam via Ioanni contraria ingressus est: ille enim comedebat: hic verò non comedebat &c. sed etsi erant quæ fiebant contraria; vnum tamen finem respiciebant, nempe eorum, qui sagena erant capiendi, salutem. Ita etiam hic ordo diuinitatis, & humanæ susceptæ naturæ, etsi secus ac ab alijs ab Ioanne introductus est, id tamen eis valdè conuenienter factum est. Et quomodo? Dico ego, quod in principio quidem cum sermo nondum esset disseminatus, consentaneum erat versari in explicanda humanitate, & de carne do- *Chrysost.* *Io. 1. v. 1. 14.* *Luc. 7. v. 33.* *Matth. 13. v. 47.* *Ratio diuersi ordinis seruati ab Euangelistis.*

 ctrinam

ctrinam aperire, à craßioribus & ſenſilibus ducentes exordium: ſed poſtquam introducta fuerat ſcientia, & prædicationem iam ſuſceperant; erat deinceps tempus oportunum ab alto inchoandi &c.

Nazianz. 10. In eandem ſententiam diſputauit Nazianzenus oratione 30. quæ eſt in laudem Baſilij, cum ait: „Neque Euangeliſtas idcirco inter ſe pugnare „dixerimus, quoniam alij ab humana natiuitate, alij ab his rebus, quę naturã „noſtram ſuperant, opus ſuum auſpicati ſunt: ſic videlicet prædicationem „inter ſe partiri, vt eorum, qui eam excipiebant, vtilitas ferebat; atque à ſpi„ritu, quem domeſticum habebant, ita informati, edoctique.

Cur Matthæus ab humana Chriſti generatione incepit. 11. Cur autem Mat. Euangelium ſuum ab humana Chriſti generatione inceperit, hanc adfert rationem Chryſoſt. prol. operis imper. in Matth: Quod, inquit, ab humana eius cœpit natiuitate, & humanam eius generationem expoſuit, compulit impia impudentia Iudæorum denegantium IESVM CHRISTVM de Dauid ſemine ducere genus. *Chryſoſt.* Et hom. 1. in Mat: Idcirco Matthæus, ait, vtpote Iudæis ſcribens, nihil amplius ſtuduit oſtendere, quam quod ex Abrahæ, & Dauid Chriſtus ſtirpe deſcen- *Chryſoſt.* „deret. Et paulo poſt: Statim ab ipſa generatione Chriſti ſumit exordium. „Nihil enim magis delectare Iudæum poterat, quam ſi Chriſtum Abrahæ, „& Dauidis nepotem eſſe diceret.

„ 12. Lucas verò diuerſè; nam prius multa commemorat; & tunc de„mum generationum catologum texit: & quia omnibus in cõmune loque„batur, ſermonem ſuperius extendit, ad ipſum vſque Adam generationes „retrorſum numerando perueniens.

13. Inſuper Matthæus potiſſimum doctrinam ſpectauit, tradereque uoluit: ad doctrinæ verò confirmationem geſta, & miracula retulit. Ideòque prolixior eſſe ſolet in explicanda doctrina; eamque libenter anticipat, & præponit: in miraculis autem, & rebus geſtis ſuccinctior. Noluit etiam eorum, quæ ante vltimum aſcenſum in Hieruſalem ex Galilæa ſunt acta in Iudæa, facere mentionem. Et ea forte eſt interruptæ narrationis cauſa.

14. Marcus obiter doctrinam inſperſiſſe videtur, idque egiſſe, vt hiſtoriam ſcriberet. Vnde ferme prolixior eſt in miraculis, & rebus geſtis, & ſuccinctior in doctrina.

15. Porrò Lucas diligens eſt in miraculis; nec minus in doctrina: ſed doctrinam maximè poſtponit; vel eo præcipuè loco, vbi tradita eſt, exponit. Alios etiam Euangeliſtas, quos in ſcribendo ſecutus eſt, aliquando vbi periculum eſt, ne non ſatis, quod ad hiſtoriam attinet, intelligantur, explanat.

16. Denique Ioannes vix aliquid eorum attigit, quæ ab alijs tribus, quos uiderat, & approbauerat, ſcripta erant: hoſque ſermones maximè proponit, in quibus Dominus de ſua diuinitate diſſerit. Tempora etiam, & annos, feſtaque, præſertim Paſchalia, diligenter annotat. Adhæc, multa intermittere omnibus Euangeliſtis eſt commune. Habent etiam ſinguli quædam propria.

17. Solus

17. Solus Ioannes præcipua acta primi anni, & quę in Iudęa gesta sunt ante Galilæam vltimò relictam, describit. In eo etiam quatuor Euangelistæ conueniunt, quod scribant historiam Euangelicam, hoc est, dicta & facta Domini nostri IESV CHRISTI proponant; non nudè & historicè tantum; sed vt doctrinam, qua credamus quod IESVS *est filius Dei; & vt credentes vitam habeamus in nomine eius*, vt ait Ioannes. Ad hoc enim omnia pertinent. Et eiusmodi doctrina non tantùm est Euangelica, sed etiam Euangelium. *Ioan. 20. v. 31.*

18. Tres Euangelistæ primi non meminerunt festorum, quibus sæpe Dominus iuit Hierosolymam: nec ex eis deprehendi potest quid post hoc, aut illud festum sit gestum à Domino; aut quot annis docuerit: quæ Ioannes diligenter est persecutus. In quo etiam licet animaduertere Dominum maximè in Iudæa, & potissimum in festis Paschalibus suam diuinitatem, & profundissima mysteria proposuisse, adeò vt tertiò paschate cum mansisset in Galilæa, Capharnai mysteriũ Eucharistiæ proposuerit. De istis hactenus. *Io. 6. v. 32.*

Cur scriptum sit Euangelium.

CAPVT 34.

DICET fortasse quispiam, quid necesse fuit Euangelium scribere, pręsertim cum Christus dominus non dixerit; Euangelium scribite; sed prædicate: olimque promiserit, se non in tabulis lapideis: sed in cordibus hominum legem suam scripturum? Respondeo primum melius quidem esse, in corde scriptum habere Christi Euangelium, quam in libro, & charta. Deinde quod oportuerat nos Christianos, vt apertè notauit Chrysost. hom. 1. in Mat. non indigere literarum auxilio: sed tam puram habere vitam,& tam mundum cor spiritu Dei purificatum possidere,vt librorum vice gratia, & vnctione Spiritus Sancti vteremur; & sicut atramento illi, ita corda nostra inscriberentur à spiritu: alijsque postea Euangelium viua voce traderemus. Ideò etiam Christus nihil scripsit; sed ore prædicauit. Quia verò hanc à nobis gratiam excussimus, age, vel ad secundam nauigationem animum adijciamus; & secundas diuitias, quibus Euangelium per scripturam traditum est, non contemnamus. *Chrysost.*

2. Et quidem quod primum illud fuerit profectò sublimius; & ex verbis suis Deus, & ex operibus, non solum olim ante Christum natum, sed etiam tempore noui testamenti, seu gratiæ ostendit. Siquidem magni illi, atque diuini viri, vtpote Noë, Abraham, eiusq; posteri, Isaac, Iacob,& alij, Iob, Moyses,& similes,qui ante datam Moysi legem vixêre, non ex litteris, & libris discebant: sed munda præditi mente, Sancti Spiritus illustratione illuminabantur; neque per literas, sed per semetipsum Deus eis locutus est: quia scilicet munda eorũ corda repererat. Atque in hunc modum Deo

cum

cum illis ore ad os colloquente, quæ Deo placita erant, cognoſcebant.

Neceſſitas literarum à peccato &c.

3. Poſtquam verò Dei populus in vitiorum ima dilapſus eſt, & deteriores facti ſunt homines, ac indigni, qui à Spiritu Sancto erudirentur, & docerentur; conceſſit tandem miſericors Deus ſcripturas, vt vel per illas diuinæ voluntatis participes eſſent, ac memores; ſuaſque miſerias cognoſcerent. Neceſſariò ſiquidem iam inde literæ dantur, ac tabulæ, & ea, quæ per has adminiſtratur, admonitio. Et hoc non tantum veteris teſtamenti ſanctis, ſed etiam noui accidiſſe perſpicimus. Nunc enim verè nobis euenit, quod olim. Nam Chriſtus ſuis Apoſtolis coram in ſua perſona locutus eſt, & ſpiritus ſancti gratiam doctoris loco miſit: nec ſcriptum aliquid eis tradidit, ſed pro literis, ſancti ſpiritus ſe illis daturam gratiam repromiſit. *Ille*, inquit, *ſuggeret vobis omnia*.

4. Atque vt diſcas, quia hoc multo ſit illo melius, audi Dominum per Prophetam loquentem: *Et diſponam*, inquit, *vobis teſtamentum nouum, dabo leges meas in mente eorum, & in corde eorum perſcribam eas, & erunt omnes docibiles Dei.* Paulus quoque hanc eminentiam deſignando, dicebat ſe accepiſſe legem *non in tabulis lapideis: ſed in tabulis cordis carnalibus*. Quia verò progrediente iam tempore, alij quidem propter dogmata, alij verò propter vitam, & mores grauiter impegerunt; ea rurſus, quę conſtat literis, admonitione fuit opus: quoniam & hæreſes pullulabant, quæ mores noſtros depaſcebantur; & ab impijs puriſſima Chriſti doctrina humanis figmentis conſpurcabatur. Ideoque Deo operæpretium viſum eſt, vt Euangelici libri conſcriberentur; quo diſcentes ab illis veritatem, non ab hæreſum mendacijs deciperemur, moreſque noſtri non omnino peſſundarentur: ſed omnia noſtra & doctrina, & vita ad hanc regulam, tamquam ad lydium lapidem ordinarentur. Quod niſi factum eſſet; quomodo ad nos vſque fides inuiolata perueniſſet? nam ſi etiam nunc, cum mundus ſacrorum bibliorum libris plenus eſt, diabolus tamen quaſi vi quadam, veritatem è manibus extorquere conetur; quid fieret, ſi nulla eſſet ſcriptura? mirum enim in modum ſcripturam odit; nec immeritò. Nam vbique per illam traducitur, & manifeſtatur, alioqui ſub boni ſpecie latitaturus.

Nolle ſcripturis vti dementia eſt.

5. Iam verò conſidera quam ſit extremæ omnino dementiæ, vt qui tanta deberemus vitæ perfectione pollere, vt nihil prorſus litteris egeremus; ſed ſcribenda ſpiritu ſancto corda pro paginis præberemus: quale, inquam, eſt, ſi poſteaquam primam illam perdidimus dignitatem, atque eò redacti ſimus, vt ſcriptis indigeamus; ne ſecundo quidem remedio ad noſtram vtamur ſalutem? ſi enim literis egere, & non gratia ſpiritus ſancti ſplendere culpabile eſt; vide quanti ſit criminis, nec per illud auxilium velle proficere: ſed quaſi fruſtra ac vanè poſita cœleſtia ſcripta deſpicere, & maius abſque dubio ſubire ſupplicium. Non eſt igitur quod ſcripturam quis ſubſannet: ſed eſt vnde gratias agat.

Theoph. *Iren.*

6. His ſimilia Theophyl. præfat. in Mat. refert. Iren. lib 3. aduerſus hæreſes cap. 1. teſtatur Euangelium per Dei voluntatem in ſcripturis nobis traditum,

traditum, fundamentum, & columnam fidei nostræ futurum. Macar. hom. 39. habet cur scriptura nobis a Deo donata sit. Aug. lib. soliloq. cap. 1. scripturam memoriæ subsidium esse dicit. Lib. 13. confess. cap. 15. docet Angelos non egere scriptura, nec indigere legendo cognoscere verbum Dei: Quia semper vident faciem Dei, & ibi legunt sine syllabis temporum, quid velit æterna voluntas. De hac re plura superius cap. 30. *Macar.* *August.*

De falsis Euangelijs quæ, & quot sint.

CAPVT 35.

DE NVMERO Euangeliorum, ac Euangelistarum; & primò quidem de falsis Euangelijs quæ, & quot sint, nunc agendum videtur. Imprimis ergo illud sciendum, & obseruandum est, quod in primitiua Ecclesia multi pseudo-Euangelistæ surrexerint, qui fingentes Euangelia scripserunt; vt Lucas in Euangelij sui principio indicat. Nimirum Basilides, & Apelles, vt constat ex Hiero. Origen. Ambros. & Beda, locis, quæ paulo inferius in medium adducuntur. Item Cerinthus, Merinrhus, & alij, vt colligitur ex Epiphanio hæres. 51. Gelasius Papa in decreto suo dist. 15. cap. sancta Romana. Pseudo Euangelia nouem enumerat, quæ ab Ecclesia non recipiuntur, videlicet Euangelium nomine Thaddæi; Euangelium nomine Matthiæ; Euangelium nomine Petri Apostoli; Euangelium nomine Iacobi minoris; Euangelium nomine Barnabæ; Euangelium nomine Thomæ quo vtuntur Manichæi; Euangelium nomine Bartholomæi Apostoli; Euangelia quæ falsauit Lucianus; & Euangelia quæ falsauit Hesychius. *Luc. 1.* Euangelia apocrypha. 1. Thadæi. 2. Matthiæ. 3. Petri. 4. Iacobi. 5. Barnabæ. 6. Thomæ. 7. Bartholomæi. *Gelas.* *Hieron.* 8. Luciani. 9. Hesychij.

2. Asserit tamen Gelasius fuisse plura; sed illa pauca ex multis, ad suam venisse memoriam; eaque vitanda esse Catholicis. Porro Hiero. procemio in commentarios super Mat. Pseudo Euangelia septem recenset, tria quidem ex ijs, quæ Gelasius expressit, nempe Euangelium iuxta Thomam; Euangelium iuxta Matthiam, & Euangelium iuxta Bartholomæum. Quatuor verò alia, scilicet Euangelium iuxta Ægyptios; Euangelium duodecim Apostolorum; Euangelium Basilidis; & Euangelium Apellis; quorum Gelasius non meminit. Hiero. ibidem ait fuisse multo plura, quæ, inquit, enumerare longissimum esset. 6. Thomæ. 2. Matthiæ. 7. Bartho- 10. Ægyptiorum. 11. Duodecim Apost. 12. Basilidis. 13. Apellis. *Hiero.*

3. Orige. ho. 1. in Lucam pseudo-Euangelia quinque, minimè tamen à positis diuersa, enumerat, videlicet Euangeliũ secundum Ægyptios; Euangelium iuxta duodecim Apostolos; Euangelium Basilidis, Euangelium secundum Thomam; & Euangelium iuxta Matthiam. Alia vero plura se legisse ibidem asserit. In ca. 13. Mat. ponit etiam Euangelium iuxta Petrum. tract. 8. in Mat. testatur Euangelium secundũ Hebræos, nullius esse auctoritatis, & ab Ecclesia reijci. Orige. igitur pseudo-Euãgelia septem notauit. *Origen.* 10. Ægyptiorum. 11. Duodecim Apost. 12. Basilid s. 6. Thomæ. 2. Matthiæ 3. Petri. 16. Hebræorum.

Ambros. 11. Duodecim. 12. Basilidis. 6. Thomæ. *Epiphan.* 2. Matthiæ. 14. Philippi. 15. Iudæ. 16. Hebræorum. 17. Tatiani

4. Ambros. quoque initio expositionis in Lucam, ex pluribus pseudo-Euangelijs quatuor exprimit, scilicet Euangelium duodecim; Euangelium secundum Basilidem; Euangelium secundum Thomam; & Euangelium secundum Matthiam. Epiphan. hæres. 26. ponit Euangelium secundum Philippum, quod à Gnosticis confictum esse putat. Hære. 38. de Euangelio Iudæ proditoris loquitur. Et hæres. 46. meminit Euangelij secundum hebræos; & refert à Tatiano confectum esse librum ex quatuor Euangelijs, quem aliqui vocant Euangelium secundum hebræos.

Iren. 15. Iudæ. *Clemens.* 10. Ægyptiorum.

5. Ireneus lib. 1. aduersus hæres. cap. 35. meminit etiam Euangelij Iudæ. Clemens Alexand. li. 3. stroma. pluries Euangelij secundum Ægyptios meminit; eoque vsos dicit hereticos Tatianos; ac in eo reperiri, quod in traditis nobis quatuor veris Euangelijs non habetur.

Euseb. 3. Petri. 6. Thomæ. 2. Matthiæ. 16. Hebræorum. 3. Petri. 6. Thomæ.

6. Euseb. lib. 3. hist. cap. 19. quatuor pseudo-Euangelia ponit, quæ sunt Euangelium Petri; Euangelium Thomæ, Euangelium Matthiæ, & Euangelium secundum hebræos. Hæc omnia (inquit) in earum scripturarum numerum referantur, quibus à plerisque contradicitur. Lib. 3. ca. 3. asserit Euangelium quod secundum Petrum appellatur, inter scripturas Catholicas, & approbatas minimè numerari. Lib. 4. hist. ca. 27. à Tatiano elaboratum esse opus quod Diatessaron appellauit, quo vnum ex quatuor Euangelium contexuit, affirmat.

Damas. *Niceph.* 17. Tatiani.

7. Cyrillus Hierosol. catech. 4. & 6. apocryphi Euangelij Thomæ facit mentionem; eundemque Thomam ait fuisse Manetis discipulum; non Christi Apostolum. Et Ioannes Damascenus orat. 2. de imaginibus dicit Manichæos Euangelium secundum Thomam conscripsisse. Nicephor. li. 4. hist. ca. 4. dicit Tatianum hæreticum quatuor Euangeliorum conciliationem, & concordiam fecisse; eique libro nomen Diatessaron imposuisse latinè Quaternionem diceres.

Leont. 14. Philippi. 6 Thomæ. *Theod.* 3. Petri. 17. Tatiani.

8. Leontius Bisantinus ex Theodoro Abbate lib. de sectis. art. 3. scribit nomine Philippi, & Thomæ Apostolorum conficta fuisse à Manichæis Euangelia. Theodoretus diuino. decreto. lib. 5. testatur Docitas hæreticos pseudo-Euangelio Petri, ad suam ipsorum hæresim cõfirmandam vsos fuisse. Hæretica. fabula. lib. 1. dicit Tatianum composuisse Euangelium, quod dicitur ex quatuor, amputatis genealogijs, & alijs, quæ Dominum ex Dauide natum esse ostendunt secundum carnem: eoque vsos esse, non solum illius sectæ homines: sed etiam eos, qui Apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes: sed simpliciùs eo tanquam libro compendioso vtentes. Ait deinde se inuenisse plusquam ducentos eiusmodi libros, qui in Ecclesijs habebantur in honore; quos cum omnes simul collectos deposuisset, in eorum se locum Euangelia quatuor Euangelistarum reposuisse. Tatianus igitur dolosè sic vnum ex quatuor compegit, vt multa quæ de Christi carne ab Euangelistis prodita erant, reliquerit. Quippe qui Marcionis semel malè imbutus tinctura, quæcunque valuit, pro eius dogmatibus facere, non prætermisit. Ex Theodoreto igitur manife-

manifestum est Tatiani Euangelium falsis annumerandum esse.

9. Beda in ca. 1. Lucæ ex falsis Euangelijs sex nominauit, quæ sunt. Euangelium Thomæ; Euangelium Bartholomæi; Euangelium Matthiæ; Euangelium duodecim Apostolorum; Euangelium Basilidis; & Euangeliũ Apellis. Theophylactus in perfat. Sancti Lucę inter pseudo-Euangelia dicit vnum fuisse, quod appellatur Euangelium secundum Ægyptios; & aliud, quod secundum duodecim vocatur. Athanasius sub finem synopsis inter libros peruersè scriptos, nothos, & reprobos, numerat Euangeliũ Thomæ.

Bed. 6. Thomæ. 7. Bartholomæi. 8. Matthiæ. 11. Duodecim. 12. Basilidis. 13. Apellis. *Theoph.* 10. Ægyptiorum. 11. Duodecim. *Athanas.*

10. Titus Bostrorum Episcopus in ca. 1. Lucæ, Euangelium secundum Ægyptios, & Euangelium secundũ duodecim Apostolos, inter apocrypha reijcit; aliaque permulta esse testatur, quæ Ecclesia non recipit. Epiphan. hæres. 51. tradit Cerinthum, & Merinthum inter eos fuisse, de quibus Lucas ait, quod Euangelium scibere conati sint: ergo etiam hi falsa Euangelia conscripsère.

Titus. 6. Thomæ. 10. Ægyptiorum. 11. Duodecim. *Epipha.* 18. Cerinthi. 19. Merinthi. *Luc.* 1.

11. Ex his igitur manifestum est apud veteres Ecclesiasticos scriptores nouemdecim apocrypha Euangelia nominari. Verum de Euangelio secundum hebræos, an apocryphum sit, dubium quoddam esse potest. Nam Beda in præfat. Lucæ, illud dicit numerandum inter Ecclesiasticas historias; non inter apocryphas: eo quod Hieron. pleraque ex eo testimonia vsurparit; & ipsum in latinum, græcumque sermonem transtulerit. Sed in hoc Bedæ assentiri non possumus. Nam constat ex Origene tract. 8. in Matth. ex Euseb. lib. 3. hist. ca. 19. & ex Hiero. initio lib. 3. aduers. Pelag. Euangeliũ secundum hebræos nullius esse in Ecclesia auctoritatis. Deinde cum Hieronymi testimonio in plerisque locis ab eo citatis, appareat nonnulla in eo diuersa ferri ab his, quæ reperiuntur in Matthæi Euangelio, quo Eccesia vtitur; periculosum est id in aliam, quam in apocryphorum classem referre: eo quod non nisi vna possit esse veritas.

An Euangelium secundũ hebræos apocryphũ sit. *Beda.* *Origen.* *Euseb.* *Hieron.*

12. Sanè Hiero. lib. 3. aduers. Pelag. dicit Nazarenos vti Euangelio iuxta hebræos; illudque idem esse cum Euangelio secundum Apostolos; & asserit illius Euangelij testimonijs vti licere ad antiquitatem; non ad auctoritatem: narrat ibidem illud Chaldaico, Syroque sermone, sed hebraicis litteris scriptum, in Cæsareensi Bibliotheca haberi; de scriptoribus Ecclesiast. in Matthæo, dicit Nazaræos vti illo eodem Euangelio, idipsumque asseruari in Cæsareensi bibliotheca; & sibi factam à Nazaræis illud describendi facultatem. In Iacobo fratre Domini, testatur Euangelium, quod secundum hebræos appellatur, à se in Græcũ, latinumque sermonem translatum esse: ac sæpe Origenem eo vti consueuisse. In ca. 12. Matth. dicit Euangelium, quò vtuntur Nazareni, & Ebionitæ se in græcum, de hebræo sermone transtulisse; illudque vocari autenticum Matthæi in caput. 5. ad Ephes. Euangelium hebraicum citat. Hoc autem hebraicum Euangelium Matthæi, quo Nazaræi vtebantur, non solum ab Hieronymo: sed etiam ab Epiphanio hæres. 46. Euangelium secundum hebræos appellari consueuit.

Hieron. Euangeliũ Nazareorum. *Epiph.*

13. Euangelium quoque Ioannis translatum antiquitus in hebraicum, & Tyberiade in gazophylacio Iudæorum tempore suo asseruatum, auctor est Epiphanius hæres. 30. Verum illud non est, quod Hieron. Epiphan. & alij Euangelium secundum Hebræos appellare soliti sunt: sed aliud, nempe Matthæi, de quo etiam loquitur Papias apud Euseb. lib. 3. hist. ca. 33. non de illo hebraico Euangelio Ioannis. Historia autem illa, quam ibi Papias dicit fuisse in Euangelio secundum Hebræos, ab ea, quæ Ioannis 8. narratur, diuersa est. Papias enim fœminam illam dicit multorum criminum accusatam: Ioannes verò habet eam, de qua ipse loquitur, vnius tantum facinoris insimulatam.

Papi. *Euseb.*

Euseb. 14. Euseb. lib. 3. hist. cap. 21. asserit Ebioneos solo Euangelio, quod secundum Hebręos dicitur, vti; cęteraque Euangelia non magno ęstimare. *Hieron.* Hieron. in ca. 12. Matth. dicit multos putare hoc esse authenticum Euangelium Matthæi; ipseque horum errorem sequi videtur de scriptoribus Ecclesiasticis in Matthæo; similiter & Epiphan. hæres. 29. Nazarenorum, vbi testatur Nazaræos habere Matthæi Euangelium hebraicè perfectissimum, quemadmodum ab initio hebraicis litteris scriptum erat. hæres. 30. dicit Ebioneos, Cerinthum, & Merinthum vti solum Euangelio Matthæi corrupto, & mutilato, quod Euangelium secundum Hebræos appellant. Idem ait hæres. 28. de Cerinthianis. Pro maiori horum elucidatione sciendum est, quod qunm Euangelij secundum Matthæũ plura exscripta essent, etiam ante Apostolorum diuisionem exemplaria; Nazaræi quoque illud nacti sint. Erant enim complures, qui cum ex Iudæis facti essent Christiani, & legem cum Euangelio seruandam esse contenderent, ab Ecclesia eiecti sunt.

Hieron. *Epiphan.* *Nicephor.*

15. Hi Euangelium Matthæi, quod semel acceperant, aliquamdiu illibatum, incorruptumque seruarunt, vt scribit Epiphanius hære. 29. Istudque ipsum se Hieronymus in latinum sermonem transtulisse testatur de scriptor. Eccles. in Matth. & in ca. 12. Mat. & alibi. Nec tantum Nazaręi: sed etiam Ebionæi Cerinthus, & Carpocras Euangelium Matthæi describserunt, teste Epiphan. hæres. 30. ac etiam illud deprauârunt, corruperunt, mutilarunt. Niceph. lib. 2. hist. cap. 46. Euangelium secundum Petrum; Euangelium secundum Hebræos, quo in primis qui in Christum ex Hebræis crediderunt, sunt delectati; Euangelium Thomæ, & Euangelium Matthæi illegitima, & adulterina esse asserit.

3. Petri. 16. Hebræorum. 6. Thomæ. 2. Matthiæ. Euangeliũ Hebræorũ non est duodecim Apostolorum.

16. Euangelium secundum Hebræos non videtur esse idem, cum Euangelio secundum duodecim Apostolos: hoc enim nec Beda nec Hieron. vnquam inter apocrypha recensere dubitauit: secus verò de priore. Sed forsitan Euangelium secundum Hebæos idem esse videtur cum Euangelio Nazaræorum. Clem. lib 2. stroma. mentionem Euangelij secundum Hebræos facit, & ex eo sententiam vnam adducit: vt etiam ex Matthia adhortante in traditionibus.

Clem. An idem sit Euangeliũ secundum hebræos, & Nazaræorum.

20. Nicodemi.

17. Nonnullis fortè mirum videri potest à nullo ex citatis, Euangelij Nicodemi

Nicodemi factam esse mentionem: sed nec illud alicuius in Ecclesia auctoritatis est. Porro sancta Dei Ecclesia diuino spiritu illustrata, hæc omnia Euangelia tanquam apocrypha reijcit, vt ais Gelasius. Hiero. Cyril, catech 4. Beda, & alij. Abscondantur magis, quam legantur (inquit Athan. sub finem synopsis,) Euangelia extra quatuor illa, quæ tradita nobis sunt. In his omnibus, inquit Origines hom. 1. in Luc. nihil aliud probamus, nisi quod Ecclesia; id est, quatuor tantùm Euangelia recipienda.

Gelas. Hieron. Cyril. Bed. Athanas. Origen.

De veris Euangelistis, & Euangelijs, qui, quæ, & quot sint.

CAPVT 36.

IRENEVS lib. 3. aduers. hæres. cap. 11: Neque autem plura (inquit) numero quam hæc sunt, nempe Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis; neque rursus pauciora capit esse Euangelia. Hoc ipse aliquoties repetit. Origen. hom. 1. in Luc. & tomo 1. præfat. in Ioannem, testatur Ecclesiam Dei habere quatuor Euangelia, non plura nec pauciora. Tertul. lib. 2. aduers. Marc. ca. 2. & lib. 4. ca. 2. habet quatuor esse veros Euangelistas, duos nimirum Apostolos, & totidem Apostolicos, videlicet Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Cyril. etiam Ierosol. catech. 4. docet quatuor tantum esse noui testamenti Euangelia. Itaque sacratissima quatuor Euangelistarum volumina, nempe Matthęi, Marci, Lucę, & Ioannis sancta Dei Ecclesia suscipit; teste Gelasio, Hieronym. Clem. lib. 2. const. Apostolic. ca. 61. Eusebio, Tito, Theodoreto in fine præfat. ad historiam sanctorum Patrum, Theophilo Antiocheno lib. 1. allegor. Anastasio Synayta Antiocheno lib. 8. Hexamer. Anastasio Niceno quæst. 65. in scripturam. Sedulio præsbytero. Germano Constantinop. Mose Barcepha & alijs.

Iren. Quatuor Euangelia recepta sunt. *Origen. Tert. Cyril. Gelas. Hieron. Clemens. Euseb. Tit. Theod. Sina.*

2. Niceph. lib. 2. hist. cap. 45. affirmat hæc esse germana, & natiua Apostolorum Euangelia, iam inde ab initio promulgata; & quæ indubitatæ, certæque fidei in Ecclesia habentur. lib. 5. ca. 16. testatur se ex traditione maiorum didicisse, hæc sola quatuor Euangelia certæ esse auctoritatis, & irrefragabilia in Ecclesia Dei, quæ sub cœlo est. Sic etiam concil. Trid. ses. 4. & August. serm. 46. de tempore: Cum, inquit, sint quatuor Euangelistæ; duo sunt ex illis duodecim Apostolis, Id est, Matthæus, & Ioannes; Marcus vero, & Lucas Apostolorum non pares, sed suppares fuerunt.

Niceph. Theoph. Anast. Sedul. Germa. Mose. Niceph. Trid.

3. Cum autem multa valdè scripta, aut ficta sint à tam varijs hæreticis, vt ante dictum est, Euangelia; cur ab Ecclesia quatuor duntaxat recepta sint, iam olim disputatum fuit; & nunc videtur examinandum. Sed in promptu causa est, quia videlicet non plures inuenit diuino spiritu scripsisse.

Cur nec plura nec pauciora quatuor sint Euangelia.

ſiſſe. quod ipſum eodem ſpiritu auctore factum creditur. Cuius ſanè rei plures à ſcriptoribus cauſę afferuntur. Patres namque veteres multis rationibus demonſtrare conati ſunt, non modò quatuor tantum eſſe libros Euangeliorum: verum etiam nec pauciores confici debuiſſe. Huius autem rationes ex myſterijs deſumptæ ſunt. Ex tam multis enim Euangelijs, quatuor ſolum, myſtico, vt creditur numero, Eccleſia probauit: ideoque tantum quatuor indubitatam fidem meruerunt.

1. Ratio ob quatuor mundi partes.

4. Prima itaque ratio, quam auctores vetuſtiſſimi reddiderunt, eſt quod quatuor ſint orbis terrarum plagæ, per quas deferendum erat Euangelium; ſeu quia per Euangelicam doctrinam, Chriſti fides, & notitia per quatuor mundi partes diſſeminanda erat, nimirum ad orientem, occidentem, meridiem, & aquilonem. Ad hoc reſpexiſſe videtur Chriſtus Matth. 24. dicens tum cum finiendum erit Euangelium, electos à quatuor ventis colligendos: & Ioannes Apocal. 7. dum ait, *quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, quatuor cohibere ventos terræ*. Hanc rationem attulit Ireneus lib. 3. aduerſ. hæreſ. ca. 11. & Anaſtaſ. Epiſ. Nicen. quæſt. 65. in ſcripturam iiſdem pæne verbis: Quoniam (inquiunt) mundi, in quo ſumus, quatuor regiones ſunt, & quatuor principales ſpiritus vniuersè, & in genere; & diſſeminata eſt Eccleſia ſuper omnem terram; columna autem, & firmamentum Eccleſiæ eſt Euangelium, & ſpiritus vitæ; ipſa meritò habet quatuor columnas vndique ſpirantes, & flantes incorruptionem, & homines inſtar ignis ſuſcitantes, & viuificantes. Ex quibus manifeſtum eſt, quod verbum opifex omnium, poſtquam ſe hominibus declarauit, dedit nobis quadriforme Euangelium, ſed quod in vno ſpiritu continetur.

Mat. 24. v. 31. Apoc. 7. v. 1. Iren. Anaſt.

Euangeliū quadriforme & vnius ſpirit°.

Theophyl.

5. Eandem rationem habet etiam Theophylact. præfat. in Mat: Alia etiam ratione (inquit) ſunt quatuor Euangelia, propterea quod iſta mundi ſint columnæ: mundi autem in quatuor partes diſtributi, in orientem, occaſum, ſeptentrionem, & meridiem, quatuor etiam conueniebat eſſe columnas.

Auguſt.

6. Latini quoque Patres eam ipſam rationem expreſſerunt. Auguſt. enim lib. 1. de conſ. Euang. ca. 2. ita ſcribit: Iſti quatuor Euangeliſtæ vniuerſo terrarum orbe notiſſimi; & ob hoc fortaſſe quatuor, quoniam quatuor ſunt partes orbis terræ, per cuius vniuerſitatem Chriſti Eccleſiam dilatari, ipſo ſui numeri ſacramento quodammodo declararunt. Et conc. 3. in pſal. 103. tractans illam Petri viſionem, de qua actorum 10. hæc verba ſubdit: Diſcus qui quatuor lineis continebatur, orbis terrarum erat in quatuor partibus. Has quatuor partes ſæpe ſcriptura commemorat, orientem, & occidentem, aquilonem, & meridiem. Ideò quia totus orbis terrarum per Euangelium vocabatur, quatuor Euangelia conſcripta ſunt.

Act. 10. v. 11.

Rich. Iſid.

7. Richardus de ſancto Victore in Apocal. lib. 2. cap. 2. ſcriptum in hunc modum reliquit: Ideò Euangeliſtæ quaternario debuerunt præſignari, quod eorum Euangelia prædicanda erant per quatuor partes mundi. Idem dicit Iſidor. Hiſpal. lib. 6. etymol. cap. 2. & Petrus Damia. ſerm. de Sancto

Sancto Matth. Vbi ſic habet: De hoc nouo, & ſpirituali mundo ſcriptum eſt: *Domini ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.* Orbis enim ſuper terræ cardines ponitur, cum ſancta Eccleſia tanquam ſuper baſes doctrinis Euangelicis ſolidatur: de qua & alibi dicitur; *fundamenta eius in montibus ſanctis*: qui enim illic cardines, hic montes appellati ſunt. Euangeliſtarum numero planè congruit mundi ſitus. Quatuor enim ſunt mundi partes. Non igitur mirum ſi ſpiritualis mundus viſibili huic conferatur, dum nonnullas inuicem habere ſimilitudines dignoſcitur. Eandem rationem habet Ambroſ. lib. 2. de Abraham ca. 9. poſt medium.

Damia. *1. Reg. 2. v.8.* *Pſ.86.v.1.* *Ambroſ.*

8. Secunda ratio, quatuor ſunt Euangelia, ad denorandum quod per Euangelicam doctrinam reſtauranda eſſet quadruplex hominum trangreſſio, nimirum præcepti diuini in paradiſo, legis naturę, legis ſcriptæ veteris, & legis Euangelicæ. Notauit hanc rationem auctor prologi cuiuſdam antiquus in Matth. in quo dicitur quatuor tantum Euangelia habere auctoritatis teſtimonium; quia genus humanum, quadrifida morte peremptum, eorum erat prædicatione viuificandum.

2. ob quadruplicem hominis tranſgreſſionem. *Prolog.*

9. Tertia ratio, quaternario numero definita ſunt Euangelia, ad ſignificandum quod per Euangelij doctrinam habeatur ſufficiens Chriſti notitia quoad naturam eius duplicem, diuinam ſcilicet, & humanam; & quoad duplicem dignitatem, quam eius perſona gerebat, nempe ſacerdotalem, & regiam. Ad hanc rationem reſpexiſſe videtur Origenes in Ioannem to. 1. præfat. dicens: Quatuor ſunt Euangelia, veluti elementa fidei Eccleſiæ, ex quibus elementis totus conſtat hic mundus Deo per Chriſtum reconciliatus, ſicut inquit Paulus: *Deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians*, cuius mundi peccatum ſubſtulit mundus. De mundo enim Eccleſiæ ſermo ille eſt ſcriptus: *Ecce Agnus Dei, qui aufert peccatum mundi.*

3. ob 4. Chriſti perfectiones. *Origen.* *2. Cor. 5. v. 19.* *Io.1.v.29.*

10. Apertiùs autem hanc rationem nobis ante oculos poſuit Rupertus Abbas lib. 1. in Ezech. cap. 7. cum in hæc verba ſcripſit: Hæc quatuor animalia ſunt vnius Chriſti principalia quatuor ſacramenta: Et paucis interiectis: Bene ergo terminũ poſuit magiſtra diſcretio ſedentis in Eccleſia ſpiritus ſancti, ſufficere iudicans quadrigam Euangeliſtarum curſuro per mundum verbo Euangelij Chriſti Dei, & hominis, ſacerdotis, & regis. Iſtos enim non hominis ordinatio: ſed Dei vocatio præparauit.

Rupert.

11. Quarta, Gen. cap. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Hæc quatuor Euangelia, ſunt magna illa quatuor flumina, quæ promanant ex terreſtri paradiſo, hoc eſt, ex ſacratiſſimo Chriſti redemptoris noſtri pectore, ac vniuerſam Eccleſiam Catholicam inundant, altiſque radicibus propagant. ſic Petrus Damianus ſer. de ſancto Luca. Ad eandem figuram alluſit etiam Hiero. proœmio in commentarios ſuper Mat. & Paulinus ep. 12. epigr. 10. Petram ſuper ſtat ipſa Petra Eccleſiæ: de qua ſonorè quatuor fontes manant Euangeliſtæ viua Chriſti flumina. & Cypria. ep. 73. ad Iubaianum cap. 3. Vnde patet quatuor flumina ſignificare quatuor Euangeliſtas. & de ablutione

Gen. 2. v. 10. **4. ob 4. flumina paradiſi.** *Damia.* *Hieron.* *Pauli.* *Cypria.*

Andrea. ablutione pedum cap. 1. & Andreas Creten. Episc. oratione in annunciationem. Aug. lib. 13. de ciuit. cap. 21. quatuor paradisi flumina, quatuor Euangelia possunt intelligi.
August.
5. ob 4. annulos aureos ad portandum arcam.

12. Quinta ratio, Exodi 37. conflati sunt quatuor annuli aurei ad portandum arcam testamenti, qua lex Domini custodiebatur. Hanc causam adfert etiam Hiero. procemio in comment. super Mat. ad eandem allusit auctor præfat. in Marcum inscriptæ Hieronymo, & Petrus Abbas Cellensis lib. 1. mysticæ expositionis tabernaculi Mosaici.
Exod. 37.
Hieron.
Pet.

6. ob 4. angulos arcæ.
Exo. 25.
Hiero.

13. Sexta, hæc sunt velut quatuor anguli arcæ custodis legis, de quibus Exo. 25. 26. 27. & 37. Nam Euangelica doctrina propter sui stabilitatem quadrata est. Huius quoque rationis, & figuræ meminit Hiero. procemio in comment. super Mat.

7. ob numeri quaternarij perfectionem.
Hiero.

14. Septima ratio, ob quaternarij numeri perfectionem quatuor Euangelia recepta sunt. Hanc rationem Hier. in cap. 15. Mat. adfert cum ait: Qui de panibus in perfecto numero aluntur, non sunt quinque, sed quatuor millia; qui numerus semper in laude ponitur, & quadrangulus lapis non fluctuat, & non est instabilis: & ob hanc causam etiam Euan-
„ gelia in eo numero consecrata sunt. Nam Euangelica doctrina propter
„ sui stabilitatem quadrata est. Hactenus Hier. Habet enim Deus in Ecclesia sua administranda rationem huius numeri, vt accommodatè ad hominum consuetudinem, & rerum naturam agat, & loquatur. Sic vsque ad messem sunt quatuor mẽses Ioan. 4. & messis Euangelij colligitur à quatuor ventis terræ Mat. 24. & quatuor Angeli stantes super quatuor angulos terræ, tenent quatuor ventos terrę, Apoc. 7. & quatuor animalia trahunt illustrem illum diuinæ maiestatis currum, Apoc. 4. Ezech. 1. Sic Hier. epi. ad Paulinum quatuor Euangelistas vocat Domini quadrigam, & verũ Cherubim.
Ioan. 4.
Mat. 24.
Apoc. 7.
Apoc. 4.
Ezec. 1.

8. ob 4. animalia.

15. Octaua ratio. hæc quatuor Euangelia sunt quatuor illa sancta animalia de quibus Ezechiel. 1. & Apoc. 4. quæ trahunt illustrem illum currum, cui diuina maiestas insidet, hoc est, Euangelium, in quo maximè diuina maiestas lucet: quæque gradiebantur vbi erat impetus spiritus. Sic quatuor Euangelistæ spiritu sancto repleti, eodemque dictante, tanquam viua illius organa fide, & veritate plena, sacrosancta Euangelia conscripserunt.

16. Multis quidem in veteri testamento figuris quatuor Euangelistas significatos fuisse veteres auctores dixerunt; omnesque figuræ eleganter adaptatæ sunt, & probabiles; hæc tamen quatuor animalium non modò probabilis est; sed certa etiam, ac necessaria, in hoc ipsum à Spiritu Sancto instituta, vt quatuor futuros Euangelistas præmonstrarent. Nec dubium est quin quatuor hæc animalia idem in Ezechiele, & apocalypsi significent. Itaque non sine causa, nec sine diuino afflatu, arbitror, factum est, vt quum Theologi veteres, alij alias quatuor Euangelistarum figuras inuenerint, in hac cuncti conuenerint. Siquidem rarò solent humana ingenia sine Dei spiritu consentire.

17. Hanc

17. Hanc etiam rationem attulit Hiero. procœmio in comment. super Mar. Eadem ratione ad idem comprobandū vtitur Atha. in fine synopsis, ita dicens: Quatuor nobis Euangeliorum libros sacri sanctæ, & Catholicæ ecclesiæ canones sanxerunt; primum secundum Matthæum; alterum secundum Marcum; tertium secundum Lucam; quartum secundum Ioannem, iuxta prophetiam visionis, quam Ezechiel propheta de quatuor Cherubim vidit. Præter ista, non est vllum aliud Euangelium. *Hiero.* *Athanas.* » » » » » »

18. Hac ipsa ratione idem confirmant alij Patres, vt Iren. lib. 3. aduersus hæres. cap. 11. Theophilus Antiochenus lib 1. allegor. Sedulius, Germanus Constantinop. Ambros. lib. 2. de Abraham cap. 9. Aug. lib. 1. de cons. Euang. cap. 6. Rupert. lib. 1. in Ezech. cap. 7. Anastas. Nicenus quæst. 65. Petrus Damia. ser. de sancto Matthæo, & Theophil. argumento in Euangelium secundum Marcum, dicens nobis à Deo traditum quadriforme Euangelium, vno tamen spiritu cōprehensum. Eucherius quæst. 1. in nouum testamentum, & alij. *Ire.* *Theophyl.* *Sedul.* *Germa.* *Ambros.* *August.* *Rupert.* *Anast.* *Nicen.* *Damia.* *Theoph.*

19. Nona, hęc sunt quasi quatuor rotæ in quadriga Domini, quæ eum per Euangelij prædicationem vehit. De his quatuor rotis Euangelistas figurantibus, loquitur sermo diuinus 3. Reg. 7. Ezech. 3. & 10. hanc rationem habet Ireneus lib. 3. aduers. hæreticos cap. 11. Aug. lib. 1. de cons. Euang. cap. 7. Rupert. lib. 1. in Ezech. cap. 7. Auctor cuiusdam prologi in Mat. inscripti Hieronymo. & Petrus Damia. ser. de sancto Mat. ita scribens: Hæc est illa quadriga, in qua Rex gloriæ exultans vt gigas, & potens in prælio, principi mundi huius, qui genus humanum tenebat, occurrit, & lorica carnis armatus illū superueniens vicit, eiusque vasa distribuit. 9. ob quatuor rotas quadrigæ. *3. Reg. 7.* *Ezec. 3. 10.* *Ire.* *August.* *Ruper.* *Hiero.* *Damia.*

20. Huc etiam referri possunt quatuor illæ quadrigæ de quibus Zachariæ 6. Nam quatuor Euangelistæ, quibus quasi quadriga Christus ad hominum corda vehitur, de concordia duorum testamentorum æternitatem annunciantes, ad portandam fidem Domini per mundum, progrediuntur. Ad idem aptari potest illud Cantic. 6. de quadrigis Aminadab, qui interpretatur voluntarius. Christus enim qui sponte venit ad passionem, quatuor Euangelistarum quadriga vehitur ad corda fidelium, quando turbantur ad pœnitentiam. *Zacha. 6.* *Can. 6. v. 11.*

21. Decima est apud August. quæst. 1. ex nouo testamento his verbis explicata: Cur facta, & dicta dominica quatuor voluminibus à quatuor scriptoribus sunt in scripturam digesta? Congruum fuit annum Domini acceptabilem, sicut dixit Propheta, à quatuor voluminibus, veluti quatuor vicibus contineri. Sicut enim annus quatuor temporibus euoluitur, ita vt inuicem sui egeant: ita & gesta, & dicta Domini quatuor libris definita sunt, ita vt alter alterius indigeat: simul autem plenitudine perfecta sunt. Vt autem à quatuor scriptoribus ordinarentur, hæc fuit causa, vt quia temporum diuersa sunt nomina, Euangeliorum quoque diuersa essent vocabula. Et si qua videntur in verbis contraria; sensu tamen non discrepant, per interpretationem aptam causæ. Sicut tempora cum videantur vtique 10 ob 4. anni partes. *August.* *Isa. 61. v. 2.*

» diuersa nomine, aëre, & cursu siderum; in effectu tamen eorum, quæ gi-
» gnuntur, non discrepant. Hactenus ex Augustino.

22. Hanc eandem causam profert in eiusdem rei confirmationem Pe-
Damia. trus Damianus serm. de Sancto Matthæo: Euangelistarum planè numero
» (inquit) congruit temporum cursus, quia totidem sunt temporum diuer-
Sedul. sitates &c. Sedul. quoque poeta Christianus lib. 1. paschalis operis ca. 24.
ac etiam in carmine, quatuor Euangelistarum numero vniuersitatem tem-
porum significari putat. Nam duodecim Apostolos duodecim anni men-
ses; & quatuor Euangelistas quatuor anni tempora, per quæ sol Euangelij
decurrat, designare ait. Ergo vt quatuor sunt anni tempora; sic etiam qua-
tuor Christi Euangelia.

11. ob 4. milites Christi vestimenta diuidentes. *Ambros.*

23. Vndecimam rationem in medium adducit Ambros. lib. de Tobia
ca. 20. cum in hunc modum scribit: Hæc est tunica illa desuper texta, qua
erat indutus Christus, quam scindere non potuerunt illi milites, quos a-
gnoscis. Nullus enim eorum vestimentum Christi scindit, sed diuidit, sicut
» scriptum est: *diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt*
» *sortem.* Diuiserunt sibi Euangelistæ vestimenta eius, & super vestem eius,
» hoc est, super prædicationem Euangelij, qua vestitur hodie Dominus, mi-
» serunt sortem &c. Bene autem de Euangelistis dictum est, quia miserunt
» sortem. Sors enim veluti diuino pendet examine. Et ideò quia non in po-
» testate propria sunt locuti, neque omnes eadem omnia; sed pleraque di-
» xerunt diuersa, quæ alius non dixerat, sancti spiritus gratiam velut sortitò
» illis ea tribuisse cognoscimus, quę loquerentur singuli de operibus Domini
» Iesu, vt eius describenda pro eius nutu gesta diuiderent. Hæc Ambros. Vt
ergo milites quatuor, super vestem Christi miserunt sortem; sic quatuor
Euangelistas esse conueniebat, qui gesta, & dicta eiusdem scriptis con-
signarent.

12. ob 4. virtutes cardinales. *Theophyl.*

24. Duodecima legitur apud Theophylact. præfat. in Mat. vbi dicit
Christum ideò fortassis Euangelia quatuor nobis dedisse; quia quatuor vir-
tutes vniuersales ex eis discimus, fortitudinem, prudentiam, iustitiam, &
temperantiam: fortitudinem quidem cum dicit Dominus: *Ne timueritis*
» *eos, qui occidunt corpus: animam autem occidere non possunt.*
» 25. Prudentiam verò quando admonet: *Estote prudentes vt serpentes.*
» iustitiam autem quando docet: *Sicut vultis vt faciant vobis homines, ita &*
» *vos facite eis.* Temperantiam quoque, quando affirmat: *Omnis qui aspexerit*
» *mulierem vt concupiscat eam, iam mœchatus est eam in corde suo.*

13. ob 4. que proponuntur. *Theoph.* 14. ob 4. de quibus Euangelia contexuntur.

26. Decimam tertiam rationem, eodem in loco Theophylact refert
his verbis: & alia item ratione quatuor sunt Euangelia, quoniam quatuor
hæc complectuntur; dogmata, præcepta, minas, & pollicitationes: & ijs
quidem, qui dogmatibus crediderunt, ac præcepta seruarunt, futura bona
pollicentur; ijs vero, qui dogmatibus non crediderunt, aut præcepta non
custodierunt, futura comminantur supplicia.

27. Decima quarta superiori est affinis, quam desumpsimus ex quadam
præfatione

præfatione in Marcum, quæ Hieronymo inſcribitur. Ibi enim ſic habet: Quatuor ſunt qualitates, de quibus ſancta Euangelia cõtexuntur, præcepta, mandata, teſtimonia, exempla. in præceptis iuſtitia, in mandatis charitas, in teſtimonijs fides, in exemplis perfectio conſiſtit. Præcepta ſunt hæc; *In viam gentium ne abieritis*, hoc eſt diuertere à malo. Mandata hæc ſunt; *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem*, hoc eſt, facere bonum, & charitatem implere. Teſtimonia ſunt, *quæ in ore duorum, vel trium teſtium ſtant*; vt eſt illud; *Ioannes teſtimonium perhibet de me, ſed habeo teſtimonium maius Ioanne* &c. Exempla verò ſunt, quibus Ieſum imitantur dicentem: *Diſcite à me quia mitis ſum* &c. *Eſtote perfecti* &c. *Exemplum dedi vobis* &c.

Hieron. » » » » » » »

28. Decima quinta ratio eſt, ſicut erant quatuor columnæ de lignis ſetim, de quibus ad Moyſen, cum in typo Eccleſiæ tabernaculum figeretur; locutus eſt Dominus Exod. 26. & 36. ſic congruum erat eſſe quatuor Euangelia. Eam rationem poſuit Damian. ſerm. de Sancto Matth.

15. ob 4. columnas. *Exo. 26. 36. Damia.*

29. Decima ſexta quemadmodum ſunt *quatuor venti cæli, qui egrediuntur vt ſtent coram dominatore vniuerſæ terræ*, iuxta id quod Zachariæ 6. dicitur; ita quoque ſunt quatuor Euangeliſtæ, qui cæleſtem, ac ſalutarem doctrinam cordibus hominum inſufflant. Ad hanc rationem alludere videntur Irenæus, Germanus Conſtantinop. Et Anaſtaſius Nice. ante citati.

16. ob 4. cœli vẽtos. *Zacha. 6. v. 5. Iren. Germa. Anaſt.*

30. Decima ſeptima, vt Iacob vxores quatuor habuit Gen. 30. ex quibus peculiaris ortus eſt Dei populus: Ita quatuor ſunt Euangelia, ex quorum doctrina fidelium multitudo propagata eſt.

17. ob. 4. vxores Iacob.

31. Decima octaua, ſcala Iacob, per quam Angeli aſcendebant, & deſcendebant, Gen. 28. habebat quatuor extremitates; quibus non malè quatuor Euangelia deſignari putantur. In his enim Dei ſcientia, & voluntas, per quam Doctores aſcendunt contemplando ardua, & deſcendunt humilia annunciando, innixa firmiter continetur. Duæ ſuperiores extremitates cælum tangunt, & ad cæleſtia pertinent, vt Ioannis, & Lucæ Euangelia: duæ vero infimæ terræ adhærent; quia de Chriſti humanitate, & regia dignitate agunt, vt Matthæi, & Marci Euangelia.

18. ob ſcalæ Iacob extremitates quatuor. *Gen. 28. v. 12.*

32. Decimam nonam indicat rationem Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſ. ca. 11. dicens: Qualis eſt animalium forma, talis eſt etiam character Euangelij. Nam quadriformia animalia, quadriforme eſt Euangelium. Et propterea homini data vniuerſè, & in genere quatuor teſtamenta; vnum quidem ante cataclyſmum ſub Adam; ſecundum verò poſt cataclyſmum ſub Noë; tertium verò legiſlatio ſub Moyſe; quartum verò per Euangelium. Idem fere habet Anaſtaſius quæſt. 65. & Germanus Conſtantinop.

19. ob 4. teſtamenta. *Iren.* » » » *Anaſt.*

33. Vigeſima ratio ob quatuor ſpecies odoriferas de quibus Exod. 30. vt habet Emiſ. vel potius Eucherius Lugd. hom. in dedicatione Eccleſiæ.

Germa. 20. ob 4. odores.

34. Aliam indicat Theodoretus in ca. 47. Ezech: ſcire (inquit) operæpræcium eſt, quater illum dimenſum fuiſſe, & diuinis Euangelijs æqualem numero menſuram adhibuiſſe. Euangeliſtæ ergo ſunt quatuor ob quatuor illas dimenſiones apud Ezech. adhibitas.

21. ob 4. dimenſiones. *Theod. Ezech. 47.*

 35. Poſtrema

Ruper. 35. Postrema ratio est apud Rupert. lib. 1. in Ezech. ca. 7. vbi sic habet: Verè laudabilis, & veneratione digna est sanctæ Ecclesiæ studiositas, atque diligentia, quæ, etsi Euangelia multi scripserint, vt etiam Lucas in sua præfat. testatur, plures tamen hoc numero quaternario Euangelistas habere noluit. Aliorum enim Euangelia & deciderunt, nec recepta sunt: ne videlicet materiam tantæ maiestatis, turba scriptorum suo humano sensu scribentium, vilem redderet, multitudineque rerum mentes, & aures hominum vsque ad fastidium implendo, oneraret. tum etiam quia noluit Ecclesia Dei præfinitum cassari numerum, propter virtutem sacramenti. August. lib. 18. de ciuit. ca. 41. eandem rationem adsignauit, dum ait: Ipsi sanè pauci esse debuerunt, ne multitudine vilesceret, quod carum religione esse oportebat.

12 Ne res vilesceret. Luc. 1.

Cur non sint recepti plures Euãgelistæ quã quatuor.

August.

36. Admodum sanè pia, & erudita est hæc speculatio, qua Euangelia quatuor patres adumbrari philosophantur per quatuor mundi plagas, per quatuor Principes spiritus, per Cherubim quadriformia, per quatuor paradisi flumina, per quatuor aureos arcæ annulos, per quatuor testamenta, per quatuor dimensiones, & per alia quædam; aduersus hæreticos, qui vel plura, vel pauciora quatuor esse volebant Euangelia. Iam tandem hanc materiam ipsorum Irenæi, Anastasij, Germani, & Hieronymi verbis concludamus: Quum hæc ita se habeant, vani, & stolidi sunt omnes, indocti, imperiti, & præterea nimis audaces, qui abrogant, & abolent formam Euangelij: & plura, vel pauciora inferunt Euangelia, quam quæ dicta sunt. Quod autem sola vera, & firma; & non capit neque plura, quam quæ prędicta sunt, neque pauciora esse Euangelia; per tot, & tanta ostendimus. Etenim cum omnia composita, & apta Deus fecerit; oportebat & speciem Euangelij bene compositam, & bene compaginatam esse. Sic Iren. & post eum Anastas. & Germa.

Iren. Anast. Germa. Hieron.

Hiero. 37. Hiero. verò proœmio in comment. super Matth. post citatas illas duas Ezechiel. & Ioannis de quatuor sanctis animalibus scripturas; & post alias rationes adductas, ait: Quibus cunctis perspicuè ostenditur, quatuor tantum debere Euangelia suscipi. Rectissimè igitur post Origene. dixit Ambr. initio explanationis in Lucam: Ecclesia cum quatuor Euangelij libros habeat; per vniuersum mundũ Euangelistis redundat: hæreses cum multa habeant, vnum non habent.

Cur plures vno sint Euangelistæ. 38. Cur verò plures vno sint Euangelistæ, prisci doctores alia quoque ratione docent. ita enim habet Chrysost. hom. 1. in Matth. Quid igitur? non sufficiebat vnus Euangelista cuncta memorare? sufficiebat quidem: sed cum quatuor sint qui Euangelia conscribant, nec eisdem certè temporibus, aut in eisdem locis, neque pariter congregati, neque mutuo colloquentes, & tamen quasi vno ore omnia pronunciant, fit hoc, sine dubio, veritatis grande documentum.

Chrysost.

Theoph. 39. Theophylact. verò præfat. in Matth. An non (inquit) sufficiebat vnus Euangelista? Audi. sufficiebat quidem: sed vt vberiùs veritas monstraretur,

ſtraretur, quatuor conſcribere permiſſi ſunt. Nam cum videris quatuor, „
qui non in vnum locum conuenerunt, neque conſederunt ſimul; ſed alijs, „
& alijs in locis vitam egiſſe, & de eiſdem rebus quaſi ex vno ore ſcripſiſſe; „
non admiraberis Euangelij veritatem: ſed fateberis quod ex Spiritu Sancto „
locuti fuerint. Petrus Damianus ſerm. de Sancto Matth. dicit quod Euan- *Damia.*
geliſtarum pluralitas, ad Eccleſiæ fundamentum; diuerſitas autem ad or- „
natum pertineat. Denique Auguſt. lib. 18. ciuit. cap. 41. docet plures eſſe *August.*
debuiſſe, vt eorum miranda eſſet conſenſio. „

Quarto Euangelio quid opus erat?

CAPVT 37.

VERVM cum *in ore duorum aut trium teſtium ſtet omne verbum*, vt Deu. 19. ſcriptum eſt; & Euangelia in operum, ac verborum Chriſti teſtimonium ſcripta ſint; ideoque duo, vel tria Euangelia ſufficere videantur; quid opus erat quartum à Ioanne addi Euangelium cum tria iam conſcripta eſſent, videlicet Matthæi, Marci, & Lucæ? nonne quartus Euangeliſta cum ſuo Euangelio ſuperfluus eſt? nequaquam, rationẽ audi. Summa Eccleſiæ neceſſitas, ad conſcribendum Euangelium Ioannem, vt ſuperius oſtenſum eſt, impulit. Miſſo enim eo in exilium à Domitiano, irruperant in Eccleſiam hæretici, quaſi in deſtituta paſtore ouilia lupi, Marcion, Cerinthus, Ebion, & alij Antichriſti, qui negantes Chriſtum fuiſſe ante Mariam, Euangelicæ fidei ſimplicitatem, peruerſa doctrina maculauère. Quid hic reuerſus ab exilio Ioannes ageret? Alij iam Apoſtoli omnes mortui erant. Nonne officij ſui erat Chriſti gloriam defendere? non enim parua res agebatur; non de terminis, aut regni legibus diſceptatio erat; ſed de ipſis Regis noſtri natalibus. Fecit igitur ſanctus ille Apoſtolus quod ſuum erat: fidenter proſiliuit in medium; & magno vocis Euangelicæ tonitru, verbique coruſcantis fulmine, omne conſilium vanitatis, cunctamque Eccleſiam malignantium vbique terrarum perterruit, ac diſſipauit, apertè proteſtans de Chriſto, quod filius vnicus, & conſubſtantialis, ac per hoc legitimus hæres Patris æterni ſit.

Deu. 19. v. 15.

Cur Ioãnes tribus Euãgelijs quartum adiecerit.

2. Nec immeritò tam ardenter Chriſti diuinitatem propugnauit: nam plurimum refert; imo ſumma noſtra conſolatio in hoc conſiſtit, quod Chriſtus non tantum homo; ſed & Deus eſt. Alioqui quomodo potuiſſet nobis remiſſionem peccatorum polliceri, ſi non eſſet Deus, *cuius ſolius eſt peccata dimittere?* Deinde, quomodo ratum eſſet teſtamentum, quo cœleſtem nobis hæreditatem legauit, ſi legitimus poſſeſſor ipſe cœli non fuit? quomodo autem cœlum fuit eius poſſeſſio, ſi de cœlo ipſe non venit; ſed à Maria ſumpſit initium? oportunè ergo noſtræ etiam ſpei fidus hic teſtis ſubuenit, dum ingenui teſtatoris antiqua iura proloquens, non ſolum

Luc. 5. v. 21.

cælum; sed & omnia quæ sunt, eius esse, & per ipsum facta definit. An non videtur hæc iusta scribendi Euangelij causa fuisse? imo iustissima. alioqui omnis spes nostra perijsset.

3. Præterea cum videret alios Euangelistas nonnulla Domini Iesu verba, & opera breuiter tantùm attigisse; aliqua etiam omisisse (nullus enim omnia Christi verba, & opera scribere potuit) indignum sanè putauit tot egregia eius dicta, & facta, quæ in Ioannis Euangelio continentur, silentio pertransire. Ne quid ergo nobis ad perfectam consolationem deesset, hoc Euangelium conscripsit. Est igitur de quo summè gratias agamus. *Ioa. 21.*

4. Proinde manifestum est quartum hunc Euangelistam nullo modo superfluum esse; neque enim ipse quartum composuit Euangelium, vt ea, quæ ab alijs tribus Euangelistis dicta erant, confirmaret: sed potiùs, vt quæ ab ijs erant omissa, vel minus plenè explicata, enarraret. Itaque Ioannes ad alios tres Euangelistas non ita quidem accessit, vt eiusdem planè rei, quæ ab alijs testimonium acceperat, & secundum idem, testis esset; sed aliquo modo alterius; vt ex antegressis manifestum est. Siquidem ea duntaxat, quæ ab alijs Euangelistis explicata non erant enarrare studuit; nec quicquam eorum, quæ alij scripto tradiderant, repetijt, nisi cum aliquid, quod alij omiserant, sibi addendum iudicauit.

Quartus Euangelista non est superfluus.

5. Propterea namque Ioannes maiori ex parte Christi acta prætermisit, quia cum nouissimus omnium scriberet Euangelium, quæ ab alijs tribus Euangelistis erant abunde narrata, repetere non curauit: quæ vero prætermissa vidisset, ipse suppleuit. Eo enim consilio in Euangelio scribendo vsum fuisse testatur Hieronym. de scriptor. Eccles. c. 9. in Ioanne. & Euse. lib. 3. hist. cap. 18. data siquidem opera Ioannes ea, quæ satis ab alijs descripta videbantur, omisit: ideoque pauca ipse communia cum alijs habet. imo se scientem multa prætermisisse, concludens Euangelium suum, ostendit reste Aug. lib. 17. contra Faust. ca. 3.

Hieron. Euseb. August.

6. Præterea quod vnus quatuor Euangelistarum dicit, hoc etiam tres alij docent; nec vlli tamen superflui sunt. Etsi enim omnes idem, quantum ad historiæ, & sacramentorum Christi materiam attinet, scribant; omnes siquidem Christi Redemptoris historiam, in communi, ordinare intendunt; vnde sunt veri testes concorditer fidem probantes: non tamen quantum ad intentionem particularem, & ea, per quæ ad illam deuenitur, idem narrant; & quoad hoc omnes diuersi sunt, ac necessarij. Matthæus enim Regalem Christi dignitatem in particulari; Marcus autem eius victoriam; Lucas verò sacerdotium; & Ioannes, deitatem astruere intendit. Idcirco ea maximè, & specialiter eorum quisque recenset, per quæ ipsorum intentio confirmari potest, & per quæ ad illam peruenitur; quibusdam alijs, ad hoc non expressè conducentibus, omissis. Nam quæcunque in medium adducunt, ad propriæ suæ intentionis manifestationem referuntur, & quia per idem, secundum diuersas considerationes, in diuersa tenditur; omnes nonnulla eadem ponunt, quædam verò diuersa, per quæ diuersas

diuerſas ſuas inteationes oſtendunt. Nullus ergo eorum ſuperfluus eſt. „
Poſtremò quamuis ea teſtium multitudo, fidei, ac religioni Chriſtianæ non „
eſſet neceſſaria; humanæ tamen fragilitati plurimùm vtilis eſt. „
„

Cur hæc quatuor, Matthæi nimirum, Marci, Lucæ, & Ioannis Euangelia potiùs quam alia recepta ſint.

CAPVT 38.

PORRO cum recipienda, & approbanda eſſent ab Eccleſia quatuor Euangelia; Matthęi, Marci, Lucæ, & Ioannis Euangelia potiùs, quam aliorum recepta ſunt: quia de horum ſanctitate, & veritate maiorem certitudinem Eccleſia, quę à Spiritu Sancto regitur, quam de aliorum habuit. Nam ęquiſſimum erat eorum duntaxat Euangelia recipi, quorum ſanctitas manifeſta fuerat, & qui digniſſimi fide habebantur. Vnde ſic habet Aug. *Auguſt.*
lib. 1. de conſ. Euang. cap. 1: Cæteri autem homines, qui de Domini, vel „
de Apoſtolorum Actibus aliquid ſcribere conati, vel auſi ſunt; non tales „
vel ſuis temporibus extiterunt, vt eis fidem haberet Eccleſia, atque in au- „
ctoritatem canonicam ſanctorum librorum, eorum ſcripta reciperet. Nec „
ſolùm quia illi non tales erant, quibus narrantibus credi oporteret: ſed „
etiam quia ſcriptis ſuis quædam fallaciter indiderunt, quę catholica, atque „
Apoſtolica regula fidei, & ſana doctrina condemnat. Hæc ibi Aug. „

2. Beda prolo. in expoſitionem Actuum Apoſt: Eo tempore ſcripſe- „
runt Marcus, & Lucas, quo non ſolum ab Eccleſia Chriſti, verum etiam „
ab ipſis adhuc in carne manentibus Apoſtolis, probari potuerunt. „

3. An ergo Euangelia dignitatem, & auctoritatem ſuam ab Eccleſia habeant? non habent quidem eam ab Eccleſia: ſed neque eam ſine Eccleſia habent. Quod a ſimili oſtendi poteſt. Gemma ab ijs reperta, qui eius pretiū ignorant, valorem ſuum licet ex natura ſua habeat, nullius tamen ijs pręcij eſt, qui eam inuenerunt, donec peritorum in hac re iudicium accedat. Accipite & aliud exemplum ex ſacris literis depromptum 3. Reg. 3. Cum duæ meretrices de puero cuiuſnam filius eſſet contendentes, ad Regem Salomonem acceſſiſſent, & hic illarum vni dediſſet infantem, quæ verè mater eius erat, non id effecit, vt propriæ matris eſſet filius: hoc enim prius erat: verùm decreto iudiciali declarauit, vt puer ille deinceps filius illius mulieris reputaretur; & quod de ea re nunquam amplius contenderetur. Ita etiam ſancta Eccleſia de ſcriptura iudicat. Ambroſ. in præfat. Lucæ vtitur ſimilitudine nummulariorum, qui falſos nummos a veris diſcernunt. Ibidem habet Eccleſiam ſimili modo de veris, & falſis Euangelijs iudicare. Ante ipſum vero dixerat hæc eadem Orige. hom. 1. in Lucam.

An ſcripturæ ab Eccleſia auctoritatem habeant. *Simile.* *Quomodo Eccleſia de ſcriptura iudicet.* *3. Reg. 3.* *Aliud ſimile.* *Tertium ſimile.* *Ambroſ.* *Origen.*

4. Iren.

Iren. 4. Iren. quoque lib. 1. aduersus hæres. in præfat. quattam hanc similitudinem adducit; multi sunt qui apud simplices, & ignaros vitrum arte
Quartum simile. quadam assimilatum, pro smaragdo, aut alio magni precij lapide haberi
» faciunt, quousque non adest qui probare, & artificium arguere possit. Sic
» olim multi populo conficta quædam Euangelia proposuerunt, dolisque
» suis effecerunt, vt apud quosdam pro veris haberentur. Sed Ecclesia à ve-
August. ris falsa discreuit. Proinde sic ait Aug. lib. contra epis. Manichæi cap. 5:
„ Ego Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ catholicæ commoueret
„ auctoritas. Hoc, aut illud Euangelium non recipio; quia ab Ecclesia non
August. recipitur. Et lib. 4. de cons. Euang. cap. 8. docet libros sacros auctoritatem, & ab Ecclesia Christi, & ab Apostolis accipere.

5. Cum ergo dicimus Euangelistas, & cæteros scriptores sacros, eo modo, quo dictum est, ab Ecclesia catholica auctoritatem habere, nullus offendi meritò debet, quasi Deo Ecclesiam anteponamus. Sic enim dicimus Ecclesiam scripturis auctoritatem dare, quod eas à Deo datas esse declaret; & ab ipso dictatas esse confirmet. An Domino seruum pręponunt,
Quintum simile. qui vulgò dicunt literas regias à nomophylace, qui sigillum adhibuit, auctoritatem habere? Ecclesia profectò Dei sigillum habet, illum ipsum spiritum, qui Ecclesię promissus, & datus est, vt cum illa maneret in ęternum; quique suam manum, scripturamque recognoscit. Hic est qui quatuor hæc Euangelia primum dictauit; deinde nobis eadem à se dictata fuisse per Ecclesiam declarauit.

6. Hanc auctoritatem & alia ratione habet Ecclesia; quia nimirum prior est scripturâ; quæ doctrinam Christi, & Apostolorum excipiens, vidensque tanta, tamque diuina miracula, quibus diuinitus cóprobata fuit, rectè potuit iudicare de traditionibus scripturarum, quæ postea factæ sunt, an ei doctrinę, quam à Domino per Apostolos acceperat conformes essent. Quemadmodum si tu Christum, & Apostolos docentes audiuisses; & eorum miraculis, dum fierent, præsens adfuisses; memoriæque firmiter omnia impressisses: nonne postea de ea scriptura, in qua hęc narrarentur, num vera esset, iudicare posses? Hanc ergo etiam ob causam de scriptura potuit
Io.15.v.27. Ecclesia iudicare, dicente Domino Ioannis 15: *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Vnde meritò 1. Ioan. 1: *Quod audiuimus, quod*
1.Io.1.v.3. *vidimus oculis nostris* &c. *annunciamus vobis.* & Luc. 1: *Sicut tradiderunt nobis*
Luc.1.v.2. *qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* Sic Ecclesia quatuor hæc Euágelia vt gemmas preciosissimas recepit, & diuina planè esse iudicanit: reliqua verò omnia nihili prorsus esse facienda, quod ad sacrorum li-
» brorum auctoritatem attinet, definiuit. Hinc non solum Matthęi, & Ioan-
» nis; verum etiam Lucæ, ac Marci Euangelium in non imparem auctorita-
August. tem receptum est, ait Aug. lib. 17. cont. Faust. ca. 3.

Cur

Cur non tantum Apoſtoli ſint Euangeliſtæ, ſed etiam diſcipuli.

CAPVT 39.

VERVM hic etiam requirendum eſt, quam ob cauſam quum duodecim fuerint Apoſtoli, & multi diſcipuli, duo tantum ex Apoſtolis Matthęus videlicet, & Ioannes; & duo eorum, qui Apoſtolos ſecuti ſunt, vnus Petri, alter Pauli diſcipulus Euangelia conſcripſere. Primò id ea cauſa factum eſt, quia nihil gloriæ cauſa, aut ambitione moti faciebant; ſed omnia exigente neceſſitate, ad vtilitatem referebant. Sic Eut. prol. in Mat. & ante ipſum Chryſoſt. ho. 1. in Mat. *Euthy.* *Chryſoſt.*

2. Præterea ideò voluit Spiritus Sanctus (inquit Aug. ſerm. 146. de tempore) etiam ex his, qui inter duodecim non fuerunt, eligere ad Euangelium conſcribendum duos, ne putaretur gratia Euangelizandi vſque ad Apoſtolos perueniſſe, & in illis fontem gratiæ defeciſſe. & lib. 1. de conſ. Euang. ca. 1. diuino conſilio factum exiſtimat, vt duo inuenirentur Euangeliſtę, qui ſolum audita ſcripſerunt: ne videlicet putaretur intereſſe quoad prædicandum Euangelium, vtrum audieris, an videris. Ibi enim ſic habet: Ne putaretur, quod attinet ad præcipiendum, & prædicandum Euangelium, intereſſe aliquid, vtrum illi annuncient, qui eundem Dominum hic in carne apparentem diſcipulatu famulante ſecuti ſunt; an ij qui ex illis fideliter comperta crediderunt; diuina prouidentia procuratum eſt per Spiritum Sanctum, vt quibuſdam etiam ex illis, qui primos Apoſtolos ſequebantur, non ſolum annunciandi, verùm etiam ſcribendi Euangelium tribueretur auctoritas; hi ſunt Marcus, & Lucas. *Auguſt.*

3. Beda epi. ad Accam Epiſcopum prol. in expoſitionem actuum Apoſt: Domini nutu gerebatur, vt non ſolum Apoſtoli qui viderant, ſed & diſcipuli qui auditu didicerant, facta Chriſti dictaque conſcriberent; quatenus ſequentibus Eccleſiæ doctoribus ea, quæ non viderant, prædicandi, ſcribendique fiducia pariter, & auctoritas præberetur. *Bed.*

4. Cur verò etiam Apoſtoli Euangelia ſcripſerint, & non ſolum eorum diſcipuli, Tertullianus obſeruauit lib. 4. aduerſ. Marcionem ca. 2. vbi dicit Euangelicum inſtrumentum Apoſtolicos viros habere auctores; non tamen ſolos; ſed cum Apoſtolis, & poſt Apoſtolos. Quoniã (inquit) prædicatio diſcipulorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtudio, ſi non adſiſtat illi auctoritas magiſtrorũ, imo Chriſti, quę magiſtros Apoſtolos fecit. Duo hic dicit Tert. videlicet ipſos diſcipulos in Euangelij conſcribendi opere fuiſſe Apoſtolorum Euangeliſtarum auctoritate fulciendos; ac ideò non fuiſſe decens, congruum, & expediens ſolos diſcipulos Euangelia componere. *Cur etiam Apoſtoli Euangelia ſcripſerint.* *Tertul.*

Cur inter Euangelistas, extremo Apostoli; medio autem loco discipuli collocentur.

Capvt 40.

SED age, quum ex quatuor Euangelistis, aliquos esse Apostolos, aliquos verò ex Apostolorum discipulis rationi consonum videretur; quam ob causam, obsecro, Apostoli extremo loco constituti sunt, at verò alij medio? 1. Ratio. Prima huiùs ratio est, quam habet Aug. lib. 1. de cons. Euang. cap. 2. quia *August.* nimirum tali ordine scripserunt Euangelistæ, vt prius à nobis demonstratum est. Alius enim eis (inquit Aug.) fuit ordo cognoscendi, atque prædicandi; alius autem scribendi. Ad cognoscendum quippe, atque prædicandum primi vtique fuerunt, qui secuti Dominum in carne præsentem dicentem audierunt, facientemque' viderunt; atque ex eius ore ad Euangelizandum missi sunt: sed in conscribendo Euangelio, ex numero eorum, quos ante passionem Dominus elegit, primum, atque vltimum locum duo tenuerunt, primum Matthæus, vltimum Ioannes; vt reliqui duo, qui ex illo numero non erant, in loco medio constiruerentur.

August. 2. Addit Aug. credendum esse diuinitus esse ordinatum, vt Euangelia tali ordine cōscriberentur. Secunda ratio, quam habet etiam August. est. Marcus, & Lucas tanquam filij in loco medio constituti sunt vt ex vtroque latere à Matthæo, & Ioanne munirentur. Æquum enim est debiliores in *Damia.* medio, in extremis verò fortiores constitui. Hanc secundam rationem Per. Damianus serm. de Sancto Mat. eleganter explicat; cuius verba, meo iudicio, digna sunt, quę hic inserantur.

3. Notandum est (inquit) quia summus architectus, videlicet omnipotens, dum huius spiritualis mundi, hoc est, sanctæ vniuersalis Ecclesiæ fabricam super quatuor Euangelistas, quasi super columnas totidem constituit, duas potiores, & egregias altrinsecus ordinat, quibus scilicet omne surgentis Machinæ pondus incumbat: duas autem minores in medio statuit; sicque cælestis fabricæ pulchritudinem alterna varietate distinguit, vt pluralitas ad fundamentum, diuersitas pertineat ad ornatum: & diuinum opus sic robore permaneat inconcussum, vt sit etiam varietate conspicuum. Matthæus itaque primum obtinet locum, Ioannes vltimum, qui nimirum in Apostolico sunt culmine constituti; & in ijs quæ scripserunt non auditu duntaxat, sed visu potiùs, atque contactu sunt præsentialiter informati: sicut vnus eorum dicit: *Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, annunciamus vobis.* Marcus autem, & Lucas, qui Euangelici catalogi meditullium sortiuntur, non quidem Apostoli: veruntamen præcipuorum Apostolorum, vnus Petri, alter Pauli relationibus sunt edocti. Omnes nihilomi-

nihilominus sancti Euangelistæ vnius sunt auctoritatis, vnius fidei; nec in „ aliquo dispares in texenda sincerissimè linea veritatis: ac per omnem suæ „ descriptionis articulum inexpugnabiles, simul erigunt propugnaculum „ aduersus omnia quarumlibet hæreseon iacula præmunitum. Ita Petrus „ Damia.

Euangelia quomodo sint vnum, & plura.

CAPVT 41.

VTCVNQVE nunc manifestum est quot sint vera Euangelia, quæ, à quibus conscripta, cur tot, & cur à talibus edita. Sed quomodo ea sint vnum, & plura superest explicandum. Et quidem singula diuinorum Euangelistarum scripta de vita Christi, quamuis non ineptè vocentur Euangelia; tamen pressiùs loquendo, vnicum est Euangelium à quatuor seorsim scriptum. Chrysost. enim in ca. 1. epi. ad Gal. habet, etiamsi decies mille sint Euãgelistæ, qui scribunt Euangelia; modò scribant eadem, multa illa vnicum esse Euangelium; neque quicquam obstare scribentium multitudinem, quo minus vnum sit Euangelium: quemadmodum ex aduerso si quis vnus scribens commemoret contraria, non esset vnum Euangelium quæ scribuntur. Vt enim vnum sit Euangelium, aut non vnum, non æstimatur numero scribentium: sed hinc, eademne sint, an diuersa, quæ scribuntur. Vnde dilucidum est, quatuor Euangelia vnum esse Euangelium. Quum enim quatuor eadem loquantur, non est aliud, atque aliud ob personarum differentiam: sed vnum, ob eorum, qui loquuntur, consonantiam. *Chrysost.* **Vnitas Euangelij vnde attendenda sit.**

2. Et Paulus cum ait, ***in aliud Euangelium, quod non est aliud***: non de numero loquitur: sed de pugnantia eorum, quę dicuntur. Porro iuxta vim eorum, quæ in his scripta sunt, iuxtaque dogmatum excussam rationem, non aliud est Euangelium Matthęi, aliud Lucę: sed vnum, & idem. Quemadmodum igitur vnus est Christus, vna fides, vna Ecclesia: sic etiam apud omnes in Germania, Italia, Francia, Hispania, & vbique vnum Euangeliũ est, à pluribus Euangelistis conscriptum. *Gal. 1. v. 6.*

3. In hunc modum Aug. tract. 36. in Ioannem, quatuor Euangelistarum historias posse vocari quatuor Euangelia, vel potiùs quatuor libros vnius Euangelij, fatetur. Sic veteres doctores asserunt traditum nobis à Deo quadriforme Euangelium, vno tamen spiritu comprehensum; vt Theoph. argumento in Euangelium secundum Marcum. Aug. quoque lib. 2. aduersus Faustum ca. 2. idem esse docet Euangelium Pauli, & cæterorum Apostolorum, & omnium fidelium dispensatorum tanti sacramenti: quod probat ex illo loco 1. ad Cor. 15: ***Siue ego, siue illi: sic prædicamus, & sic credidistis.*** *August.* *August.* *1. Cor. 15. v. 11.*

Quod Euangelia ab ipsis Apostolis, & Apostolicis viris conscripta sint.

CAPVT 42.

NOVVM Testamentum, atque adeò ipsum Euangelium ab Apostolis scriptum non fuisse, docuit Faustus Manichæor. Episcopus, vt habet August. lib. 32. cont. Faust. ca. 2. & 3. & lib. 33. cap. 3. 6. & 7. & alibi. Verum Tertul. lib. 4. aduers. Marcio. cap. 2. constituit in primis Euangelicum instrumentum Apostolos habere auctores; iisque promulgandi hoc Euangelij munus ab ipso Domino impositum esse. Idem sentiunt omnes Ecclesiæ Catholicæ Patres, & doctores.

August. *Tert.*

2. Apostolos autem, & Apostolicos viros fuisse librorum omnium noui Testamenti auctores, demonstratur euidenter, consentiente in hoc continuata omnium Apostolicarum Ecclesiarum successione. Quæ quidem successionis regula, vt August. lib. 33. cont. Faust. cap. 6. docet, non solum in sacris libris dijudicandis: sed etiam in dignoscendis secularium scripturarum auctoribus, seruari solet.

3. Vnde enim constat eos, qui nunc habentur, Hippocratis medici esse libros, nisi quia sic eos ab ipso Hippocratis tempore, vsque ad hoc tempus, successionis series commendauit, vt de his dubitare dementis sit? Platonis item, Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque eiusmodi auctorum libros, vnde nouerunt homines quod ipsorum sint; nisi eadem temporum sibimet succedentium contestatione continua? Quare si quæratur à nobis, vnde sciamus hos libros Apostolorum esse; respondebimus, ex fundatissima Ecclesiæ attestatione, à temporibus Apostolorum, vsque ad hæc tempora certis successionibus producta.

An Euangelijs, qui ea ediderunt, nomina sua præfixerint.

CAPVT 43.

Chrysost. CHRYSOSTOMVS hom. 1. in ep. ad Rom. asserit nec Euangelistas, nec Moysen, nec alios, qui post eum gesta scripsère, nomen suum libris à se scriptis addidisse: Apostolos verò suis epistolis; & Prophetas suis „ libris, nomina sua præposuisse. Cuius quidem rei, atque discriminis hanc „ ibi rationem adfert: Quoniam illi (inquit) præsentibus scribebant, super-

uacanea

uacanea illis erat præsentiæ suæ declaratio: hi autem è longinquo litteras mittebant, & sub epistolari figura: idcirco necessaria erat nominis additio.

2. Thomas Aquinas in cap. 1. Apoc. Ioannem Apocalypsi, non Euangelio, nomen suum præposuisse docet ob tres causas: primò vt illi operi, libro videlicet Apocalypsis, daret auctoritatem, qua non indigebat Euangelium, quod à Domino prædicatum fuerat, & ab ipso auctoritatem habebat. Secundò, quia libri Apocalypsis auctor fuit, & scriptor: Euangelij autem scriptor tantum. Propter quod null⁹ Euangelistarum nomen suum Euangelio præposuit. Tertiò, ne liber Apocalypsis alterius esse crederetur: quod facilè potuisset accidere, cum illud opus in exilio scripserit; Euangelium verò ab exilio reuocatus. *Thom.*

3. Ijsdem rationibus & alij Euangelistæ moueri potuerunt, ad nomen suum Euangelio non præfigendum. Faustum negantem Euangelium, quod Matthæo inscribitur, esse Matthæi, quod se in ipso opere non nominauerit, nisi tanquam alium ab illius Euangelij scriptore; ex Ioannis Euangelio confutauit Aug. lib. 17. cap. 4. quod cum Ioannis esse constet, tamen de se in eo loqui tanquam de alio, sicut Moyses, & alij, soleat. Dionys. Alexandriæ episcop. apud Euseb. lib. 7. hist. cap. 20. dicit Ioannem Euangelistam nomen suum nusquam inscribere, neque seipsum, vel per Euangelium, vel per epistolam aliquando prædicare, secus autem fieri in Apocalypsi. *August.* *Dionys.* *Euseb.*

4. Chrysost. hom. 82. in Ioannem testatur eundem in Euangelio nomen suum suppressisse, ne de se honorificè loqui videretur. Idem habet Greg. præfat. in Iob. cap. 2. & Beda 2. Corinth. 12. ex his illud concludi posse videtur, sensisse veteres, ipsis Euangeliorum codicibus, titulos quibus eorum auctores expresso nomine declararentur non esse appositos. Memini etiam Marcionem à Tertulliano lib. 4. aduersus eundum Marc. reprehendi cum Lucæ Euangelio, quod solum recipiebat, titulum non apposuisset. Ex quo perspicuum est, & semper huiusmodi titulum antiquis etiam illis temporibus, omnia Euangelia habuisse; & eum apponi solitum ab Ecclesia, non ab ipsis Euangelistis. Id enim Tertullianus indicat, dum Marcionem reprehendit quod eum suo non addiderit. *Chrysost.* *Greg.* *Beda.*

5. Deinde apud nullum veterem auctorem inueni ab ipsis Euangelistis adscriptum fuisse huiusmodi titulum. Præterea non est sacrorum scriptorum consuetudo, vt ante initium librorum titulos ponant; sed vt vel omittant, vel prima libri verba titulum faciant; vt: Visio Isaiæ Prophetæ; Apocalypsis IESV CHRISTI. Titulos verò illos omnes, qui extra libros sunt, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, libri Regum, Psalmi Dauid, & quicunque sunt similes; omnes confitentur non à librorum auctoribus positos, sed ab alijs additos. Quod idem credibile est in quatuor Euangeliorum libris accidisse.

6. Adhæc si Marcus Euangelio præposuisset hunc titulum, Euangeliũ secundum Marcum, non adiecisset statim alium; intium Euangelij IESV

CHRISTI. Nam hic etiam titulus est. Certè ipsa quoque titulorum similitudo indicat eos non ab Euangelistis, sed ab Ecclesia fuisse appositos. Nam si ipsi adhibuissent, non ijsdem omnino verbis vsi fuissent, Euangelium secundum N. quemadmodum in alijs etiam, cum idem narrant, non ijsdem vtuntur verbis. Indicat etiam idem græcorum, & latinorum titulorum dissimilitudo: nam græcè hic titulus est; Euangelion cata. N. latinè verò in pletisque codicibus; sacrosanctum IESV CHRISTI Euangelium secundum. N. quod græcum titulum græca Ecclesia, latinum latina adiecerit. Nec propterea libri minus habent auctoritatis, quam si titulos ipsi Euangelistæ posuissent: nam ne ipsis quidem affirmantibus se hos scripsisse libros, crederemus, nisi nos Ecclesię commoueret auctoritas.

7. Quamquam verò hæc ita se habeant; sunt tamen qui Euangeliorum titulos ab ipsis Euangelistis, quo libris suis auctoritatem conciliarent, appositos fuisse arbitrentur; vt Matthæus Euangelio à se edito titulum hunc, Euangelium secundum Matthæum, adscripserit: & Marcus hunc suo, Euangelium secundum Marcum: & sic de alijs: omnibus enim Euangelijs idem titulus, nomine tantum Euangelistæ mutato, præfigitur.

8. Siue autem ab ipsis Euangelistis, siue ab alijs huiusmodi tituli additi sint (neque enim hoc pro certo compertũ habemus) meritò ea de Christo historia Euangelium dicitur; quia nunciatio lætissima est; & nuncij gratissimi officio, qui eam proponit, fungitur: nec se huius auctores, qui eam scripserunt, sed nuncios tantum significare ausi sunt. Porro dum non exprimitur à quo iniuncta sit hæc annunciatio, implicitè, taciteque dicitur quod Euangelicæ historiæ scriptor ipsius Dei sit nuncius. Vnde maxima operis comprobatur auctoritas. Ideoque non dicitur in titulo, Matthæi, aut Ioannis Euangelium; ne ipsa nunciatio à Ioanne, vel Matthæo procedere significetur: at, secundum Matthæum, & secundum Ioannem, quo indicetur nunciationem esse à Deo, prout executioni per Matthæum, vel Ioannem demandata est.

9. Hi porro tituli sunt adiuncti, non solum ad auctoritatem adhibendam libris ex auctorum nominibus; sed etiam ad ipsos Euangeliorum codices inter se discernendos: hoc enim, Secundum Matthæum, idem est ac si dicas, prout à Matthæo scriptum est. Quare per hoc significatur & alios scripsisse, sed non eodem modo. Itaque illud, Secundũ, non diuersam doctrinam, atque sententiam, vt cum philosophi dicunt, secundum Aristotelem, & secundum Platonem: sed diuersos tantum auctores, & modum scribendi alium, declarat.

10. Scio etiam à nonnullis obseruatum, quod inter hebræos scriptores Salomon inuenitur primus qui suo libro titulum proprij nominis asscripsit; quem postea imitati sunt prophetæ posteriores, vt Isaias, Ieremias, & alij. Nec absurdi quicquam sequitur, si quis Euangelistas, Salomonem, & prophetas in hoc imitatos fuisse censuerit: tamen quid probabilius nobis videatur indicauimus.

11. Quem-

11. Quemadmodum verò à se prædicatum Euangelium rectè suum vocat Apostolus, ad Roma. 2. 2. ad Timo. 2. & 2. ad Corinth. 4. 1. Thes. 1. Ita etiam Euangelium, quod scripserunt Euangelistæ, non malè suum vocare potuissent: ob causam tamen iam explicatam, potius Euangelium secundum Lucam, quam Lucæ dictum est.

Rom. 2. 2. *Tim.* 2. 2. *Cor.* 4. 1. *Thes.* 1.

12. Euangelium autem cur Pauli dicatur potius quam baptisma, hisce verbis docet Aug. cont. Donat. lib. 5. cap. 14: Inuenimus, inquit, dictum ab Apostolo, & gloriam meam, quamuis vtique in Domino; & ministeriũ meum; & prudentiam meam; & Euangelium meum; quamuis vtique à Domino impertitum, atque donatum: Baptismus autem meus, nemo dixit eorum omnino. neque enim omnium æqualis est gloria; nec ministrant omnes æqualiter; nec æquali prudentia sunt omnes præditi; & in Euangelizando alius alio melius operatur; & ideò dici potest alius alio doctior in ipsa doctrina salutari: alius autem alio magis minusue baptizatus dici non potest, siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur. Sic Aug. Pauca hęc circa titulos Euangeliorum notanda videbantur.

Euangeliũ cur Pauli dicitur potius, quam baptisma. *August.* 1. *Thes.* 2. *Rom.* 11. *Eph.* 3. 2. *Tim.* 2.

Cur seorsim de Euangelistis agendum, & cur pauca de personis eorum extent.

Caput 44.

Iam de personis ipsorum Euangelistarum nonnulla seiunctim, præter ea, quę promiscuè diximus, in medium adducenda. Nam cum omnem, quem interpretandum, legendumue susceperis auctorem cognitum habere conueniat, tum in primis Euangelistas; in quibus nihil est quod cognitum non possit & auctorum scripta magnopere cõmendare, & omnem in ijs explicandis, legendisque impensum laborem reddere leuiorem.

2 Non indigent quidem Apostolorum, & Euangelistarum scripta vlla ex ipsarum personarum sumpta commendatione, cum per eos omnes, idem Spiritus Sanctus locutus fuerit; tamen animaduertimus ex proprio etiam ingenio cuiusque, ex genere, ex educatione, ex studijs aliquid non maioris fidei, sed maioris in dicendo gratiæ; & non plus sanctitatis, sed plus coloris, & plus ad mouendum lectorem roboris accedere. Seruit enim gratiæ natura; & sanctorum lingua, quæ Spiritus sancti tanquam scribæ velociter scribentis calamus est, etsi omnem ab eodem spiritu motum habet; tamen & ipsa aliquid facit. Nam plurimi refert quali vtatur calamo optimus etiam quisque scribendi magister.

3. Admirabiles enim in scribendo prophetæ sunt, & paris meriti fidem habent: sed eminet in Isaia sublime quiddam, ingeniosum, vehemens, vrbanum, quod maiori voluptate, admirationeque lectorem teneat.

Isaias sublimis, & vehemens est inter prophetas.

Simile

Simile quid apud Euangelistas videre est.

4. Explicandum ergo nunc sequitur quid veteres de sanctis Euangeliorum scriptoribus nobis tradiderint: quod verò ex tot præclaris rebus, quas sancti Euangelistæ gesserunt, vel modicæ quasi cursim attingantur, & plurimæ silentio inuoluantur; nulli mirum videri debet. In tanta enim temporis vetustate, ea quæ ad Apostolos, & Euangelistas pertinent, non æquè omnes cognouerunt.

Cur pauca de Euangelistis habeamus.

5. Nam cum & soli, & egentes, & angustiati, & afflicti terrarum orbem, coram Regibus, & Principibus nomen Christi portantes, & Catholicam fidem promulgantes, circuirent; pauci admodum inuenti sunt, qui eorum gesta conscriberent; adeò vt non paruam diuina misericordia nos rem consecutos arbitrari debeamus, quod vel pauca de sanctis Apostolis, & Euangelistis ad nos peruenerint.

Acta Sancti Matthæi ex Euangelio percepta.

CAPVT 45.

Origen. Matthæus binomius. *Hieron.* *Mat. 9.* Interpretatio nominis Matthæus. *Mar. 2. 3.* *Luc. 6. 5.* *Oecum.* *Isid.* *Anast.*

ITAQVE vt à sancto Matthæo initium sumamus, Origene. præfat. in explanationem Epistolæ ad Roma. docet hunc Euangelistam duo habuisse nomina, & Matthæum, atque Leui esse vocatum: idem habet Hiero: de scriptoribus Ecclesi: in Matth. & proœmio in com: super Matthæum: Hoc autem ex Euangelio satis manifestum est. Nam Matth. 9. Marci 3. & Lucæ 6. vocatur Matthæus: Lucæ 5. dicitur Leui, & Marci 2. Leui Alphæi nominatur.

2. Quod verò Matthæus donatum apud hebræos significet, testantur Oecume. in cap. 1. actuum, & Isidorus libro 7. Etymo. ca. 9. tamen Anastasius sinayta Antiochenus, libro octauo hexameron: Matthæus interpretatur, ait, mandatum altissimi.

3. Eundem ex tribu Leui progenitum, & ab ea secundum assumpsisse nomen, Petrus de natalibus libro octauo Catal. sanct. capite centesimo opinatur.

Metaph. *Mat. 9.*

4. Sunt qui existimant hunc Euangelistam post suam conuersionem, in Matthæum Leui appellationem mutauisse; ita Simeon Metaphrastes de sancto Matthæo sensit. Verum ex capite nono Matthæi euidens est, etiam ante conuersionem Matthæum fuisse appellatum.

Mat. 9. *Marc. 2.* *Luc. 5.*

5. Priusquam à Domino vocaretur, publici telonarij munus exercebat; vnde publicanus dicebatur, vt cõstat Matthæi nono, Marci secundo, & Lucæ quinto.

Metaph.

6. Addit Metaphrastes eum non solum fuisse pecuniæ exactorem, & ratiocinatorem: sed etiam in omni scientia, & arte versatum, magnoque ingenij acumine, & insigni rerum experientia præditum, adeò vt primum locum

locum inter publicanos obtineret.

7. Chrysostomus homilia secunda in psalmum quinquagesim. dicere audet hunc talem fuisse publicanum, qui aliena iniustè auferret. *Chrysost.*

8. Gregorius libro decimo octauo moralium capite decimo sexto docet eum in terra fuisse inuentum, qui terrenis negotijs implicatus telonij vsibus seruiebat. Ibidem, & capite decimo quinto Gregorius explicat quã variè Deus sua dona distribuat, & quomodo aliquos ab ipsis exordijs innocentes custodiat; & alios in exordijs suis deserat. *Greg.*

9. Historia vocationis, & conuersionis Matthæi describitur Matthæi nono, Marci secundo, Lucæ quinto. Cum enim propter mundi salutem versaretur in terra Dominus; videte quam repentina fuerit eius mutatio, quam admirabilis, & planè præter opinionem. Nam transiens quidem Christus, profundum cordis eius sedentis ad telonium inspexit. Et cum ei aptitudinem ad virtutem inesse, vt qui esset occultorum cognitor, & cordium examinator, cognouisset; & qualis ex quali esset futurus præsciuisset, eum gratis vocat, & vt se sectetur non solum hortatur, sed etiam iubet. **Matthæi vocatio.**

10. Ille autem non pecuniæ multitudinem, non turbam eorum, qui circumsistebant, non hanc humi serpentem, & fluentem gloriam, non quæcunque solent mentem in seruitutem, & in suam potestatem redigere, quidquam apud se reputans; statim surgens, neque verbis prolixis opus habuit, neque longo tempore, neque miraculorum inspectione, neque perfectiore, & diuturniore sermone: sed solum, cum primum ei optandam illam, & iucundam vocem audiuit, sequere me, statim reliquit telonium, socios, splendorem omnem, & magnificentiam; & quouis argento, & auro longè preciosiorẽ emit margaritam, Christumque in domum suam introduxit; **Prompta Matthæi obedientia.**

11. Vbi ei adhibitis multis publicanis, alijsque hominibus, de quorum vita malè Pharisæi existimabant, conuiuium apparauit. Atque hoc modo se Matthæus in Christi disciplinam tradidit; & moribus mirabiliter mutatus, crucifigitur vniuerso mundo, & vniuersis cupiditatibus mundanis, soli Deo viuens, Christique sequens vestigia. **Matthæi cõuersatio sancta.**

12. Chrysostomus homilia secunda in psalmum quinquagesimum docens nos etiam saluti nostræ aliquid inferre debere, post exemplum latronis, qui ad salutem suam, fidem, & fidei confessionem intulit; & Dauidis qui lachrymas pœnitentiæ, & peccatorum agnitionem; publicanum obedientiam suam intulisse, & in Apostolatus ordinem collocari meruisse commemorat. *Chrysost.* *Luc. 23.*

13. Qui verò ad Apostolatus culmen ascenderit, Marci tertio, & Lucæ sexto habetur. Apostolorũ enim duodecim numerus non ita sensim auctus, & expletus fuit: sed duodecim, inter quos est Matthęus, simul ex communi discipulorũ numero delecti, atque à Deo selecti tum fuerunt, cum Christus nocte orando in quodam monte consumpta, ad se omnes manè accersiuit. *Marc. 3.* *Luc. 6.* **Matthæus fit Apostolus.**

14. De historia vocationis Matthæi, & electionis in Apostolum suis

locis

locis in Euangelica dispositione plura. Nec est quòd hoc loci dicam eum, ex quo ad Christum conuersus est, nunquam ab illo discessisse; testemque, ac spectatorem signorum eius, & miraculorum, vitæ etiam imitatorem; itineris socium; atque laborum, curarum, & angorum fuisse participem: vt qui toto tempore dispensationis cum eo sit versatus, & in numerum relatus summorum discipulorum, & simul procedentem tempore habens virtutem. Hæc enim ei sunt cum cæteris communia.

15. Atque illa quidem sunt, quæ de Matthæo ab Euangelistis tradita accepimus. Nihil enim de eo in actorum Apostolorum libro scribitur, nisi quòd vnà cum cæteris Apostolis, dum Christus ijs spectantibus in cœlum conscendisset, Hierosolymam reuertit. Nec verò dubium est, quin idem ipse Matthæus Euangelium Christi iussu mundo patefecerit: Quod vbinam perfecerit, quoque modo; & quo supplicij genere ad Christum in cœlum migrauerit, in animo est, ea sequutum quæ ab antiquioribus ad nos transmissa sunt, exponere:

Acta Sancti Matthæi antequam in Æthiopiam peruenisset.

CAPVT 46.

A TEMPORE, quo se Domini sectatorem exhibuit, vsque ad instantem Apostolorum per orbem vniuersum diuisionem, præter cæteros muneris Apostolici socios, peculiare nihil, quod quidem sciamus, gessit. quæ autem propriè ad eum pertinent, explicare decreuimus.

2. Postquam itaque Matthæus hebræis verbum Dei prædicasset, simul ac de profectione ad alias gentes consilium inierunt Apostoli, sermonemque habuerunt, anno, scilicet, Domini quadragesimo primo, & à Christi ascensione in cœlum octauo; Caij verò Caligulæ Imperatoris tertio, à Iudæis fidelibus, & Apostolis partim rogatus, partim iussus, primus omnium in Iudæa, ob eorum, vel maximè causam, qui in Iesum ex circumcisione crediderant, & nequaquam legis vmbram succedente Euangelij veritate, seruabant, Euangelium Christi, patrio sermone, hebraicis litteris, verbisque composuit; vt Hebræos relinquens, scripto absentiam suam compen-
Tert. saret. Hinc Tertulianus libro de carne Christi capite vigesimo secundo vocat Matthæum imprimis fidelissimum Euangelij commentatorem.

3. Illud verò tempus, quo Christus suos omnes discipulos, atque in his maximè duodecim Apostolos vniuersum orbem peragrare docendi E-
Æthiopia Matthæo contigit. uangelij causa voluit, cùm aduenisset; diuisis inter se prouincijs ex præscripto, afflatuque Spiritus Sancti; sortione Matthæo Æthiopia dicitur
Socr. obtigisse, vt habet Socrates libro primo hostoriæ, capite decimo quinto. Abdias

Abdias quoque libro septimo historiæ Apostolicæ scribit eum Æthiopiam in diuisione Prouinciarum, suscepisse: testatur idem Eusebius libro tertiò historiæ, capite primo, interprete Ruffino; ac ipse etiam Ruffinus post historiam Eusebij, libro decimo, capite nono. *Abdias. Euseb. Ruf. Metaph.*

4. Auctor verò ille, qui fertur nomine Isidori, libro de vita, & obitu sanctorum, capite septuagessimo octauo, Macedoniam, & Iudæam illi tribuit. Metaphrastes autem Syriam superiorem iuxta Euphratem.

5. Verùm prioribus adhærere satius est. Ad Æthiopes igitur Matthæi Apostolatus peculiariter fuit. Cùm itaque totam Christi dispensationem scripto suo explicasset, Apostolique regiones Christi fide imbuendas accepissent; tunc etiam admirabilis Matthęus, & magnus Apostolus Parthos adijt, & salute ipsis annuuciata, Palestinæ regionis fines peragrauit; & in Ægypto Christum prædicauit. Quibus prædicarit Matthæus.

6. Neque prædicationis suæ doctrinam illis tantùm finibus contineri voluit; sed ad Æthiopiam, quam sortitus erat, tandem peruenit. Vbique autem cum multitudine variarum linguarum congrediens; cum fame, & siti, & cum multis decertans afflictionibus, & periculis, partim quidem illatis ab ijs, qui præerant superstitiosæ impietati, partim autem à grauissimis populorum rectoribus; Saluatorem Christum audaci, liberaque, & voce, & mente prædicauit; eos qui errore capti erant, ad Dei cognitionem deduxit, ab errore abduxit, veritati adiunxit; impietatem de Medio sustulit, & ad verum, solumque Deum omnes adduxit.

7. Meritò proinde ait Gregorius libro decimo octauo Moralium, capite decimo sexto, ad illud Iob vigesimo octauo: ***Ferrum de terra tollitur***: *Greg.*
„ An non Matthæus (inquit) in terra inuentus est, qui terrenis negotijs implicatus, telonij vsibus seruiebat? sed de terra sublatus, in fortitudinem ferri conualuit; cuius, videlicet, lingua, quasi acutissimo gladio, Euangelij administrtione Diminus infidelium corda transfixit; & qui infirmus prius, despectusque fuerat per terrena negotia, fortis postmodum factus est ad cœlestia prædicamenta. Sic ibi Gregorius.

8. Scripsit de eodem Euangelista Clemens Alexandrinus pædagogi libro secundo, capite primo quod seminibus, baccis, & oleribus, non carnibus, vesci soleret. *Clemens.* Matthæi esca.

9. Est porrò in gestis Sancti Andreæ Apostoli apud Abdiam libro tertio historiæ Apostolicæ res, quæ Matthæo antequam peruenisset ad Æthiopes contigit, & meo iudicio, quæ hîc enarretur, dignissima. Cùm Apostoli verbum salutis per diuersas regiones prædicare cœpissent, & Andreas apud Achaiam prouinciam annunciare Dominum Iesum exorsus esset; eodem tempore Myrmidoni vrbi Matthæus fidei verbum intulerat. *Abdias.*

10. Sed incolæ ciuitatis illius grauiter, & indignè ferentes quæ de Redemptoris nostri virtutibus audierant, nolentes sua templa, & idola destruere, & relinquere, Matthæum effossis oculis, catenisque oneratum, eo animo carceri, vt paucis diebus interiectis occiderent, incluserunt. Myrmidō. Matthęus excæcatus incarceratur.

 11. Quod

11. Quod antequam fieret, ad Andream Apoſtolum, ea quæ religionis Chriſtianæ ſunt in Achaia Prouincia docentem, Angelus à Domino miſſus, cum,in Myrmidonem ciuitatem maturaret, & Matthęum Apoſtolum, & Euangeliſtam de ſqualore carceris erueret, monuit. Cui Andreas ait; Domine viam neſcio, & quo ibo? Et Angelus Domini; vade (inquit) ad littus maris, vbi nauem inuenies, quam ſtatim conſcende. Tui enim itineris ego dux ero.

Matthęus à carcere & cæcitate per Andreā liberatur.

12. Paruit Andreas, inuentamque nauem aſcendens, ſecundis flantibus ventis, proſperè ad dictam vrbem nauigauit. Quam vt ingreſſus eſt, ad publicum illico carcerem diuino nutu rectâ, obſiſtente nemine peruenit. Cumque inter alios vinctos Matthæum inueniſſet, viſo beati viri ſqualore, animaduerſiſque oculis, quorum munere priuatus erat, amarè flens, ac ingemiſcens Chriſtum orauit, vt ipſe, qui cum morbos omnes curaſſet, tum cæcis aſpectum reſtituiſſet, Matthæo ſeruo ſuo oculorum munus redderet, quo verbum Dei annunciaret.

13. Vix ille perorauerat, cum & carcer terrę motu cōmoueri, fulgoreq; magno collucere, ac illuſtrari cœpit; & aſpectus Matthæo reſtitutus eſt; illiuſque, & cæterorum, qui in eodem carcere erant, vincula ſoluta ſunt.

14. Quæ omnia tantam cunctis admirationem, qui eo beneficio affectos ſe viderunt, excitarũt, vt magnum Deum eſſe prędicarent, quem ſerui ſui nunciabant. Tum verò educti omnes è carcere, ad ſua quiſque ſe receperunt. Matthæus autem alio commigraſſe; & Andreas in illa vrbe aliquādiu commoratus eſſe, prædicandi verbi diuini gratiâ, dicitur.

Acta Sancti Matthæi apud Æthiopes.

CAPVT 47.

Duo magi Naddauer.

Æglyppus rex Æthiopum alij legunt Ægijppus.

QVVM itaque tandem Matthæus in Æthiopiam perueniſſet, primùm in vrbe maxima, nobiliſſima, & regia Naddauer dicta, commoratus eſt; in qua magi duo Zaroes, & Arphaxat falſis quibuſdam inanibuſque editis operibus, Æglyppum regem cum populo ita ludificârunt, artibuſque ſuis dementârunt, & in eam admirationem excitârunt, vt eos deos eſſe crederent, & adorarent. Faciebant enim ſubitò hominum greſſus figi, & tam diu immobiles ſtare, quam diu ipſi voluiſſent. Similiter & viſus hominum, & auditus à ſuo officio refrænabant; ſenſus, & membra officijs, ſanitateque priuabant, ſerpentibus vt percuterent imperabant; & ipſi incantando multos curabant: malignisque reuerentia maior exhibebatur ex timore, quam benignis ex amore. Sic apud Æthyopes in magno illi diu pretio fuerunt.

2. Verum curam Deus hominum gerens, Matthęum contra hos Apoſtolum miſit, qui primo in ciuitatem ingreſſu prȩſtigias eorum,fraudeſque aperuit,

aperuit, detexit, refellit. Nam quos illi figebant; hic in nomine IESV CHRISTI soluebat: quos illi excæcabant; hic illuminabat: quibus auditum illi tulerant; iste reddebat. Serpentes etiam, quos ad percutiendum homines excitabant, hic conuertebat in somnum, aut expellebat, & percussiones eorum facto signo Domini curabat, vulneraque inflicta sanabat.

3. Erat tum in eadem vrbe Eunuchus Candaces reginæ Æthiopum, qui à Philippo baptizatus fuisse in actis Apostolorum dicitur. Is cum Matthæum hæc omnia facere animaduertisset, se ad pedes eius prouoluit, Deum laudans quod populi sui misertus esset, quem cum magi in errorem induxissent, ipse per Apostolũ suum ab errore ad rectam viam reuocaret. Recepitque eum in domum suam; quo amici eius, ac necessarij confluere cœperunt; auditoque verbo vitæ in Iesum crediderunt; & salutari aqua expiati sunt. Plures enim partim miraculis, non ijs modò, quæ paulo ante commemoraui; sed alijs etiam nouis, quæ maximè in ægrorum curatione versabantur, adducti; partim singulari illius eloquentia, Christianam religionem, disciplinamque comprobârunt. Act. 8.

4. Matthæus enim non solum hos, quos magi læserant, curabat: sed etiam omnes, qui diuersis ægritudinibus obsessi ad eum ferebantur. Ita quoque populo Dei veritatem prædicabat, vt omnes mirarentur. Curationes variæ.

5. Rogatus deinde ab Eunucho, causam, & originem tot linguarum in orbe; qua in cœlum scala nobis sit ascendendum; & quomodo Apostoli omnes linguas sciuerint, edisseruit.

6. Hæc & alia cum Apostolus multò sermone mystico dissereret, venit qui nuntiaret magos illos duos aduentare cum singulis draconibus galeatis ore flammas reddentibus, & naribus auras sulphureas spargentibus, quarum odor teterrimus homines enecaret. Ea Matthæus cum audisset statim signo crucis facto securus in occursum illis egredi cœpit.

7. Quem cum Eunuchus clausis ostijs prohiberet, moneretque sibi consuleret, atque feras è specula potiùs tutò respiceret, & magos alloqueretur: Tu, inquit, in fenestra consiste; ego in publicum prodeo. Itaque foribus apertis, mox vt egressus est, dracones, atque magos, qui eos sequebantur, venientes conspicit. Feræ autem, vt primum Matthæum animaduerterunt, ad pedes illius cubantes somno se, ac quieti dederunt. tum Apostolus per ridiculum magis; Vbi est, inquit ars vestra? excitate eos, si potestis. Equidem si Christum Dominum non rogassem, furor quem in me concitauistis in vos omnis retortus recidisset.

8. Cumque illi arte aliqua dracones expergefacere conarentur, diuque tentantes nihil proficerent; Matthæus hoc artis eorum esse negauit; se verò facilè id posse facere dixit; eosque ita præceptis suis pariturus, vt deposita iracundia, eiectoque furore quam primum ad lustra sua redirent. Hoc populus orare, hoc precari, vt se à bestiarum furore, quem expertus esset, liberaret. Tum Matthęus Christi nomine Deum orasse dicitur, vt dracones excitaret; excitatos ita iuberet lustra sua repetere vt nihil cuiquam

mali, ac detrimenti afferrent. Cum his verbis repente discesserunt; nec ex eo tempore à quoquam visæ sunt.

9. Deinde circumstantes hortari cœpit, vt à dracone diabolo liberari vellent: se enim à Deo salutis eorum caussa missum esse, vt relicta idolorum superstitione, se ad veram vnius Dei religionem conuerterent; multaque populo de Apostolica legatione, de paradisi conditione, de beatitudinis felicitate, de præuaricatione Adæ, & cur Dei filius sit incarnatus, disputauit.

10. Cùm hæc, aliaque eiusdem generis Matthæus peroraret, tumultus quidam subitò tristitia, luctuque plenus exortus est. Mortuus enim regis filius cum gemitu omnium plangebatur: ad cuius funus cum ingenti multitudine illi quoque duo magi conuenerunt.

11. Qui cùm illum ab inferis excitare frustra conati essent, suadere regi cœperunt, vt filium qui ad deorum collegium raptus esset, in deorum numero reponeret, eique templum ædificandum, in quo illius statua poneretur, curaret.

12. Quod cum Candaces Eunuchus intellexisset, ad Reginam adiens, ei suasit, vt Magos in custodiam traderet, Matthæumque accerseret; qui si filium à mortuis excitaret, Magos, quorum sceleribus mala omnia in ciuitate euenisent, è medio tolli iuberet.

Euphenissa regina vel Euphinisia.

13. Accersitus cum honore Matthæus introducitur. Quem Euphenissa Æthiopum regina vt filium suum excitaret, rogauit. se enim credere illum à Deo salutis hominum caussa missum, eiusque discipulum esse, qui & mortuis vitam restituisset, & ab omnibus imperio suo morbos omnes depulisset. Itaque sibi non esse dubium, quin si illius nomen appellauisset, filius mortuus reuiuisceret.

14. Apostolus fidem Reginæ admiratus, ei dixisse fertur, sibi filium ab inferis excitatum iri persuaderet. Cumque Deum orasset, defuncti manum comprehendens, ait: Euphranon, (erat enim hoc Regis filio nomen) Domini mei IESV CHRISTI nomine, qui crucifixus est, reuiuisce, & surge. statimque viuus cum summa Regis, Reginæ, ac aliorum voluptate, & admiratione exurrexit.

Euphranō mortuus resurgit.

15. Hîc nota quòd libri quidem habeant Euangelistam Matthæum Regis filiam à mortuis excitasse: verùm occasione eorum, quæ postea cum hyrtaco, & Iphigenia Matthæus gessit, filiam pro filio positam esse diuinare quis facilè poterit. Omnes enim scriptores, qui huius rei meminerunt, filium Regis, non filiam à Matthæo suscitatum affirmant.

16. Confestim itaque Rex Matthæo coronas, & purpuram deferri iussit; præconesque misit, qui ex toto suo imperio accerserent volentes in hominis specie, & figura Deum latentem cernere. Innumerabilium fit hominum concursus; qui cùm cereos, & lampades deferrent, thuraque incendere, vario sacrificiorum genere adhibito, vellent; tum Matthæus ne id facerent prohibuit: se enim non Deum esse; sed Dei, ac Domini sui

IESV

Iesv Christi seruum; à quo Missus esset, vt ipsi relicta simulacrorum, quæ colerent, superstitione, & errore, ad veri Dei cultum, religionemque vocarentur. Qui si ipsum hominem eis similem Deum esse crederent; quantò magis cum Deum esse credere deberent, cuius se ipse seruum esse prędicaret; cuius etiam nomine regis filium ab inferis reuocasset.

17. Itaque si hæc ipsi ratione, atque animo vera esse perciperent; aurum, argentum coronasque aureas è conspectu ipsius tollerent, templumque Deo vero ædificarent, in quod ad Dei verbum audiendum conuenirent. Hæc illius verba vt Dei oraculum exciepntes, tantum architectorum, operariorumque numerum adhibuisse dicuntur, vt intra dies non adeò multos opus perfectum, absolutumque sit.

Templum breuissimo tempore exstruitur.

8. Templo autem nomen (vt ita dicam) resurrectionis imposuit: propterea quòd filij regis excitatio ei occasionem ædificando attulisset.

19. Tres & viginti annos illic præfuisse, atque presbyteros, & diaconos instituisse; ciuitatibusque Episcopos præposuisse; & complura fundasse templa fertur. singulis etiam diebus in Ecclesia versabatur: & partim quidem incitans ad virtutem, partim autem sacramenta tradens, eos qui vitijs, aut morbis opprimebantur, vel demonum improbitate veniebant in periculum, sermone, & contactu manuum statim ab ijs, quæ molestiam afferebant, liberauit. Salutari etiam aqua Æglyppum regem expiauit, & Euphenissam Reginam, & Euphranonem, quem excitauit, & Iphigeniam eorum filiam, quæ ab eodem, vt mox dicetur, Christo dicata, virgo permansit.

Quamdiu Matthæus in Æthiopia fuerit, ibi quid egerit.

20. Interea magi timentes fugerunt ad Persas, vbi à Sanctis Apostolis Simone, & Iuda victi sunt. Quoniam autem longum esset recensere quot cæcis aspectum reddiderit, quot leprosos curauerit; quot paralysi liberauerit; quot surdos audire fecerit; quot à dęmonibus eripuerit; quot à mortuis excitauerit; quàm religiosus rex Æglyppus fuerit; Quam proba vxor eius Regina, cum prolibus, exercitu, & populo Æthiopiæ: quàm ob caussam, quoque modo Sanctus Euangelista Matthæus pro Christo mortem obierit, hîc retexere, & narrare melius est.

Magi aufugiunt. Miraculis coruscat.

Martyrium beati Matthæi.

Capvt 48.

Æglyppvs itaque rex, cùm senex admodùm, in sancto proposito permanens, è vita excessisset, crudelis Hyrtacus exadelphus regnum eius, Euphranomo filio Æglyppi regis eiecto, violenter occupauit. Is cùm Iphigeniam defuncti regis Æglyppi filiam adepto regno in vxorem accipere cuperet; facilè id se ab Apostolo impetraturum esse sperabat. Quanquam enim sciret eam non solùm iam Christò dicatam, & consecratam; verùm

Hyrtacus regnum inuadit.

verùm etiam ampliùs, quàm ducentis virginibus præpositam: eius tamen animum commoueri, abducique posse Matthæi auctoritate, existimabat. Hac igitur spe fretus Apostolum adijt, eique dimidium regni sui pollicitus est, si ad hoc virgineum animum induxisset.

2. Hoc illi Matthæus primùm nec planè denegauit, nec concessit: sed eum tantum admonuit, vt piam Æglyppi consuetudinē seruans, qui omni sabbato eò conueniret, vbi verbum Dei prædicaret, ipse virgines omnes quæ cum Iphigenia essent conuocaret; tum illum cum populo auditurum quod Matrimonium laudibus ornaret, ipsumque Deo gratum, & acceptum esse doceret.

3. Quo audito Hyrtacus gratulatus est, adesseq; iussit Iphigeniam congregationi, quasi ex ore Apostoli audituram vt Hyrtaci coniunx fieri consentiret. Conueniunt omnes, & Matthæus facto silentio hortatus est, vt & attentè audirent quæ dicturus esset, & quæ audissent memoria tenerent. Hyrtacus, qui hæc Apostolum dicere arbitraretur, vt Iphigeniæ animum ad coniugium, quod initura esset præpararet, laudibus eum efferre cœpit; de ijsque rebus cum ijs communicabat, quos secum adduxerat.

4. Multa igitur Apostolus de coniugio, & cœlibatu disseruit. Hæc dicente Mattheo Rex cum suis comitibus clamosis laudibus perstrepebat, existimans eùm talia dicere, vt virginis animum ad eius coniugium inclinaret.

5. Facta rursus audientia, eo vsque dicendo progressus est Apostolus, vt etiam coniugia præclaris, honestisque actionibus, & officijs ornari assereret, si iustè, si legitimè, si sanctè, si integrè inirentur.

6. Quod si sponsam Regis, eius seruus vsurpare audeat; is non solum peccare, sed etiam tam graue scelus admittere dicitur, vt quam primum viuus exuratur; non quod Matrimonium omnino ineat; sed quia Regis, aut Domini sui vxorem vsurpat.

7. Sic rex Hyrtacus, (orationem enim ad eum conuertit) cum sciret Iphigeniam regis, cui successisset, filiam, Regisque cœlorum sponsam, ei consecratam; quo tandem modo posset maiori ereptam in Matrimonium ducere? & hoc pacto tandem Apostolus coniugium dissuasit. Hyrtacus qui adhuc Apostoli verba omnia laudauisset, tum iracundiæ facibus concitatus abscessit. Ipse verò cœptum sermonem alacrior multo persecutus est.

8. Cumque cæteros ad audiendum non minus quam antea paratos vidisset, eos ad patientiam, & fortitudinem animauit, dicens Regem, qui in orbe terrarum in alios dominatum haberet, non diuturnnm imperium tenere posse.

9. Regis autem qui cœlis præesset, æternum esse dominatum, & imperium: eundemque vt lætitia, & gaudio maximo eos, qui fidem ipsi seruant perfundit, & afficit; ita eos acerrimis supplicijs afficere, qui ab illius fide deficerent. Quod si Regis furor pertimescendus esset; quid de Deo existimare deberent? præsertim cum ira hominis, siue tormentis, siue ignibus, siue

siue ferro, & sanguine satietur, ad quoddam tempus duret: diuina autem vltio sempiterni ignis in scelestos supplicium statuerit.

10. Itaque Dominum nostrum Iesum Christum suis præcepisse, cum in conspectum Regum processissent, ne eos timerent, qui cum verberauissent,& inter fecissent nihil, quod præterea facerent, haberent: eum potius metuerent, qui cum occidisset, etiam perdere posset, & in gehennam mittere: eos proinde non timendos, qui nihil possunt in animas.

11. Tum Iphigenia spectante populo se ad pedes Apostoli misit, orans eum eius nomine,cuius esset Apostolus,vt sibi, socijsque virginibus omnibus, quæ ipsius sermone Domino consecratæ erant, manus imponeret, quo facilius minas Regis possent euadere, & contemnere. Si enim ille, multa, inquit Iphigenia, viuentibus adhuc meis parentibus minabatur, multisque nos & minis terrere audebat, & muneribus inuitare; quid modo facturum putas, vbi iam illis mortuis, regnum in manibus habet?

12. Ille precibus eius adductus, Christique præsidio, ac spe fretus, contemptoque regis odio, velum capitibus omnium apposuit, Deum orans vt illas famulas suas, quas ex omni numero bonus pastor ad seruandam,ornandamque perpetuę virginitatis castimoniam elegisset, ipse custodiret,atque tueretur; & ad omnia virtutum munera, & officia duce sapientia ita excitaret, & præpararet, vt victis carnis illecebris, coniugijsque non legitimis repudiatis, vinculo, quod res nulla soluere posset, cum Christo colligarentur. Iphigenia virgo cum alijs velatur.

13. Hæc atque alia eiusdem generis cum Apostolus virginibus illis bene precatus esset, diuina mysteria celebrasset, & omnis Ecclesia Missæ sacrum iam peractum audiuisset; ad Altare, vbi corpus Christi consecerat, reuersus est, ac mansit: vt martyrium Apostolicum ibidem expectaret.

14. Itaque non multo post lictor ab Hyrtaco rege missus eum passis manibus orantem à tergo punctim gladio feriens, (vel securi percutiens) Christi martyrem effecit. Breuiarium Romanum habet, quod cum ad altare mysterium celebraret occidi iussus sit. Sed quasi nulla diuersitas hic est: nam interfectionis mandatum spiculatori factum est, dum Matthæus sacrum missæ faceret: ipsa verò iussionis executio paulo post accidit, cum scilicet populus recessisset; is enim si præsens adhuc fuisset, sine dubio facinori obstitisset. Matthæi Martyriū.

15. Rem gestam vt populus accepit, statim ad palatium regis incendendum pergere cœpit: sed furenti populo fiunt obuiam sacerdotes, Diaconi, & clerici, cum sancti Euangelistæ discipulis, qui hortati sunt, ne id, qui à Matthæo salutem erant assequuti, facerent, quod diuinam voluntatem offenderet; & rogarunt ne contra Domini præceptum agerent: Petrum cum Malchi auriculam præcidisset, à Christo, ne par pari referre videretur, obiurgatum esse, auriculamque suo loco restitutam.

16. Itaque Apostoli Martyrium lætis animis celebrarent, & quid Deus constitueret, expectarent. Tandem vix detenti Martyrium Sancti Matthei celebrarunt; eiusque corpus, cum ei laudibus ornato, & honorifice inuoluto iusta fecissent, in sepulchro honorificentissime condiderunt: & multa ibi mira ad eius confessionem facta sunt.

17. Ergo posteaquam diuinus Euangelista opus sua vocatione dignum exegit, munusque debitum compleuit ad quod vocatus fuerat; per martyrium in Domino quieuit. Et nobis quidem in terra degentibus, gloria, & hymnis ornatum corpus reliquit, vicissim præclarè ornans, & sanctificans eos, qui glorificant: Ipse autem purè, & citra vllum intermedium apparet ante faciem Domini, & eius, quæ illic est gloriæ corona ornatur, & cum eo versatur, & exultat.

18. Christi autem virgo Iphigenia quicquid auri, argenti, & gemmarum habuit ad sacerdotes attulit, ea omnia se ita conferre dicens, vt cum dignum Christi Apostolo templum ædificassent, quod reliquum esset, egentibus erogarent: Certamen enim, & rem sibi cum Hyrtaco fore. Rex verò postea cum nec per nobilium vxores, nec per magos, ac dæmonis ministerium adduci posset Iphigenia vt in matrimonio ipsi collocaretur, locum, in quo illa cum cæteris virginibus die, noctuque Deo seruiebat incendere constituit.

Angelus cũ Matthæo confortat Iphigeniã.

19. Nec verò ignes subiecti nocere potuerunt. Cum enim per circuitum ignis arderet, & flamma tantum circa domum appareret; Angelus vnà cum Matthæo visus est, qui Iphigeniam bono animo esse iuberet, nec ignẽ timere, qui ad eum, à quo paratus erat, reuerteretur. subitoque ortus est ventus, qui suo impetu flammam à domo virginis, ad regis palatium transtulit, vt consumptis omnibus, ipse cum filio, quem vnum habebat, ægre potuerit euadere.

20. Quamquam illud supplicium ei leuius accidisset, quam quo postea affectus est. Nam & in illius filium cacodæmon intrauit: cuius impulsu cum ad sepulchrum Apostoli, manibus à tergo vinctis, cucurrisset, eum paterna scelera fateri compellebat: Et ipsum regem Elephantia totum infecit. Quem morbũ cum adhibiti medici curare non possent, ipse vi morbi coactus in gladium incubuit.

21. Hoc vt resciuit populus, magnam ex illius morte cœpit voluptatem; fratremque Iphigeniæ Beiorium nomine, qui sororis opera à Matthæo aqua salutari expiatus erat, regalem potestatem administrare voluit. Is cum quinque & viginti annos natus regnare cœpisset, ad tres, & sexaginta imperium prorogauit. Duobusque susceptis liberis, vnum exercitui præfecit; Alterum regni hæredem instituit. Sic pace in Ecclesia Æthiopiæ constituta, respublica Christiana illic Matthæi meritis, ac precibus amplificata est.

22. Quidam existimant sanctum Matthæum non in Æthiopia mortuum esse: sed in Hiera ciuitate Parthiæ obdormiuisse in Domino, ibique sepultum.

ſepultum. Ita ſentit Oecumen. ante expoſitionem actorum Apoſtol. & *Oecum.*
Dorotheus in ſynopſi de vita, & morte Prophetarum, & Apoſtolorum. *Doroth.*
Quos nonnulli ſequuntur. Putant enim hunc Apoſtolum poſtquam in Æthiophia Chriſti fidem prædicauerat, inde ad parthos reuerſum eſſe.

23. Verum de loco vbi mortuus, ac ſepultus eſt, videtur aſſentiendum potiùs Venantio Fortunato, qui ante annos mille vixit. Porro is agens de *Venan.* Apoſtolis ſingulis, ipſiſque locis, vbi paſſi ſunt, & conditi; hæc de Matthæo, atque Bartholomæo canit: Inde triumphantem fert India Bartholomæum: Matthæum eximium Naddauer alta virum. Hæc in carmine de gaudijs vitæ æternæ, & lib. 7. ad Bodog. Ducem.

24. Beda quoque in Martyrolog. Septembris die vigeſimo primo dicit *Beda.* Matthæum apud Æthiopiam, prædicaſſe, & multos ad fidem conuertiſſe, miſſumque ab Hyrtaco Rege ſpiculatorem, qui eum gladio feriens Chriſti martyrem effecit. Ado martyrol. ſept. die vigeſimo primo, & Vſuar. in *Ado.* martyr, eodem die, & menſe manifeſtè teſtantur Matthæum in Æthiopia *Vſuar.* prædicantem martyrium eſſe paſſum.

25. Idem probat Eccleſia Romana, non ſolum in martyrologio, ſed etiam in officio diuino Septemb. die vigeſimo primo. Nulli ergo dubium eſſe debet [redacted]ctus Euangeliſta Matthæus in Æthiopia & vita functus ſit, & ſepultus, & quidem martyrio coronatus.

26. Illud quoque dignum eſt notatu, quod cum apud Hippolitum libello de duodecim Apoſtolis legitur Matthæum virginitatis factum eſſe victimam; alludat auctor ad hiſtoriam de ſancta Iphigenia Virgine. *Hippol.* Victima virginitatis Matthæus.

De corporis Matthæi tranſlatione, & alijs.

CAPVT 49.

QVOD verò proceſſu temporis ex Æthiopia corpus Matthęi tranſlatũ ſit, & apud Salernum digna veneratione quieſcat, teſtatum facit martyr. Roma. Maij ſexto his verbis: Salerni tranſlatio ſancti Matthæi *Marty.* Apoſtoli, cuius ſacrum corpus olim ex Æthiopia ad diuerſas Regiones, & „ demum ad eam vrbem delatum, ibidem in Eccleſia eius nomine dedicata, „ ſummo honore conditum fuit, tempore Gregorij Papæ ſeptimi, Idem ha- „ bet Breuiarium Romanum Septembris vigeſimo primo die. „

2. Extat de hac tranſlatione, Gregorij Papæ ſeptimi epiſtola ad Alphanum Epiſcopum Salernitanum, in qua primum illi gratulatur de inuento *Greg.* ſacro Apoſtoli corpore; monetque vt digno honore ſacras reliquias proſequatur; agatque cum Roberto Principe, & eius coniuge, vt pia religione ſacra pignora colant.

3. Quo anno mortem diuus Matthæus obierit, exploratum non habemus. Scio nonnullos ſcriptum reliquiſſe, quod anno ab ortu Chriſti *Quo anno Matthęus obierit.*

 quinqua-

quinquagesimo, nisi mendosi sint codices, obdormiuerit. Alij habent eum anno Domini sexagesimo, tempore Vitellij, obijsse. Verum si Matthæus in Æthiopia annis tribus, & viginti, vt acta eius habent, vixerit; & octo, vel etiam forte pluribus annis, à Christi in cœlum ascensu, vt ex antegressis manifestum est, in Iudæa hæsit; nec statim ab Apostolorum diuisione in Æthiopiam peruenerit; vltra annum Domini, non solum quinquagesimum, sed etiam sexagesimum Euangelicam prædicationem, ac vitam produxerit, necesse est.

4. Cum verò constet Vitellium non nisi anno Domini septuagesimo primo Imperium paucis mensibus renuisse; sanè si Matthæus sub Vitellio Martyrium passus est, eo id anno contigerit, oportet.

5. Genebrardus dum sub Vespasiano Æglyppum, & Hyrtacum Æthiopiæ reges ponit, Matthæum vsque ad annum Domini septuagesimum primum, & vsque ad eiusdem Imperatoris Vespasiani tempora vixisse subindicat.

Euangelij secundum Matthæum inuentio. *Bed.* *Ado.* *Vsua.* *Mar.*

6. Huius verò Sancti Euangelistæ Matthæi Euangelium, stylo scriptum hebræo, ipsomet reuelante, Zenonis Imperatoris tempore, inuentum esse testantur Beda in Martyrol. septemb. vigesimo primo, & Ado in martyrol. & Vsuar. & Romanum Martyr. eodem die, vt superiùs capite vigesimo quarto dictum est.

Eckius. Quid promittatur Matthæi Euangeliũ afferenti.

7. Eckius, ho. de Sancto Matthæo, Nicolaum quintum Papam quinque ducatorum millia Euangelium ad se Diui Matthæi Hebraicum afferenti promisisse refert.

Varia Euãlij Matthæi partitio.

8. Hoc autem Euangelium à doctoribus variè partitum inuenitur: à vetustioribus enim latinis secundum Hilarij sectionem diuiditur in canones triginta tres; & secundum quorundam aliorum partitionem in canones sexaginta septem: apud recentiores verò latinos in viginti octo capita: apud græcos autem iuxta Euthymium in capita sexaginta octo; iuxta Suidam in titulos sexaginta octo, & capita trecenta quinquaginta quinque. Ammonius similiter, & Eusebius in capita trecenta quinquaginta quinque.

Actorum Matthæi scriptores. *Metaph.*

9. Apud Surium tomo quinto Septemb. die vigesimo primo extat vitæ Sancti Matthæi Apostoli, & Euangelistæ descriptio auctore Simeone Metaphraste, quę incipit: Si pręceptum illud, quod ab eo &c. Quæ eadem habetur etiam apud Aloysium Lippoma tomo septimo. est & alia tomo quinto apud eundem Aloys. cuius initium est; Iam quidem nos quod ab eo &c.

Abdia. *Nat.*

10. Reperitur quoque eiusdem Euangelistæ vita, & passio in libro quodam manu scripto Collegij nostri Duacensis, tali principio: Quoniam Deo cura est de hominibus &c. Alia est apud Abdiam libro septimo historiæ Apostolicæ. Petrus de Natalibus libri octaui Catalogi Sanctorum capite centesimo, compendio habet de Matthæo, quod Abdias scripsit. Vincentius in speculo histor. libro nono capite septuagesimo quarto,

quarto, septuagesimo quinto, septuagesimo sexto, septuagesimo septimo.

11. Ioachimus Perionius libro de gestis, & vitis Apostolorum stylo eleganti Diui Matthæi vitam conscripsit, & planè Abdiam verbis immutatis sequitur. In Toletano Breuiario tres hymni de Sancto Matthæo leguntur, quibus acta eius narrantur. Alphanum quoque Salernitanum Episcopum tres hymnos de Sancto Matthæo elaborasse testatur Petrus Diaconus Cassinensis. *Peri.* *Breu.* *Alpha.* *Diac.*

12. Marcus Antonius Marsilius Columna, Salernitanus Archiepiscopus de vita, translatione, & miraculis Sancti Matthæi Euangelistæ, & Apostoli egregium volumen edidit. *Colum.*

13. Niceplior. libro secundo hist. capite quadragesimo primo de Matthæi gestis, & martyrio mira, & pulchra quidem habet; sed quæ videantur esse prorsus commentitia, à veritate aliena, & nullius certæ, aut probabilis fidei; quia nullius alterius testimonio comprobata sunt. Proinde hic ea referre nolo. Indigna enim videntur quę probabilibus, ac veris inserantur. Valdè miror vnde ea desumpserit. *Niceph.*

Matthæi Priuilegia.

CAPVT 50.

SANCTI Euangelistæ Matthæi nunc tandem aliquot prærogatiuas, seu priuilegia recensebo. Primum est, quod primus Euangelium scripserit: vnde primus quoque inter Euangelistas ponitur; & Euangelium eius omnium primum est. De hoc priuilegio ita scripsit Damian. serm. de sancto Matthæo: Inter omnes planè sanctos, qui cœlesti gloriæ de triumphato mundo victoriæ titulos intulerunt, beatus Matthæus mihi videtur insignis, atque conspicuus, & quendam inter eos, dignitatis obtinere primatum; atque, vt clariùs dicam, nemo post Christum est, cui magis debeat sancta vniuersalis Ecclesia. Nam quod mundus viuit, hæc est causa; quia lux nobis Euangelica coruscauit. Constat autem quia primus omnium Matthæus Euangelium scripsit: sicque his, qui erant ex circumcisione fidelibus neotericæ fidei quoddam quasi speculum procurauit. Quia igitur ad sanctum Euangelium describendum primus iste prorupit; scribendi cæteris Euangelistis viam præcessor aperuit; & tanquam dux vexillum sequentibus prætulit, suoque eos exemplo, vt scriberent, incitauit. Illi ergo debemus Euangelium, quem Euangelicæ narrationis constat intulisse principium; & quem aliorum nouimus primum, non ambigimus inter eos cuiusdam priuilegij tenere primatum. *1. Quod primus Euangelium scripsit.* *Damia.*

2. Ibidem: Quisque trium Euangelistarum Matthæi librum antequam

Alij Euãgelistæ scripturi Matthæum legerunt.

suum inciperet, nouit; & sicut sibi diuinitus inspiratum est, non superfluam cooperationem sui laboris adiunxit. Eorum quippe fuerat preparare fideliter animos ad scribendum; Dei autem erat in id quod vellet dirigere stylum.

August.

3. Horum aliqua sumpsit Petrus ex Augustino, qui lib. primo de cons. ca. secundo sic habet: Quamuis singuli Euangelistæ suum quendam narrandi ordinem tenuisse videantur: Non tamen vnusquisque eorum, velut alterius præcedentis ignarus, voluisse scribere reperitur; vel ignorata prætermisisse, quæ scripsisse alius inuenitur: sed sicut vnicuique inspiratum est, non superfluam cooperationem sui laboris adiunxit.

2. Quod idem cum Moyse libro suo dedit initium.

4. Secundum Matthæi priuilegium est, quod idem cum Moyse libro suo dedit initium. Vnde sic habet Damian. ser. de Sancto Matthæo: Sicut Moyses prophetis, & omnibus qui aliquid scripserunt in veteri testamento, non absurdè præponitur: ita Matthæus omnes iure præcellit, qui scripsisse reperiuntur in nouo. vt enim ille nascentis mundi texit originem: sic iste, tanquam spiritalis cuiusdam mundi, orientem descripsit Ecclesiæ nouitatem. Vnde Spiritu Sancto calamum temperante, prouisum est, vt vterque non diuersum; sed vnum, idemque suis libris præmitteret initium dicens: *Liber generationis*. Hæc Damianus.

3. Quod in Iudæa scripsit

Isa. 2.

Mich. 4.

5. Tertium eius priuilegium est, quod in Iudæa, atque adeò in ipsa fortè Hierusalem, (vbi Euangelium ipsum habuit initium, & lex noua incœpit, iuxte illud Isa. secundo, & Mich. quarto, (*De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem*) scripsit Euangelium.

4. Quod hebraicè scripsit.

6. Quartum quod Euangelium suum hebraicè scripserit; lingua scilicet omnium prima, antiquissima, nobilissima, perpetua, & principali; à Deo primis humani generis parentibus immediate tradita; non ab homine inuenta. quæque sola post diem extremi iudicij remanebit, teste Isidoro.

Isid.

Hieron.

5. Quod citando scripturas sequatur hebraicam veritatem.

7. Quintum ex quarto sequitur, vt notauit Hiero. de scriptoribus Ecclesiasticis in Matthæo, quod nempe in Matthæi Euangelio vbicunque Euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona Domini saluatoris veteris scripturæ testimonijs vtitur, non sequatur septuaginta interpretum editionem, vt alij Euangelistæ; sed iuxta hebraicam veritatem singula profert testimonia; ex quibus illa duo sunt; *ex Ægypto vocaui filium meum*. Et; *quoniam Nazareus vocabitur*. Quia nimirum hebraicè scripsit.

6. Ratione obiecti.

8. Sextum, est ex parte intentionis, & rei, quam tractat; quod videlicet explicet regiam Christi dignitatem, vt post Augustinum habent Beda, Damian. Ruper. & alij.

7. Quod multi illud exscripterint, & reuerenter habuerint.

Doroth.

9. Septimum, quod Matthæi Euangelium multi ex Apostolis, discipulis, & alijs exscripserint. Quod S. Bartholomæus hebraicum Matthæi Euangelium ad Indos secum tulerit, eisque tradiderit Dorotheus in synopsi testis est. Quod Barnabas Apostolus illud idem sua manu descripserit; auctoritate Theodori lectoris lib. secundo collectaneorum in principio probatur,

batur, & aliorum. Hieron. de scriptoribus Ecclesiasticis in Matthæo, illud quoque se descripsisse asserit. 8. Quod reuelatione sit inuentū.

10. Octauum, quod Euangelium Matthæi diuina reuelatione sit inuentum. 9.5000. Ducatorū afferenti promittuntur.

11. Nonum, quod Nicolaus quintus Papa quinque ducatorum millia Euangelium Matthæi ad se hebraicum afferenti promisit.

12. Decimum, quod propter Christi prædicationem luminibus priuatus fuerit. 10. Quod sit excæcatus.

13. Vndecimum, quod specialiter sit Æthiopiæ Apostolus. Duodecimum, quod virginitatis sit victima. Vt Ioannes ab Herode ideò occisus est, quia eius adulterium reprehendebat: sic Matthæus ab Hyrtaco est interemptus quia ne Deo consecrata virgo regi Hyrtaco nuberet, impediuit. 11. Quod sit Æthiopum Apostolus. 12. Quod sit victima virginitatis.

Acta Sancti Marci Euangelistæ. Et primo quis, cuiasque fuerit.

Capvt 51.

Agendvm nunc de sancto Marco, qui minus, quam cæteri Euangelistæ notus fuit, sequitur. Vt autē à nominis etymologia sumamus exordium, Marcus interpretatur sublimis mandato, inquit Hiero. in fine commentariorum in epist. ad Philem. & Isid. libro 7. etimologiarum cap. 9. & Damia. ser. de sancto Marco. Hos secuti sunt recentiores, inter quos est Claud. de Rota; qui cum Damiano existimat hunc Euangelistam dici Marcum, hoc est, mandato sublimem, ratione perfectionis, quam in vita sua consecutus est; & quidem satis accommodatè. Seruauit enim non solum mandata, sed & consilia. Tamen Anastasius Sinayta; Marcus (inquit) dictus est donum vitæ. Interpretatio nominis Marcus. *Hieron.* *Isid.* *Damia.* *Claud.* *Anast.*

2. Marci genus modò explicemus. Beda in proœmio commentari. super Marcum, tradit Marcum natione, & genere fuisse Hebræum, ac leuiticum, legalemque sacerdotem, atque ex sacerdotali genere progenitū, Idem post Bedam ait Pet. de Nat. lib. 4. catal. sanct. cap. 86. & ante hos Hiero. præfat. in Marcum. Marci genus.

3. Niceph. lib. 2. Hist. cap. 43, Marcum hunc Euangelistam Petri ex sorore nepotem asserit. Verum hallucinatus est, dum hunc Euangelistam ex Petri sorore prognatum dixit; Nec assentiri possumus id absque aliquo antiquorum testimonio asserentibus. Marcus nō est Petri nepos.

4. Oecumenius in cap. 12. 13. & 15. actor. testatur Marcum Euangelistam esse Ioannem Mariæ filium, Barnabæque nepotem, & consobrinum, cuius mentio fit col. 4. 2. Timot. 4. & 1. Petri 5. Eadem habet Theophylactus argumento in Marci Euangelium, & victor Antiochenus in Mar-

in Marcum. Idem planè sentit Enthymius proœmio in Marcum, dicens eum fuisse filium Mariæ, quæ Apostolos, & discipulos Christi in domo sua benignè excipiebat; vocatumque Ioannem, vt in actis Apostolorum cap. 12. dicitur & quidem, circa principium, Barnabæ auunculo suo, simul & Paulo coniunctum fuisse, sicut liber actorum cap. 13. testatur: deinde

1. Pet. 5. cum Petro conuersatum, quemadmodum prior eius Epistola demonstrat, qua eum etiam Petrus filium suum appellauit; denique Paulum in Epistolis mentionem eius fecisse, vt in Epistola ad Colos, & in secunda ad Timotheum.

Alexand. 5. Alexander Monachus scriptor græcus in vita sancti Barnabæ apud Surium Iunij die 11. testatur etiam, eundē esse Marcum qui Paulo, & Barnabæ aliquando coniunctus fuit, vocatus Ioannes, Mariæ filius, quique postea Romæ cum Petro conuersatus est. Ibidem ait Mariam illam Marci

Niceph. matrem fuisse S. Barnabæ materteram. Niceph. lib. secundo histo. capite decimo quinto etiam affirmat Marcum Euangelistam esse Mariæ filium. Ioannem vocatum, & Barnabæ consobrinum. Ipse quoque sanctus Hier.

Hieron. in priore, ac maiore commentario Epistolæ ad Philemonem; Marcum de quo in ea mentio fit Euangelij conditorem esse putat.

Clemens. 6. Clemens papa lib. secundo constitut. Apostolicarum cap. sexagesimo primo Marcum, & Lucam Euangelistas dicit fuisse Pauli adiutores; itaque marcum illum, de quo agitur in Epist. ad Colos. & in Epist. ad Phile.mo. Euangelistam fuisse arbitratur. Hos alij plures secuti sunt. Opinionem hanc ipsa nominis similitudo probabilem facit.

Marcus Euangelista non est Barnabæ consobrinus, qui Ioannes Marcus dictus est.

7. Sanè qui in huius rei veritate peruestiganda exactam in primis temporum, locorum, ac rerum gestarum rationem non habent, errore labi, licet inuiti, coguntur. Porro hoc ipso tempore, quo diuus Marcus Euangelista Romæ cum Petro agebat, & inde Alexandriam cōcessit, & in Euangelij prædicatione tam in Ægypto, quam alibi diutius est commoratus; eodem vel saltem superiori anno Ioannes ille cognomento Marcus Ierosolymis Paulo, & Barnabę adhæsit; eosdemque ad prædicationem Euangelij postea secutus est; indeque, Paulo à Barnaba diuiso, Ierosolymam primò; deinde Cyprum petijt, ac demum ad Paulum redijt. Ergo planè ex temporum, locorum, ac rerum diuersitate constat, Marcum Euangelistam, à Marco Barnabæ consobrino, qui Ioannes vocatus est, distinctum esse.

Basil. 8. Nouerunt hoc ipsum & maiores nostri. Basilius enim aduersus Eunomium lib. quinto, eo tempore quo Paulus Romæ agebat, quo cum aderat Marcus consobrinus Barnabæ: Alexandrinam Ecclesiam Marcum

Isid. Euangelistam excoluisse testatur. Apud Isidorum quoque lib. de vitis, & obitu sanctorum, Marcum Euangelistam, à Ioanne, qui cognominatus est

Ansel. Marcus, diuersum esse legimus. Anselmus præterea in caput quartum posterioris ad Timotheum, clarè marcum Euangelistam à Barnabæ consobrino distinguit.

9. Itaque

9. Itaque Marcus Euangelista non est ille filius Mariæ, qui Ioannes dictus, & Marcus cognomento est appellatus; quique Pauli adiutor, & Barnabę consobrinus, seu consanguineus fuisse dicitur. Cui sententię illud fauet, quod Paulus act. decimo quinto aliquid in eo fuisse indicet culpæ, quam ob rem in consortium admittendus non esset; quod de Euangelista sine certis credere coniecturis, haud scio an satis propensi ad pietatem sit ingenij.

10. Ac mirum profectò est, si proprium illi Ioannes nomen erat: à scriptorum nullo veterum Ioannem appellatum. Cum ergo scriptura vnum quasi proprio, & vsitato nomine Ioannem; alium verò & eadem scriptura, cùm de eo certè loquitur, & antiqui auctores plurimi, Marcum appellent; diuersos fuisse credendum est. Hæc opinio & grauiores auctores, & probabiliores coniecturas habet: quia nominum illa similitudo, quam alij auctores secuti in cõtrariam sententiam abierunt, nihilo maior, quam dissimilitudo est: nam vt ambo Marci similes, ita Ioannis nomine dissimiles sunt.

11. Adhæc sciendum est quod ille, qui áctor. duodecimo Marię filius dicitur, Ioannes nominatus, cognomento Marcus, apud quem Ierosolymis Ecclesia colligebatur; & quẽ Paulus, & Barnabas Ierosolymis assumpserunt; cuius etiam mentio fit act. decimo tertio, & decimo quinto, vnus idemque sit cum illo Marco, qui ad Colos. quarto Barnabæ consobrinus dicitur. Quod satis Lucas suadere videtur, dum act. cap. decimo tertio ipsum ait Barnabæ, & Paulo adhæsisse: & cap. decimo quinto cognominatũ esse Marcum; vbi etiam addit, quod orta propter eum dissensione, Barnabas, relicto Paulo, Marcum assumpserit, eundemque in patrium solum Cyprum secum perduxerit: ex quibus euidens coniectura est, eundem Marcum Barnabæ consobrinum fuisse. *Act.* 12. Idem est Marcus Barnabæ consobrinus, Mariæ filius, & Pauli adiutor. *Act.* 1.15. *Col.* 4. *Act.* 13. & 15.

12. Præterea illum ipsum Marcum, quem Paulus secundæ ad Timot. quarto ad se adduci iubet, esse consobrinum Barnabæ, ex eo perspicuum videtur, quod idem Apostolus in Epistola, quam post Timothei, & Marci Romam aduentum scripsit ad Colossenses, eiusdem Marci cum meminit, ait: Salutat vos Marcus consobrinus Barnabæ. *2. Tim.* 4.

13. Hæc ex diuinis scripturis in hunc modum testata, Alexander græcus auctor, qui Barnabæ acta prosecutus est, confirmat; & sanguinis coniunctionem inter ipsos intercedentem recenset, apud Surium die vndecimo Iunij. *Alexand.*

14. Ex his Dorotheus erroris planè redarguitur, dum in sua synopsi Marcum Barnabæ consobrinum, à Ioanne cognomento Marco distinguit. *Doroth.*

15. Ex eisdem & illud compertum habetur, eundem Ioanuem cognomento Marcum, à Paulo aliquando reiectum, ab eodem iterum postea fuisse susceptum; eundemque vnà cum Paulo in Euangelij prædicatione egregiam nauasse operam; id Paulo attestante ad Colos. quarto, vbi & eum valdè commendat, & inter adiutores suos in regno Dei recenset. Romam *Col.* 4.

Phile. enim Paulus eum vocauerat, vt videre est posterioris ad Timot, quarto.
2. Tim. 4. Eundemque Paulus Roma scribens ad Philemonem, adiutorem suum appellat.

Duo Marci sunt in scriptura. 16. His igitur in hunc modum elucidatis; perspicuũ est in sacra scriptura duos tantum esse Marcos; vnum quidem Euangelij scriptorem, Petrique filium, de quo primæ Petri quinto agitur, & non alibi. Alterum vero Mariæ filium, & Barnabæ consobrinum, cuius solius mentio fit reliquis omnibus locis tam Pauli, quam Lucæ. Nec alius à prædictis reperitur. Quidam ponit alium Marcum cognomento Aristarchum, de quo Paulus in epist. ad Philemonem: Verum ex cap. quarto epist. ad Colos. Manifestum est, Marcum ab Aristarcho diuersum esse: & in epist. ad Phile. inter Marcum, & Aristarchum comma expungendum non esse.
1. Pet. 5.

Quandò Marcus ad Christum sit conuersus.

Capvt 52.

QVANDO autem, & quomodo ad Christi fidem accesserit, non vna est omnium doctorum sententia. Epipha. hære. vigesima, & quinquagesima prima, tradit Marcum fuisse vnum ex ijs septuaginta duobus Christi discipulis, qui propter eius de Eucharistia sermonem, ab eo recesserunt: sed per Petrum ad Saluatorem postea reuocatum. Orige. quoque primo dialogo contra Marcionistas, de recta in Deum fide, testatur eundem ex septuaginta duobus discipulis vnum fuisse. Idem sentit Alexander in actis Barnabæ.

Epipha. Qui putent Marcum fuisse Christi discipulum. *Ioan. 6.* *Origen.*

Euthym. 2. Euthym. præfat. in Euangelium Lucæ, nixus Orige. & aliorum testimonio, putat Marcum fuisse ex numero septuaginta duorum discipulorum Chisti. Niceph. lib. secundo hist. cap. quadragesimo tertio, & quadragesimo quinto, Marcum inter septuaginta duos Christi discipulos numerat. Plures alij hos sequuntur.

Niceph.

Marcũ ex Christi discipulis non fuisse. 3. Verùm hæc sententia ab ijs patribus, non recipitur, qui à Petro Marcum tradunt in Euangelio genitum; dominumque nec vidisse, nec audiuisse. Inter quos imprimis est Greg. initio primi lib. dialogorum dicens sibi luce clariùs constare, quod Lucas, & Marcus Euangelium scripserint, quod auditu, non visu didicerunt. Hieron. in caput sexagesimum quintum Isa. refert quod Petrus Marcum Christo genuerit, vt Lucam Paulus. Procemio in comment. super Mat. expressè Marcum ait non vidisse Dominum; eaque narrare, quæ Petrum magistrum suum prædicantem audierat. De scriptoribus etiã Ecclesiast. in Marco, testatur eum scripsisse Euangelium iuxta quod referentem Petrum audierat.

Greg. *Hieron.*

Papi. 4. Papias apud Euseb. lib. tertio hist. cap. trigesimo tertio narrat quod Marcus Euangelista Dominum non audierit, nec eum comitatus fuerit & hoc

& hoc Papias se ex præsbytero quodam habere scribit. Idem ex Papia refert Niceph. lib. tertio hist. cap. vigesimo. Ipse tamen Niceph. aliter sentit. *Niceph.* Euseb. lib. tertio hist. cap. decimo octauo. Omnes (inquit) qui erant *Euseb.* ab ipso Seruatore nostro doctrina, & præceptis sapientiæ instituti, vt duodecim Apostoli, septuaginta discipuli, alijque, præter istos, pene innumerabiles, eiusmodi reuelationum non penitus expertes, & ignari erant: tamen ex omnibus, qui in eius disciplinam se tradiderant, solus Matthæus, & Ioannes nobis quædam monumenta literis prodita post se reliquerunt. De scriptis Petri, Iacobi, & Iudæ ca. decimo nono agit. Itaque sentit Marcum, & Lucam non fuisse Christi discipulos.

5. Clemens Papa li. secundo constitut. Apostol. ca. sexagesimo primo *Clemens.* idem insinuat, cum hanc assignat Euangelistarum distinctionem; quod Matthæus, & Ioannes Euangelia tradiderint Ecclesiæ: Marcus verò, & Lucas accepta reliquerint. Idem Naz. indicat initio carminis de Christi *Nazianz.* miraculis secundum Marcum.

6. Aug. lib. primo de consen. Euang. cap. primo indicat Marcum, *August.* & Lucam Dominum hic in carne apparentem discipulatu famulante secutos non fuisse: verum ex eius discipulis fideliter comperta credidisse. Et ca. secũdo eosdem ait non fuisse ex eorum numero, quos Dominus ante suam passionem elegerat: & secutos fuisse Christum, non corporaliter præsentem, sed in Apostolis loquentem. Et lib. decimo septimo contra Faustum capite tertio asserit Marcum, & Lucam secutos fuisse Christi discipulos; & præsupponit non esse secutos Dominum.

7. Adhæc Theodoretus in fine præfat. ad historiam sanctorum patrũ, *Theod.* dicit Lucam, & Marcum fuisse discipulos Apostolorum; & Dominum non vidisse. Denique Beda proœmio commentariorum super Marcum Papiæ, *Beda.* Clementi, Eusebio, Hieronymo, Augustino, Gregorio, & Theodoreto potius, quam Origeni, Epiphanio, & Euthymio consentiens, Marcum tradit vnum ex illis fuisse sacerdotibus, qui Christo Domino post eius ascensionem crediderunt, de quibus act. Sexto Lucas ait: *Multa turba sacerdotum obediebat fidei.* *Act. 6.*

8. Probabilius itaque est marcum cum Christo vt eius discipulum non fuisse conuersatum. Ad hanc sententiam accedere etiam videntur illi doctores, qui marcum tradunt fuisse Petri in diuino sermone discipulum, auditorẽ; & in baptismate filium, vt Tert. dum lib. quarto cont. Marcio. *Tert.* cap. secundo, & quinto Marcum vocat Petri discipulum. Anacletus papa *Anac.* Epist. tertia Marcum Euangelistam Petri discipulum nominat. Iren. lib. *Iren.* tertio aduer. hæres. cap. primo, marcum Petri discipulum, & cap. vndecimo sectatorem eius vocat. Euseb. lib. 2. hist. ca. 14. Marcum Petri dis- *Euseb.* cipulum vocat: & lib. quinto hist. cap. octauo Petri discipulum Irenæi verbis appellat. Chrysost. hom. prima, & 59. in Mat. etiam dicit Marcum *Chrysost.* Petri fuisse discipulum. Sic etiam Epipha. hære. 51. Aug. lib. de consen. *August.* Euang. cap. secundo dicit Marcum, & lucam Euangelistas suscipiendos

Leo. tanquam Apostolorum filios. Leo papa primus Epist. quinquagesima ter-
tia sub finem, & Epist. octogesima prima sanctum Marcum Euangelistam
Hieron. beati Petri discipulum sæpe nominat. sic etiam Hiero. procemio in com-
mentarios super Mat. & prologo in Euangelium secundum Marcum, &
præfat. in commentarios super Marcum: de scriptor. Eccles. in Petro, &
Greg. in Marco. & Greg. lib. quinto registri cap. centesimo sexagesimo Epist.
Isid. sexagesima ad Eulogium Episcopum Alexandriæ. & Isid. lib. sexto etymo-
Glyc. logia. cap. secundo, Michael Glycas Annalium parte tertia folio trecente-
Damia. simo primo. Petrus Damia. serm. de sancto Luca. Ado in Martyrol. die vi-
Ado. gesimo quinto aprilis. Beda in Martyrol. eodem die. Vsuar. eodem die.
Beda. Martyrol. Romanum eodem die. Petrus de Natalibus lib. quarto catal.
Vsuar. sanct. cap. octogesimo sexto, vbi dicit eum post Domini passionem Apo-
Marty. stolorum effectum discipulum.
Nat. 9. Notandum tamen, ex eo quod Lucas, & Marcus dicantur Aposto-
rum sectatores, discipuli, auditores, & in baptismate filij, efficaciter non
concludi, eos non fuisse Christi discipulos. Nam Orig. Epipha. Euthy. &
Oecum. alij fatentur ambos fuisse & Christi, & Apostolorum discipulos. Oecum.
Theoph. in cap. duodecimum act. & Theophylac. præfat. in Mat. & argumento in
Mar. Marcum Euangelistam discipulum Petri nominat; sed an etiam
Christi, non recordor.
Doroth. 10. Dorotheus in synopsi, inter Christi discipulos Marcum, & Lucam
recenset. Verum fides eius constans non est: multos enim inter Christi
discipulos adlegauit, qui Pauli tantum fuère discipuli.
11. Porro eorum, qui opinantur Lucam, & Marcum ex Christi fuisse
discipulis, quidam eos seriùs ad discipulatum Christi venisse arbitrantur:
vt Euthym. Alex. & plures. alij verò eos ex discipulis Christi à principio
fuisse dicunt; postea tamen reliquisse Dominum; ac tandem aliquando
Apostolorum ministerio conuersos.
12. Illorum ergo sententiæ consentio, & subscribo, qui Marcum
Petri, non Christi fuisse discipulum tradiderunt, & post Domini salua-
toris in cœlum ascensionem, ad Euangelicam fidem accessisse.
1. Pet. 5. 13. Sic Petrus eum prioris Epist. suæ ca. quinto filium suum appellat,
non solum quod eum paterno, singulariq; amore prosequeretur, & vnicè
diligeret; verum etiam quod ipsum Christo lucratus esset, in Euangelica
Beda. fide instruxisset, in Christo genuisset, & baptizauisset. Solemus enim filios
Hieron. appellare, quos baptizauimus, quemadmodum & baptismus ipse ad Tit.
Nat. tertio capite regeneratio vocatur. Sic Beda, primæ Petri quinto. Hiero.
Euthy. de scrip. Eccles. in Marco. Petrus de Natalibus lib. quarto catal. Sanct.
Ado. ca. octogesimo sexto. Euthy. procemio in Marcum. Ado in martyr. apri.
Euseb. vigesimo quinto. Euseb. lib. secundo hist. cap. decimo quarto. Niceph.
Niceph. lib. secundo hist. ca. decimo quinto. Hiero. prol. in Euangelium secundū
Hieron. Marcum, & alij, qui locum illum primæ Petri quinto interpretati sunt. Et
Damia. Petrus Damian. serm. de sancto Marco, vbi dicit eum à Petro baptizatum.

Quod

Quod Marcus Petri comes, adiutor, & interpres fuerit.

CAPVT 53.

CVM Sanctus Petrus ordinis Apostolici princeps, fundata apud Antiochenos Ecclesia, Romam iussus esset, Ecclesiam ibi quoque diuina reuelatione ædificaturus, proficisci; Marcus cum eo Romam profectus est. Secum enim Petrus Marcum tunc in vrbem, quæ orbis caput erat, duxit: Petroque Marcus fideliter adhæsit. Hoc testatur Alex. in actis Barnabæ. & Pet. de Natalibus lib. quarto catal. Sanct. cap. octogesimo sexto. & Pompeius in gestis Syri, & Iuuentij. Hinc etiam Papias, & Clemens Alex. apud Euseb. quod se Petro Marcus comitem dederit, scriptis prodiderunt: & Theophyl. præfat. in Mat. Marcum Petri fuisse comitem asseruit; Euthy. prol. in Mat. eundem Petri sectatorem fuisse ait. Sic etiam Iren. lib. tertio aduer. hær. cap. vndecimo. *Alex. Nat. Pomp. Papi. Clem. Theoph. Euthy. Ire.*

2. Quoniam verò Papias apud Euseb. lib. tertio hist. capite trigesimo tertio, & Iren. lib. tertio aduer. hær. cap. primo, & vndecimo, & ipse Euseb. lib. quinto hist. cap. octauo, & in chronico, & Hiero. de scriptor. Eccles. in Marco: Tertul. lib. quarto cont. Marcio. cap. quinto Pompeius in actis Syri, & Iuuentij: & Martyrologia, Romanum, Bedæ, Adonis, Vsuardi, & alia die vigesimo quinto aprilis, ac denique multi alij, Marcum Euangelistam Petri interpretem fuisse dicunt: quænam hæc esset functio perquirendum est. Adeò enim necessarium videbatur esse Apostolis ministerium interpretis, vt licet Petrus amandato Marco Alexandriam, ipso caruerit, alium tamen adhuc fuisse nactum interpretem, nempe Glauciam, auctor sit Clem. Alexand. stromat. li. septimo. *Papi. Qui Marcũ asserant fuisse Petri interpretẽ. Iren. Euseb. Hiero. Tertul. Pomp. Mar.*

3. Sanè quidem apud Apostolum Paulum, eodem functum esse munere Titum, Hiero. tradit Epist. centesima quinquagesima ad Hedibiam Quæst. vndecima. Imò eius officio adeò Paulum opus habuisse, vt absentia Titi non modicum detrimentum eiusdem prædicationi attulerit, sicut ipse Apostolus poster. ad Cor. cap. secundo testatur. Quod enim spiritui suo requiem non habuerit, cum Troadem Euangelij causa peruenisset, eo quod ibi Titum non inuenerit: sed inde discesserit; non alia causa accidisse putauit Hiero. Nisi quod sicut Petrus Marco, ita Paulus Tito vteretur interprete: in cuius aduentu se magnopere gauisum esse testatur poster. ad Cor. cap. septimo. *Interpres Apostolis erat necessarius. Clemens. Hieron. 2. Cor. 2. 2. Cor. 7.*

4. Vt ergo melius intelligamus cur Apostolis necessarij erant interpretes, sciendum est quadruplex esse munus interpretis. primum est, quæ externo idiomate dicta fuerunt, proprio illorum, ad quos diriguntur, sermone *Interpretis officia quatuor.*

mone, ea exponere. Sed quid? Num qui docente Spiritu Sancto linguas omnium didicerat gentium, ad explicationem græci sermonis indigebat interprete; cum præsertim constet Paulum non tantum hebraicis litteris; sed & græcis fuisse excultum? Nam cum opportunum sibi visum est, græcos auctores citauit. Non imus tamen inficias Hebræo homini quantumlibet græcis litteris erudito, haud licuisse græcam pronunciationem facilè assequi. Nam Iosephus Iudæus, qui & suos commentarios græcè conscripsit, & plerosque græcorum in eo genere antecelluit, hoc de se ipso lib. vigesimo antiq. ca. vlt. testatur. Apostolos nihilominus, quoniam vna cum cæteris linguis, & græcam diuinitus assecuti fuerunt; Deique dona sunt perfecta; Græcam linguam ea facilitate, qua Hebræam pronunciasse, mihi facilè persuadeo. Nec ea de causa interprete quemquam illorum indiguisse iudico.

Ioseph.

Interprete non ideo egebant Apostoli quod aliqua lingua non bene loquerentur.

5. Adhæc neminem puto existimaturum Apostolos, cum gentibus Euangelium annunciarent, alijs fuisse linguis vsos ab his quibus gentes illæ vtebantur, quas Dei verbum docebant. Inutilis enim, & ostentantium res potiùs quam Apostolorum, visa fuisset. Quod vitio dat Paulus Corinthijs; à quo etiam eos reuocare conatus est, vt Theodor. adnotauit. Quod igitur in alijs reprobatum est ab Apostolis, ipsos factitasse turpe est opinari.

Apostoli eorũ quos docebant lingua vtebantur.

1. Cor. 14.

Theod.

6. Proinde hac ex parte illis non fuit opus habere secum interpretes; cum illorum sermone, ad quos profecti essent, vterentur. Causam ergò aliam exquirere opus est, qua verius eos eiusmodi interpretibus eguisse cognoscatur.

7. In primis autem illud notandum est, sermonum etiam interpretationem inter charismatum dona numerari, prior. ad Cor. duodecimo. Ea verò necessaria tunc esse videbatur, cum quis linguis locutus esset, quod pluribus monstrat Apostolus, prior. ad Cor. decimo quarto. Inutile enim fuisse loqui linguis sine interprete, multis admonet. Vnde & tacere iubet tales in Ecclesia cum deest interpres. Vt ergo melius assequamur qualenam interpretis munus fuerit, prius quid fuerit loqui linguis declarandum est.

1. Cor. 12.

1. Cor. 14.

Quid loqui linguis fuerit.

8. Igitur collatum à Deo linguarum donum fuisse non tantum ad vtilitatem audientium, sed etiam in signum, demonstrat Paulus, prior. ad Cor. decimo quarto. Cæterum sicut alia miracula non semper; sed cum postularet necessitas, erant exhibenda: ita & linguarum donum non temere ostentandum. Aliter, linguæ donum in signum infidelibus datum vt crederent, in ipsorum scandalum versum esset, quod Paulus ibidem significat. Rursum si quis Apostolorum lingua illorum apud quos concionaretur vt puta coram Romanis latinè; vel inter Græcos græcè loqueretur; eiusmodi potius dicebatur prophetare, quam loqui linguis: idque perinde erat, ac de rebus diuinis pro concione differere omnibus audientibus. Nam secundum ea, quæ tradit Paulus, tunc quis loqui linguis dicebatur, cum ab his, qui aderant, non intelligeretur: Prophetare vero, cum omnes qui adessent, ea perciperent.

1. Cor. 14.

Prophetare quid sit.

9. Sic

9. Sic igitur, loqui linguis non erat tantum externarum nationum vti sermone; sed etiam sublimia loqui mysteria, quæ non ab omnibus intelligerentur. Vnde act. secundo: *Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei.* Ex hac parte in signum linguæ non erant Infidelibus, qui non intelligentes quę dicerentur magis scandalizarentur, vt ait Paulus, quam ædificarentur: sed illud potius, quod Iudæi homines, vel alij, qui linguarum dono essent imbuti, omnium gentium idiomate loquerentur. Verum sic loquentibus non erat opus interprete; cum proprio illorum, quibus loquerentur, vterentur sermone; nisi (quod ait theodor. in cap. decimum quartum prior. ad Cor. cum inter eos, quibus Apostoli concionabantur, alij rursus diuersarum nationum essent in auditorio, qui sermonem illum ignorarent, quo ibi tunc Apostoli vtebantur. His enim interpres tunc satisfaciebat. Loqui linguis quid sit. *Act.* 2. 1. Interpretis officium, parũ aut nihil a primo differt.

10. Causa ergo prima ob quam Apostolis interpretes erant necessarij, illa fuit. Nam cum ipsis alicui genti prædicantibus, puta Romanis, in auditorio erant alij, qui latinum sermonem, quem eis loquebantur Apostoli, penitus ignorabant, tunc interpretis officium desiderari videbatur. Vna Interpretis necessitas.

11. Sed maior interpretum necessitas incumbebat, cum, quæ ab Apostolis dicta essent captu inaccessa, vel difficilia, interpretes elucidarent. Certè quam sublimis esset Apostolicus sermo, vel ex his aliqua ex parte metiri licet, quod scribentibus illis Epistolas, licet ad hoc scriberent, vt quæ litteris mandarent, ab omnibus intelligerentur, & opere perficerentur; multa tamen in eis esse obscura, quæ non vno, vel alio, sed pluribus interpretibus eguerint, nemo non videt. 2. Interpretis necessitas. Apostolorum sermo difficilis, & sublimis.

12. Quid igitur accidisse putandum, cum linguis, hoc est, de Deo sublimia loquerentur; si id acciderit, quando humile genus dicendi ex industria (quod de se Paulus prior. ad Cor. tertio, & decimo quarto testatur) affectarunt? 1. *Cor.* 3. & 14.

13. At verò quantumlibet ipse Paulus, ac cæteri Apostoli sic loquendo audientium vtilitati consulerent; patiebantur tamen interdum diuina, cum Dei Spiritus eorum mentes attollens, sublimia per eos loqueretur. Vnde prior. ad Cor. decimo quarto. *Qui loquitur lingua non hominibus loquitur; sed Deo: Nemo enim audit, spiritus autem loquitur mysteria.* Hæc igitur est secunda causa, ob quam interpretes Apostolis inseruiebant. Cum enim Apostoli captu difficilia erant locuti, interpretis tunc eadem erat explanare. 1. *Cor.* 14. 3. Interpretis officium. 3. Necessitas Interpretis.

14. Tertiam causam addere possumus, interpretationem videlicet Apost. Epistolarum. Nam licet ad vnam, vel aliam illæ darentur Ecclesiam; opera tamen interpretum communes omnibus reddebantur. Sic Petri Epistolæ ex Hebræo a diuersis interpretibus in aliam linguam versæ, per Ecclesiam sparsæ sunt. Id etiam dicere possumus de Epist. Pauli Hebraicè scripta ad Hebræos; a Barnaba, vel Luca (vt ait Clem. Alexan. apud Euse. hist. 6. cap. 11.) græcè reddita. Interpretes ergo Apostolis ex triplici causa 4. Munus Interpretis. *Clem.* Interprete Apostoli ob tria vtebantur.

causa inseruiebant. Ex his intelligitur & quadruplex esse munus interpretis: & ad quid opera interpretum Apostolis necessaria fuerit.

Quid Marcus Romæ, ac in Italia, priusquam in Ægyptum proficisceretur, egerit.

Capvt 54.

Quando, vbi, qua occasione, & quomodo Marcus Euangelium scripserit.
Papi.
Euseb.
Chrysost.
Hieron.
Eut.
Theophyl.
Niceph.
Alex.
Pomp.
Mar.
Nat.
Claud.

IN VRBE Roma dum S. Petrus Apostolus Euangelij prædicatione, signis, virtutibus, & miraculis plurimos ad Christi fidem conuertisset, Marcum Petri comitem, adiutorem, discipulum, ac interpretem, qui Romæ tum erant Christiani rogauerunt, vt Euangelium, quod illis Petrus annunciauerat, ad perpetuam eorum memoriam conscriberet. Quod ille sicut ex ore Beati Petri Magistri sui audierat, latino sermone, styloque fideli conscripsit. Petrus autem illud diligenter legens, & examinans, vbi & omni veritate plenum, & diuino spiritu scriptum cognouit; recipiendum ab omnibus fidelibus comprobauit; Ecclesiæque legendum sua auctoritate edidit. Hoc ita factum esse testantur Papias, Clemens Alexandrinus, Euseb. Chrysost. Hieronym. Euth. Theophylact. & Nicephorus; quos supra 30. ca. citauimus. Ac etiam præter illos, Alexander in actis Barnabæ, & Pompeius in gestis Syri & Iuuentij, Martyrol. omnia die 25. Aprilis, vt Romanum, Bedæ, Adonis, Vsuardi, & alia; Petrus de Natal. lib. 4. catal. Sanct. cap. 86. Claudius de rota, & alij.

Quomodo Marci Euãgeliũ Petri esse dicatur.
Tert.
Hieron.
Niceph.
Pomp.

2. Porro hoc Euangelium quod Marcus edidit, Sancti Petri esse à multis affirmatur: eo quod eiusdem Petri documento eruditus Euangelista Marcus Euangelium illud condiderit, ac eius auctoritate firmatum sit, atque ad legendum Ecclesiæ traditum. Capit magistrorum videri quæ discipuli promulgarunt. sic Tertullian. lib. 4. aduers. Marcio. cap. 5. & Hieronym. & Nicephor. allegati superius cap. 30. & Pompeius in actis Syri & Iuuentij.

August.
Vt Marcus sit Matthęi breuiator, & assecla.
Hieron.

3. Notandum hic videtur quod August. lib. 1. de consen. Euang. cap. 2. & 3. & lib. 4. ca. 10. & forsitan alibi, dicat Marcum fuisse breuiatorem, pedissequum, & assEclam Matthęi: quod non ita accipiendum est, vt Euangelium à Matth. editum Marcus in compendium redegerit; sicut opinari videntur nonnulli, dicentes Marci Euangelium, eius quod à Mat. proditum est, epitomen posse videri: sed quod multa, quæ à Matth. fusiùs sunt enarrata, Marcus secundum quod à Petro acceperat, breuiori narratione, contracta descripserit; & quod valdè cum eo conueniat. Vnde Hieronym. de scriptorib. Eccles. in Marco, breue ipsum scripsisse dicit Euangelium.

Marcus aliqua fusiùs dicit quam Matthæus.

4. Nam ea quæ à Petro prolixiori sermone prolata audiuit, vberiùs etiam quam Matth. scriptis mandauit; vt cap. 1. Socrus Petri febricitantis curationem;

curationem; cap. 35. sedatam maris tempestatem; ca. 36. Dęmoniacorum à legione curationem; porcorum submersionem; cap. 37. paralytici demissi per lectum curationem; cap. 38. Matthæi vocationem; cap. 40. filiæ Iairi suscitationem; Mulieris, quæ sanguinis fluxum patiebatur, curationem; cap. 70. Ioannis mortem, & sepulturam; cap. 69. Herodis de Ioanne opinionem; cap. 71. Miraculum quinque panum; cap. 74. Lotionem manuum; cap. 86. eiectionem dæmonij, quod expellere non potuerunt Apostoli. cap. 180. Petri negationem; & cap. 90. alia nonnulla. Marcus enim in his Matthæo prolixior est.

Quædam in Marco inueniri, quæ apud Matthæum non sunt.

5. Imo & illud manifestum est, à Marco nonnulla exprimi, quorum apud Mat. nulla est mentio; cuiusmodi sunt, cap. 30. obsessi à dæmone in Capharnaum liberatio; cap. 32. secessus Christi in desertum; cap. 80. illuminatio cæci in Bethsaida; cap. 62. parabola seminis; cap. 76. surdi & muti curatio; cap. 157. viduæ pauperculæ munusculum; cap. 199. Christi in cœlum ascensus; & forsitan alia quædam, vt Euangelicam nostram dispositionem inspicienti, facilè innotescit.

6. Eorum porro, quæ in Marco reperiuntur, & non in Matthæo, quædam solus ipse Marcus expressit, vt capita duo integra videlicet 62. & 80. Nonnullosque plurimorum capitum versiculos, 19. 25. 31. 32. 35. 36. 38. 39. 40. 44. 45. 46. 58. 60. 63. 66. 71. 77. 79. 82. 84. 86. 87. 89. 91. 122. 126. 132. 133. 138. 139. 143. 144. 146. 154. 159. 162. 168. 179. 180. 185. 188. 190. 192. 195. 198. 199.

7. Alia cum Luca solo posuit, vt capita septem integra, nempe 30. 32. 60. 90. 157. 194. & 199. & quasdam multorum capitum sententias. 19. 31. 36. 37. 40. 45. 46. 53. 60. 68. 71. 83. 84. 86. 87. 89. 132. 146. 159. 167. 168.

8. Alia cum solo Ioanne dixit, eaque paucissima, vt capite 193. videre licet. Alia denique habet cum Luca, & Ioanne, vt capit. 192. & 195. inspicienti apparet. Horum autem nihil in Matt. reperitur.

9. Quibus consentit August. lib. 1. de cons. cap. 2. cum ait inter cætera, Marcum solum perpauca dixisse: pauciora etiam cum Luca solo: cum Matthæo verò plurima: & multa pene totidem atque ipsis verbis; siue cum solo, siue cum cæteris, consonantę: atque singulos Euangelistarum, suum quendam narrandi ordinem tenuisse. Vnde præfatio quædam in Euangelium secundum Marcum sub nomine Hieronymi, rectè dicit Marcum eadem pene narrare, quæ Matthæus; licet in proprijs quibusdam sint distincti. *Hiero.*

10. Petrus Damianus serm. de sancto Matthæo, dicit, etiam Augustinum secutus, Marcum esse pedissequum, seu asseclam, & breuiatorem Matthæi, dum per eius vestigia subsequens graditur; & sic illi siue eisdem verbis, siue eodem sensu in omnibus pene concordat, vt tanquam à præcedentis se tramite non recedat. *Damia.*

11. Dicit quoque Theophylac. argum. in Marcum, ipsum Marcum ferme per omnia cum Mat. eundem habere processum, nisi quod Mat. sit *Theoph.*

 diffusior;

diffusior; & quod Natiuitatis Christi secundum carnem ab initio sit memor: verum hoc, vt iam explicatum est, intelligi debet. ita enim Marcus in plurimis cum ijs, quæ Matthæus antea scripserat conuenit, vt pedissequus, assecla, & breuiator esse visus sit.

Euthym.

12. Euthym. procemio in Marcum rectè ait Marcum cum Matthæo plurimum consentire: quod verò addit Matthæum cuncta latius, quam Marcum describere, commodè, & iuxta ea, quę prius dicta sunt, intelligendum est.

Fidem Aquileiæ prędicauit.

13. Videns autem Petrus Marcum in fide constantem, ipsum Aquileiam, Venetæ Prouinciæ Ciuitatem, destinauit. Quò cum venisset; in suburbio ciuitatis reperit iuuenem leprosum filium Vlphi; quem in Christi nomine à lepra mundauit; & eum cum Patre, & omni eius familia ad Christi fidem conuersos, sacri baptismatis vnda perfudit. Ibi quoque sua prædicatione innumeros homines Christo Domino acquisiuit: quin etiam Euangelium, quod alias Romæ latinis litteris, latinoque sermone descripserat, iterum græco eloquio exarauit; quod vsque hodie in Aquileiensi Ecclesia, cum eburnea sede, in qua illud scripserat, ostendi, & congrua deuotione reseruari dicitur. sic Euangelium à sancto Marco Veneti acceperunt.

Pomp. Pet. Claud. Ado. Martyr. Pet.

14. Cum verò tandem Ecclesia illa Aquileiensi fundata, beatus Marcus post aliquot annos magistrum suum vellet reuisere, Hermagoram ciuem Aquileiensem discipulum suum, quem ad Christi fidem conuerterat, educauerat, enutrierat, instruxerat, à populo in Pontificem electum, Romam secum ad Petrum, in Aquileiensem Episcopum ab eo consecrandum adduxit: ipsúmque in Episcopum eius loci consecratum Petrus ad gubernandam dictam Aquileiensem Ecclesiam remisit. Vice ergo sua Marcus Italiæ Hermagoram sanctitate, & prudentia insignem, reliquit. Sic Pomp. in actis Syri & Iuuentij; & Petrus de Natal. lib. 4. catal. sanct. cap. 86. & Claudius de rota.

Marcus nō fuit Aquileiensis Episcopus. *Mar. Ado. Alexand.*

15. Hermagoram fuisse Marci discipulum testatur etiam Adonis, & Roman. Martyrol. Iul. 12. & septemb. 12. Dicit quidem Petrus de Natal. lib. 4. cap. 86. Marcum Euangelistam à Diuo Petro tanquam Episcopum Aquileiam Missum: & Alber. Mag. Ratisponen. Episcopus ad Hiero. prolog. in Mar. dicit eum fuisse Aquileiensem Episcop. & Patriarcham. at probabilius est, quod Marcus eò Missus non fuerit tanquam eius loci Episcopus: non solum quia Roma. Adonisque Mart. Iul. 12. Hermagoram fuisse primum Aquileiæ ciuitatis Episcop. asserit: verum etiam quoniam Alexander in actis Barnabæ testatur Marcum à Petro per manuum impositionem tunc, cum Alexandriam Ægypti vrbem mitteretur, ordinatum.

Marcus quando à quo, & in cuius vrbis Episcopum sit ordinatus.

Marcus sibi pollicem non scidit.

16. Est porro quædam ore vulgi potius decantata, quam auctoritate maiorum asserta fabella; qua dicitur Marcum tantæ humilitatis fuisse, adeóque repugnasse ne sacerdos fieret, quantumlibet rogatus esset à Petro,

Petro, vt ea de causa pollicem ipse sibi præsciderit. Hoc enim quod à quodam Anachoreta factum esse constat, Marco Euangelistæ imprudenter nimis adscribitur. Verũ antiquus, & grauis eius Historiæ auctor non inuenitur; & non est, quod Origeni, & alijs quibusdam seipsos religionis etiã causa minuentibus vitio datur, Euãgelistę sine certis testibus tribuendum.

17. Quod aliqui dicunt, id eum diuino tactum spiritu fecisse, quod de Samsone credit Ang. in Marco credibile non est. Cum enim ab ipso Spiritu sancto ad sacerdotium vocaretur, quomodo potuit ab eodem Spiritu, vt sacerdotium fugeret, ad inferendas sibi manus impelli? in multis quidem biblijs est quidam prologus in Euangelium secundum Marcum sub nomine Hieronymi, in quo dicitur Marcus post fidem Christi susceptam sibi pollicem amputasse, vt sacerdotio reprobus haberetur: sed tantum consentientem fidei prædestinatam electionem potuisse, vt nec sic in opere verbi perderet, quod prius in genere meruerat. Verum constat illum prologum incerti esse auctoris; non sancti Hieronymi: nec magnæ auctoritatis esse, quæ in eo dicuntur, nisi alterius probati auctoris testimonio fulciantur. Eandem historiam descripsit Petrus de Natal. in catal. sanct. lib. 4, cap. 86. & Claudius de rota; sed parum habet probabilitatis. *Hieron.*

Quid Marcus Alexandriam missus egerit.

Capvt 55.

Marcus à Petro mittitur Alexandriam.

POst hæc itaque Diuus Petrus Marcum Euangelistam per manuum impositionem ordinauit, diuinaque admonitione vt maximè idoneum ad Euangelium prędicandum Alexandriam Ægypti vrbem, Lybiam, & Pentapolim misit. Anaclet. Pap. 3. Gelasius Papa cap. sancta Romana Ecclesia. Greg. Papa. lib. 5. regist. cap. 160. Epist. 60. Beda in ca. 5. prior. Epist. Petri, Alexander in actis Barnabæ; Pomp. in gestis Syri, & Iuuentij. Petrus de Natal. lib. 4. catal. cap. 86. *Anac. Gelas. Greg. Beda. Alexand. Pomp. Nat.*

2. Ipse verò Marcus vrbe Roma digressus, in Ægyptum, assumpto, quod ipse prius confecerat Euangelio, (Clemens Alexand. lib. 6. Hypotyposeon. Athanas. in synopsi, Euseb. lib. 2. Hist. cap. 15. Hiero. de script. Eccles. in Marco; Martyrologia Bedæ, Adonis, Romanum, & alia; Beda in caput 5. prior. Epist. Petri; Niceph. lib. 2. Hist. ca. 15. & alij) perrexit. *Marcus Alexandriã proficiscitur. Marcus Euangelium antequam in Ægyptũ iret, scripserat.*

3 Cum ergo Marcus Cyrenen, quæ est apud Pentapolim, vbi secundum genus eiusdem religionis erant indigenæ, peruenisset; faciens ijs diuini sermonis exordium, infirmos sanabat; leprosos mundabat, spiritus malignos per Christi gratiam solo sermone pellebat: plurimique per eum in Dominum nostrum Iesvm Christvm crediderunt, qui relictis idolis baptizati sunt *Marcus vbi suam prædicationem incipiat.*

4. Dehinc ei per Spiritum sanctum reuelatur, vt Alexandriam per-geret,

Marcus Dei monitu Alexandriã petit.

geret, ibique semen bonum diuini verbi sereret. Fratribus itaque valedicens ait Domino visum esse Alexandriam peteret: qui ad nauem vsque eum prosecuti sunt, dicentes; Dominus IESVS prosperum iter tuum faciat.

Marci calceamentũ frangitur.

Sutoris manũ sanat Marcus.

5. Porro ille secunda die Alexandriam peruenit. Cumque mox ab ipso primo in ciuitatem ingressu, calceamentum suum disruptum vidisset, expeditum iter suum intellexit: & quendam, qui vetera suebat, conspicatus, calceamentum ei corrigendum tradidit. Quod cum ille faceret, sinistra manu sua grauiter vulnerata, exclamauit: Vnus Deus. Hoc autem audito beatus Euangelista in semetipso gaudens ait: Prosperum fecit Dominus iter meum: & expuens in terram, viri manum in nomine Domini nostri IESV CHRISTI filij Dei vnxit: & confestim sanata est. Hoc etiam refert Pet. in catal. lib. 4. cap. 86. & lib. 9. ca. 19. & Metaph.

Anianus cum alijs cõuertitur.

6. Sutor autem tantam viri potentiam, & verbi eius efficaciam, & vitæ continentiam attendens, eum, ad se declinet, & panem apud se manducet, obsecrat: quod Euangelista, cum vrgeretur, fecit: & interrogatus vnde esset, & quomodo tantam haberet sermonis fortitudinem; se Iesu Christi filij Dei viui seruum esse respondit: & facto ibi tunc Euangelicæ prædicationis initio, quæ à prophetis de IESV prædicta erant, exposuit, Christum Euangelizauit, mundique sapientiam apud Deum esse stultitiam demonstrauit: ille ergo, cui nomen erat Anianus, cum tota domo sua credens baptizatus est.

Philo.
Papi.

7. Deinde Alexandrinis Euangelium prædicabat, omnes infirmitates curabat, dæmones effugabat, & mortuos suscitabat. Sicque doctrina, & virtutibus infinitum Christo populum acquisiuit. atque de ipso scribunt Philo Iudæus, Papias Episcop. Hierap. & alij veteres, ad tantam vitæ perfectionem Christianos, quos conuerterat, adduxisse; vt Apostolicam vitam Ecclesiæ primitiuæ sectantes, omnes communiter viuerent; & proprium nemo quicquam possideret; Monasticumque ordinem primus Ægyptijs tradidit, & sacræ professionis Regulam multis instituit: vnde & postmodum in Ægypto tot Monachorum cœnobia, infinitæque cellulæ excreuerunt. Ita mores Christianorum formauit, vt genus illud vitæ mirabiliter Philo laudaret. teste Euseb. lib. 2. Hist. cap. 15. 16. & Hiero. de script. Eccles. in Marco. Eo modo sanctus Euangelista Marcus omnes pene vrbes Ægypti lustrauit, & in gentilibus populis Dei verbum seminauit.

Philo.
Euseb.
Hiero.

Hieron.

8. Ita Marcus ex doctrina Petri magistri sui operarius veritatis Alexandrinam Ecclesiam mira concordia, & sanctissima cõuersatione fundauit. Vnde meritò sic de ipso scripsit Hiero. de script. Eccles. in Marco: Primus,
„ Alexandriæ Christum annuncians constituit Ecclesiam, tantæ doctrinæ,
„ & vitæ continentiæ; vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.
„ Denique Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam Eccle-
„ siam adhuc iudaisantem; quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersa-

conuersatione scripsit. Et quo modo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia: sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit.

9. Euseb. quoque de hac re similia habet lib. 2. hist. cap. 15. Aiunt (inquit) hunc Marcum primum in Ægyptum traiecisse, & Euangelium, quod ipse conscripserat, illic prædicasse, primumque Ecclesiarum Alexandriæ institutarum auctorem extitisse. Atque tanta hominum, & mulierum fidem Christi amplexantium ex prima aggressione, & conatu, per grauem inprimis, sanctum, & seuerum eius viuendi exemplum, ibi cogebatur multitudo; vt Philo ipse eorum studia, exercitationes, mores, frequentes congressus, communem inter ipsos victus rationem, omnem denique viuendi institutionem, suis scriptis persequi, operæ pretium existimaret. *Euseb.*

10. Eadem leguntur apud Niceph. lib. 2. Hist. ca. 15. Epipha. Hære. 29. asserit Euangelium à Marco in Ægyptiorum regione prædicatum. & Basil. lib. 5. cont. Eunom. habet Alexandriæ Marcum Euangelisasse. Anaclet. Papa Ep. 3. testatur Marcum Euangelistam secundam sedem apud Alexandriam nomine beati Petri consecrasse, eumque primum illic verbum veritatis prædicasse. Clem. Alex. lib. 6. Hypotyposeon: Marcum (inquit) aiunt primum ad Ægyptum missum, Euangelium illic, quod & conscripserat, prædicasse. Leo Pap. 1. epi. 81. dicit quod Marcus Alexandrinam Ecclesiam primus gubernauit. Hiero. quoque proœmio in commentarios super Matthæum dicit Marcum fuisse primum Ecclesiæ Alexandrinæ Episcopum. Anastas. Sinayta Antioche. lib. 8. Hexamer. testatur Euangelium Ægyptijs à Marco annunciatum. Cedren. in comp. Hist. in Claudio, Marcum asserit primum Ecclesiam apud Alexandriam instituisse. Idem habent omnia Martyrologia, & alij. Igitur Alexandriæ maxima hominum multitudo per sancti Marci doctrinam, deuotionem, continentiam, prædicationem, & vitam in fide, & religione adunata est. *Niceph. Epiphan. Basil. Anac. Clem. Leo. Hieron. Anast. Cedre. Mar.*

11. Testatur quoque Hiero. de script. Eccles. in Panteno, Alexandriæ à Marco Euangelista semper Ecclesiasticos doctores fuisse. Primam ergo Christianorum scholam Alexandriæ Marcus instituit: ibique ab Ecclesiæ crepundijs sacrarum litterarum doctrina, & exercitium viguit. *Hieron. Primam fideliũ scholam Alexandriæ Marcus erexit.*

12. Nec Alexandriæ tantum munus Apostolicum Marcus exercuit. Oecum. enim ante Actor. expositionem dicit Marcum Euangelistam Alexandrinis, vniuersæque regioni, quæ illi adiacet, vsque ad Pentapolim Euangelium Domini prædicasse. Scribit etiam Theophylac. argumento in Marcum, eundem, cum in Ægypto prædicasset, & Ecclesiam Alexandrinam constituisset, fide omnes, qui meridianam mundi partem habitabant, illustrasse. Deinde Athanas. in synopsi testatur Marcum Euangelistam etiam in Lybia, & Pentapoli Euangelium prædicasse; eumque vocat Apostolum. Insuper Doroth. in synopsi: Marcus (inquit) Euangelista, & primus Alexandriæ Episcop. Alexandrinis, & cunctæ finitimæ regioni Euangelium Domini, ab Ægypto Pentapolim vsque prædicauit. Adhæc *Oecum. Quibus populis Marcus Euangelizauerit. Theoph. Doroth.*

Niceph. Niceph. lib. 2. hist. cap. 43. asserit Marcum Ægypto, Lybiæ, Barbariæque vniuersæ Christi verbum Euangelisando annunciasse: apud Cyrenæos, & Pentapolitanos admiranda plurima fecisse; Ecclesias construxisse, clerum, & Episcopos, atque alia insuper, quæ opus erant, rite, & ordine constituisse.

Beda. Ado. Niceph. 13. Constitutis itaque, & confirmatis (vt aiunt Bedæ, & Adonis Martyrol. die 25. Apri.) Ecclesijs per Lybiam, Marmaricam, Ammoniacam, Pentapolim, atque Ægyptum vniuersam; tandem Alexandriam est reuersus, inquit Nicephor. vbi cum quibusdam fratribus in loco, cui Bucolus nomen erat, Alexandriæ vicino, sub rupibus, iuxta mare Ægyptium, plenoque ferocium barbarorum, habitauit, liberè Christum deprædicans. Ibi siquidem Christiani Ecclesiam construxerant. Porro cum iam Diui Marci tempus impleretur, & multiplicati essent Christiani tam fide, quam numero; profani gentiles sanctum aduenisse cognouerunt; & liuore, propter miracula, quæ eum facere compererant, & quod eorum simulacra irriderentur, repleti, ipsum apprehendere quærebant. Illum verò non inuenientes, dentibus fremebant, magnæ virtutis magum esse vociferantes.

Marcus anianum Alexandriæ Episcop. ordinat.

Beda. Hieron. Euseb. 14. Beda in Martyr. testatur Marcum pro se Alexandriæ Episcopū ordinauisse Anianum. Hiero. de script. Eccles. in Marco, Anianum ei successisse, habet. Euseb. lib. 2. hist. cap. 23. & lib. 3. cap. 12. & in chronico, scribit Anianum primum post Marcum Euangelistam in Alexandrinæ Ecclesiæ ministerium successisse: illique Ecclesiæ in Episcopali munere viginti duobus annis præfuisse, nimirum ab anno octauo Imperij Neronis, vsque ad quartum annum Domitiani Imperatoris: atque Anianum hunc fuisse virum tum Deo propter pietatem charum, tum in omnibus rebus admirabilem. Hæc & alia videre licet apud Nicephor. lib. 3. hist. ca. 2. & apud Petrum de Natal. lib. 9. catal. Sanct. cap. 19. Ado autem in Martyrologio tradit non solum quod Marcus Alexandriæ Episcopum pro se Anianum ordinauerit: verum etiam quod alijs quoque longè, lateque Ecclesijs Episcopos, presbyteros, & diaconos dederit.

Niceph. Ado.

De Sancti Marci Euangelistæ Martyrio.

Capvt 56.

Marcus die Dominico missam faciens capitur.

Ad vltimvm sanctus Euangelista Marcus, à paganis, qui Alexandriæ remanserant, tentus est, & occisus. Porro à veteribus hunc in modum id accidisse traditur. Apud illos sacrilegam quandam celebritatem, in Serapidis honorem, eo die, qui Christianis Dominicus, & sanctus erat, agi contigit: cumque hac opportunitate adunati essent, insidiatores protinus dirigunt, qui Marcum sacratissimam missæ oblationem diuinæ maiestati offerentem reperiunt: atque tum ibi cultores idolorum repente in

cum

eum impetum faciunt; pedes funibus constringunt; cumque rudenti collo iniecta, crudelem in modum per vrbem, & loca Bucoli raptant; adeò vt corpus eius saxis allisum admodum conscinderetur, carnes eius in terram defluerent, ex eoque sanguis, quo saxa inficiebantur, abunde profflueret.

Fune in collo iniecto Marcus raptatur.

2. At sanctus Euangelista cum sic traheretur, gratias Christo Domino referebat, dicens: Gratias ago tibi, Domine, quia dignus habitus sum hæc pro nomine tuo pati. Deinde facto vespere carceri virum sanctum, quo interim genere mortis eum disperderent pertractantes, includunt. Vbi circa mediam noctem primo Angelica visitatione confortatus: postea, ipso Domino sibi apparente, ad cœlestia regna vocatus est. Clausis enim ostijs, & custodibus ante fores carceris dormientibus, magnus terræ motus factus est; & Angelus Domini descendit de cœlo, qui tangens Euangelistam ei dicit: Famule Dei Marce, princeps, & sanctissimorum decretorum per Ægyptum propagator, ecce nomen tuum in libro vitæ cœlestis ascriptum est, & memoriale tuum non derelinquetur in æternum. Socius namque factus es supernæ ciuitatis. Nam in cœlis spiritum tuum colligent, & requies in te non peribit.

Carceri Marcus includitur.

Terræ Motus. Marcum Angelus in carcere visitat.

3. Hunc finem beatus Marcus aspiciens, & manus in cœlum tendens ait: Gratias tibi ago, Domine IESV CHRISTE, quia me non dereliquisti, sed connumerasti cum sanctis: Obsecro te, mi Domine IESV CHRISTE, suscipe in pace animam meam; & ne me patiaris à gratia tua separari. Hoc cum dixisset, ad eum venit Dominus IESVS CHRISTVS, in eo habitu, quo cum discipulis suis fuerat; & in ea forma, qua se antequam pateretur ostenderat, dicens: Pax tibi, Marce Euāgelista mi. Respondit ille: Domine mi IESV CHRISTE. & abijt.

A Christo Marcus in carcere visitatur.

4. Mane autem facto, multi ciuitatis denuo conueniunt, & beatum Marcum è custodia eiectum, & extractum, fune in collum eius iterum misso, per plateas immanissimè trahunt, clamantes: Trahatur bubalus ad loca Bucoli. Sanctus verò cum sic tractaretur, gratias Dño IESV CHRISTO agebat, dicens: In manus tuas Domine commendo spiritum meum.

Insultatio carnificū.

5. (Minus probabile est quod ait Cedren. in comp. hist. in Nerone, Marcum videlicet eodem supplicij genere affectum, quo Petrus, & in crucem actum, nisi illud, in crucem agi, generaliter accipiat.)

6. Atque dum in hunc modum raptatus, Deo spiritum suum commendaret, defunctus est; corporis ingentibus gratiis, animæque virtutibus mirificè collucentibus, & correspondentibus. Cumque tunc immanes illi Gentiles, & insani cultores idolorum, sacras Euangelistæ Marci reliquias combusturi, in loco, qui à nuncijs nomen habebat, ignem succendissent; Dei prouidentia, & Saluatoris nostri IESV CHRISTI bonitate, valida tempestas, vehemensque procella venti, subitò exorta est; Sol radios suos retraxit; tonitrua grauia audita sunt; imberque plurimus ad vesperam vsque cecidit; ita vt multis corruentibus habitaculis, plurimi necarentur; & custodes, fuga præ timore arrepta, sanctum corpus relinquerent; nonnullis

Marci obitus.

Miracula subsecuta.

nullis cum irrisione dicentibus Serapidem in hac sua festiuitate virum hunc inuisisse. Proinde in synopsi Dorot. errat, dum ait, Marci corpus igni combustum.

Marcus sepelitur.

7. Tunc à religiosis viris corpus sancti Euangelistæ Marci colligentibus, & vbi orationes sine cessatione ab ipsis Domino fiebant deferentibus, in loco ipsum excisi lapidis cum gloria, factis prius orationibus, sepultum est, quemadmodum Ciuitatis consuetudo poscebat. Hęc ex Martyrologijs Romano, Bedæ, Adonis, & alijs. Niceph. lib. 2. Hist. cap. 43. Menologio græcorum; Metaphraste in Martyrio diui Marci, quod est in Surio apr. 25. Procopio diacono in encomio de sancto Marco, quod recitant Surius to. 2. & Lipom. to. 7. Dorotheo in synopsi; Petro lib. 4. catal. cap. 86. Petro Damia. ser. de sancto Marco, & Claudio de rota. & Vincent. in speculo Hist. lib. 9. cap. 57. 58. & passione diui Marci auctoris incerti, quę habetur post Hist. certaminis Apostolici Abdiæ.

Qui acta Marci scripserint. *Mart. Niceph. Men. Metaph. Proc. Doroth. Nat. Damia. Rot. Vinc. Abd.*

8. Quoniam verò Hiero. & Euseb. de exitu sancti Euangelistæ Marci agentes, nę verbum quidem de Martyrio eius dicunt; ab aliquibus dubitatum fuit, an re vera Martyrio vita functus esset. at Gelas. Papa, cuius præcipua est in Ecclesia Dei auctoritas, in decreto illo concilij Romani, quod est apud Gratianum dist. 15. cap. sancta Romana, disertis verbis sanctum Marcum Euangelistam gloriosè Martyrium consummauisse testatur. Diu ante ipsum affirmauerat idem Anaclet. Pap. Epist. 3. Idipsum in primi concil. Niceni præfat. habetur. Hoc ipsum docent Beda, Dorotheus, Metaphrastes, Procopius, Anastasius, (Marcum in loco, qui ab incolis Bucula dicitur, Martyrium consummauisse, testantur acta Petri Episcopi, & Martyris Alexandrini, per Anastasium Bibliothecarium ex græco sermone, in Latinum translata, Greg. Turon. lib. 1. Hist. Franc. ca. 26. dicit Marcum Euangelistam pro Christi nomine glorioso Martyrio coronatum, idque sub Nerone) Niceph. Ado, Vsuardus, Abdias. Rom. Martyrologium, vetus gręcorum menologium, Petrus de natalibus, & alij. an ergo Martyrium consummauerit dubitandum non est.

Marcū esse Martyrem. *Gelas. Anac. Beda.*

Marcus vbi sepultus sit. *Bed.*

9. Vbi autem sancti Marci corpus requiescat, Beda lib. de locis sanctis cap. 19. hunc in modum explicat: A parte (inquit) Ægypti vrbem Alexandrinam intrantibus occurrit Ecclesia, in qua beat. Euangelista Marcus requiescit. Cuius corpus in orientali parte eiusdem Ecclesiæ ante altare humatum est, memoria superposita de quadrato marmore facta. Hæc Beda, cuius tempore, Marci translationem nondum fuisse factam, hinc manifestum est. Hiero. quoque in Marco, & Oecum. ante expositionem actor. tradunt Marcum Alexandriæ in Bucolis sepultum esse.

Hiero. Oecum.

Herba sanguinem emittit.

10. Porro mirabile illud est, quod scribit Pet. de Natal. lib. 4. catal. cap. 86. nimirum, si quis in die passionis sancti Marci herbam in loco, per quem tractus fuit, nascentem lacerauerit, illam continuo sanguinem viuum emittere.

Quando Marcus obierit.

11. Marcum Euangelistam 8. Neronis anno ex humanis esse sublatum, au-

tum, auctor est Hiero. de script. Eccles. in Marco. Euseb. lib. 2. Hist. cap. 23. Damianus, Metaphrastes, Martyrologia, Romanum, Adonis, & Vsuar. Apr. 25. Niceph. lib. 2. hist. cap. 35. Genebrar. in Calendario Romano die. 25. April. & Pontacus lib. 2. chronograph. in Petro. Errat ergo Doroth. in synopsi, & alij qui cum eo dicunt Marcum sub Traiano martyrium subijsse: sicut & ij, qui scripserunt eundem Caio imperante martyrio coronatum. Ecclesiast. siquidem Hist. pro comperto tradunt, nullum prę ter Ioannem Apostolum, aut Euangelistam, Traiani imperium attigisse. Anno igitur Domini 64. Apr. die 25. Marcus Euangelista glorioso martyrio vitę huius temporalis finem accepit. Ille autem annus Domini 64. erat 8. Imperij Neronis.

Hieron. Euseb. Damia. Metaph. Mar. Genebr. Pont. Doroth. Error quorundam.

12. Alexan. in actis Barnabæ etiam errat dum Marcum Euangelistam Alexandriæ annis tantum nouem sedisse testatur. Nam secundum Eusebij chronicon, ab eo anno, quo ad prædicandum Euangelium Alexandriam Marcus perrexisse dicitur, qui fuit Claudij Imperatoris tertius, ac Domini 45. vsque ad 8. Neronis annum, Domini verò 64. quo martyrio occubuit, non anni nouem, sed nouem, & decem interiacent.

Alexand. Quamdiu Marcus Alexandriæ sederit.

13. Quod verò Marcus tempore Claudij Imperatoris in Ægyptum missus sit; ac ibi Euangelium prædicauerit, testatur etiam Cedre. in comp. hist. in Claudio: & Beda in ca. 5. prior. epist. Petri, & lib. de sex ætatibus mundi.

Quando Marcus in Ægyptum iuerit. *Cedre. Beda.*

14. Porro sanctus Marcus legitur fuisse lōgo naso, subducto supercilio, pulcher oculis, recaluaster, prolixa barba, habitudinis optimæ, staturæ, & ætatis mediæ, ac statæ, cano aspersus, ac semicanus, affectione continuus, & gratia Dei plenus. Sic apud Abdiam, & Niceph. lib. 2. hist. ca. 43.

Corporis Marci figura, & symmetria. *Abdia. Niceph.*

De Sancti Marci translatione, & miraculis.

CAPVT 57.

BEATI Marci Euangelistę sacrum corpus, ex Alexandria Ægypti vrbe, à Barbaris tunc occupata, Venetias allatum, & ibidem in maiori Ecclesia, eius nomine consecrata, honorificentissimè conditum fuisse, in Martyrol. Romano die 31. Ianuarij legitur. Petrus quoque Damia. in ser. de Sancto Marco sic habet: Superna disponente clementia factum est, vt cum Alexandriam prius & splendoribus Euangelicæ prædicationis, & effusione sacrosancti sanginis illustrasset, ad Italiam deinde quodam postliminio sit reuersus: vt eadem potissimum terra, in qua sibi datum est Euangelium scribere, sacras mereretur eius reliquias possidere: & vbi sibi concessum est Euāgelicæ descriptionis iubar effundere, illic per gloriosæ glebę suæ presentiam, plurimis virtutum, atque signorum radijs coruscaret. „

Quo Marci corpus trāslatum sit.

2. Porro si diligenter omnium Euangelistarum, in quibus defuncti sunt, „

 loca

„ loca percurrimus; neminem eorum in eo, quem sortitus est, perseuerasse
„ tumulo reperimus. in Ioannis, scilicet, sepultura post obitum non corpus
„ eius, sed manna repertum est. Beati vero Matth. corpore non Æthyopia,
„ vbi peremptus agnoscitur; sed Salernitana potiùs ciuitas decoratur. San-
„ ctus etiam Lucas cùm in Bithyniæ partibus, sicut historia testatur, obierit;
„ 20. anno Constantij Cæsaris de Achaia Constantinopolim translatus est.
„ Sanctus verò Marcus Alexandria transuectus est, Deo misericorditer dis-
„ ponente, Venetias: vt qui tunc totum orientem velut aureus lucifer illu-
„ strauerat, nunc per plagas occidui climatis præsentiæ suæ radijs enitescat.
„ Per Ægyptum quippe sibi dedicat ortum; per Venetiam tenet occasum.
„ Illic Alexandrinæ sortitus est Ecclesiæ solum; hic renascentis Aquileiæ
„ nouum statuit principatum. Hæc Damia.

Quomodò Marci corpus translatum sit. 3. Quomodo autem Sancti Marci corpus Alexandria Venetias translatum sit, Pet. de Nat. lib. 8. catal. Sanct. ca. 61. & bibliothecæ Vaticanæ liber, & alij descripserũt: quò lectorem remittimus. Illos Claudius de Rota secutus est. *Pet.* *Rota.*

Quando facta sit Marci trãslatio. 4. Quonam verò tempore facta sit hæc translatio; diuersa à diuersis scripta reperiuntur. Constat autem longè à veritatis scopo aberrare omnes, qui eam ante quingentesimum, vel sexcentesimum Christi annum referunt: cùm nunquam illis temporibus Alexandrina ciuitas sub Saracenorũ Dominio fuerit, quando eam translationem accidisse omnes fatentur. Probanda ergo non est sententia Sigeberti in chron. anno Domini 471. sub simplicio Rom. Pontifice factam referentis: Nec Pet. lib. 3. catal. cap. 61. dicentis eam translationem factam anno Domini 465. sub Iustiniano Venetiarum duce, & vrso Episcopo; quorum tempora post multa sæcula inciderunt. Forsitan 465. mendosè legitur. *Sigeb.* *Pet.*

Sabel. *Plat.* 5. Sabellicus etiam id contigisse scribit sub Iustiniano Venetorum duce, cuius magistratus in annũ 831. incidit. Platina vero (nec dissentit Genebr. in chron.) ait eiusmodi translationem factam sub Greg. 4. Rom. Pontifice, qui sedere cœpit anno 828. seditque annos 16. at cum prædictum Iustinianum duobus tantùm annis in Magistratu fuisse dicant; necesse esset affirmare, eius Pontif. anno quarto, vel quinto; Christi vero 832. vel 833. eam translationem esse factam.

6. Alij probabilius opinantur eam contigisse, sub Paschali Papa, & Leone Armeno Imperatore, ac Iustiniano Venetiarum duce: Id enim habet vaticanus codex, etsi annum non exprimat.

Miracula Diui marci. 7. Miracula nonnulla Diui Marci videre licet apud Pet. de Natal. lib. 3. catal. ca. 61. lib. 4. ca. 86. lib. 9. cap. 19. & plura apud Claud. de Rota; & alios. *Pet.* *Rot.*

Euangelij Marci partitio varia. 8. Porro Marci Euangelium nostri in cap. 16. partiuntur: Græci vero apud Suidam in titulos 48. & ca. 56. Apud Ammonium, & Euse. in ca. 235. apud Oecumenium, & Euthymium in cap. 48.

Diui

Diui Marci Priuilegia.

CAPVT 58.

ALIQVA nunc recenſebo Diui Marci priuilegia, & ſpeciales quaſ-
dam prærogatiuas. Primum eſt, quod Sancti Petri Apoſtoli fuerit 1.
non ſolum diſcipulus, comes, & ſectator; ſed etiam filius. Secundum, quod 2.
interpres eiuſdem Petri fuerit. Tertium, quod ſacroſanctum Chriſti Euan- 3.
gelium primo Latinè; deinde verò etiam Græcè conſcripſerit. Quartum, 4.
quod per Leonis faciem, ex illis quatuor Symbolicis animalibus, ob ſpe-
cialem materiam, quam tractat, deſignetur.

2. Quintum, quod Euangelium tardiùs quidem incipiat, nimirum à 5.
Ioannis prædicatione; ſed longiùs ducat. Quod rectè adnotauit Ado Tre- *Ado.*
uirenſis Archiepiſc. in ſuo Martyrolog. die 25. Aprilis, his verbis: Euan- „
gelium quanto tardiùs cæteris inchoauit, tanto in longiora ſcribendo tem- „
pora porrexit. Ab initio namque Euangelicæ prædicationis, quæ per Io- „
annem facta fuit, cœpit; & ad illud vſque tempus narrando peruenit, quo „
Apoſtoli idem Euangelij verbum, totum prædicando diſſeminauêre per „
orbem. Hæc Ado. Eadem habet Beda Marci 16. *Beda.*

3. Sextum, quòd Euangelium à Marco editum breue ſit, quemadmo- 6.
dum Hiero. de ſcript. Eccleſ. in Marco notauit. Septimum, quòd Petrus *Hieron.*
Euangelium à Marco ſcriptum fuiſſe diuina reuelatione didicerit, vt teſta- 7.
tur Euſeb. lib. 2. hiſt. cap. 14: Octauum, quòd Marci Euangelium à Diuo *Euſeb.*
Petro lectum, examinatum, & approbatum ſit. 8.

4. Nonum, quòd Aquileiam à Petro miſſus, eam primus ad Chriſti 9.
fidem conuerterit. Decimum, quòd etiam primus à Petro miſſus, Alexan- 10.
driam, Ægyptum, Lybiam, pentapolim, & alias regiones ad Chriſtum ad-
duxerit. Vndecimum, quòd Alexandriæ primam Chriſtianorum ſcholam 11.
erexerit. Duodecimnm, quòd Alexandrinæ ſedi, inter omnes orbis Eccle- 12.
ſias honoris ſecundi priuilegium dederit, teſte Leone primo Papa, epiſt. 54. *Leo.*
in qua dicit Alexandrinam ſedem ſuam dignitatem, ſeu honoris ſecundi
priuilegium, per Sanctum Marcum Euangeliſtam meruiſſe. Idem aſſerit
ipſe Gelaſ. Papa in ſuo illo decreto; ſancta Romana. quin etiam ante hos *Gelaſ.*
Anaclet. Papa epiſt. 3. Decimum tertium, quòd tali Martyrio ſit affectus *Anac.*
Decimum quartum, quòd tam mirabiliter ſit tranſlatus, & tot miraculis 13.
illuſtratus. 14.

Acta Sancti Lucæ Euangelistæ, quis, & qualis fuerit?

CAPVT 59.

Isid. Vocis, Lucas, interpretatio. *Damia.* *Anast.* *Gorra.* *Matth.* 5. v. 14.

DE Sancto Luca Euangelista hæc apud scriptores Ecclesiasticos reperi. Lucas, inquit Isid. lib. 7. etymo. cap. 9. interpretatur consurgens, siue eleuans. Huic Damia. in vita Sancti Lucę assentitur vnde etiam Anastasius Sinayta Antiochenus lib. 8. hexam: Lucas (inquit) dictus est faciens surgere. Nicolaus verò Gorranus prol. in Lucam, arbitratur Lucam dici à lucendo; alludens ad illud quod Christus discipulis suis dixit Mat. 5: *Vos estis lux mundi, non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio; sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.*

Lucæ patria, tam regio, quam ciuitas. *Euseb.* *Hiero.* *Beda.* *Ado.* *Doroth.* *Metaph.* *Nicephor.* *Oecum.* *Theoph.* *Euthym.* *Guil.*

2. Lucam Euangelistam natione Syrum fuisse; genere verò, seu patria, & natiuitate Antiochenum, testatur Euseb. lib. 3. Hist. cap. 4. Hiero. de script. Eccles. in Luca, & prooemio in commentar. super. Mar. Præfatio in Lucam, quæ habetur in Biblijs; Beda, & Ado in Martyr. die 18. octob. & præfat. in act. Doror. in synopsi; Metap. in vita Sancti Lucæ; Niceph. lib. 2. Hist, cap. 43. Oecum. ante expositionem actuum; Theophylactus argum. in Euangelium secundum Lucam; Euthym. prooemio in Lucam; Martyrologia. Guilielmus Tyri Episc. lib. 4. Historiæ belli sacri ca. 9. & alij plures.

Act. 11. v. 26.

3. Porro ciuitas Antiochena quæ in Cœlesiria est, Syriæ caput erat, sedesque regum Syriæ quondam ibi fuerat, vt ex 1. & 2. lib. Machab. colligitur: Nunc verò Patriarchalis sedes est; primoque Petrus Apostolus ibi sedit, ac primum ibi homo Christiani appellatione ditatus est, quemadmodum dicitur act. 11.

Metaphr. *Isid.*

4. Porro Metap. Lucam natura, & indole generosa, atque preciosa fuisse testatur. Isid. eundem fuisse proselytum scribit. Referunt etiam græci quidam auctores, eundem, cum bonæ esset indolis, & strenuæ capacitatis, græcorum scientiam consecutum; Grammaticam, atque poësim perfectè adeptum, rhetoricam, & persuadendi leporem plenè assecutum; nec philosophiæ muneribus caruisse.

Euseb. *Eut.* *Oecum.* *Theophyl.*

5. Arte verò, professione, & scientia fuisse medicum asserunt Euseb. lib. 3. Hist. cap. 4. & Euthym. prooemio in Lucam. Medicinam (inquit) » etiam corporum didicit; ac postmodum animorum quoque medicinam assecutus est. Quin etiam Oecum. ante expos. actor. Apostolorum. Theophyl. argum. in Euangelium secundum Lucam, artis medicinæ peritum

tum fuisse scribit. Doroth. in synopsi. Beda prol. in expos. actuum, & Paulinus Epis. Nolanus natali 9. Georgius Cedre. in compen. hist. in Nerone, medicinæ artem eum exercuisse testatur; Metap. in vita Sancti Lucæ; Damia ser. de Sancto Luca; Gorranus prologo in Lucam; Glycas par. 3. annalium. Niceph. lib. 2. cap. 43. Beda, & Ado in Martyr. 18. octob. Athanas. sub finem synopsis. Hiero. proœmio in commentarios super Matthæum Epist. ad Damasum, quæ incipit: Multi super hoc; de script. Eccles. in Luca; Epist. 103. ad Paulinum, in qua sic habet: Si nouerimus scriptorem eorum esse Lucam medicum, cuius laus est in Euangelio: animaduertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam. in Epist. ad Philemo: Lucas medicus Euangelium, & actus apostolorũ Ecclesijs derelinquens, quomodo Apostoli de piscatoribus piscium, piscatores hominum facti sunt; ita de medico corporum, in medicum est versus animarum. Cuius liber quotiescumque legitur in Ecclesijs, toties eius medicina non cessat. & præfat. quadam in Lucam, quæ sub nomine Hiero. habetur in Biblijs. Idipsum confirmat Apostolus Paulus dum in Epist. ad Col. ca. 4. sic ait: *Salutat vos Lucas medicus charissimus.* Eum enim locum tam veteres, Chrys. Amb. Theophyl. quam Neoterici scriptores ad sanctum Lucam Euangelistam referunt.

Doroth. Cedre. Metaphr. Damia. Gor. Beda. Ado. Athanas. Hieron. „ „ „ „ „ „ „ „ *Col. 4. v.14.*

6. Lucas igitur medicus fuit corporalis, & spiritualis; atque illud Euangelium quod scripsit, medicinæ liber est, sicut & aliud actorum Apostolicorum volumen. In priore medetur hydropisi auaritiæ, & elationi superbiæ, nobis proponendo Christi humilitatem in Incarnatione, natiuitate, Passione, & sacrificio eius. In vtroque verò medetur phrenesi stultitiæ, & iracundiæ, recitando Christi, & Apostolorum persecutiones, patientiam, & charitatem. Præparat etiam optimas medicinas, potiones, & purgationes confectas ex aloë, & myrrha amaritudinis tribulationum, & aduersitatum, quibus mali, & superflui corporis humores expellantur, ne ad mortem infirmemur: præcipuè autem purgari debent caput, & stomachus.

7. Bene ergo hunc in modum scripsit Euseb: Lucas (inquit) præceptiones medicinæ, quam ex Apostolorum doctrina ad hominum animos sanandos hausisset, duobus voluminibus nobis reliquit. Medicus ergo fuit Lucas non tantum corporum; sed etiam animarum; idque exemplo vitæ, & conuersationis; verbo doctrinæ, & prædicationis; & scripto sapientiæ, ac religionis. Exemplo quidem, actiuè, & passiuè. Ipse enim in sua conuersatione, & vita medicinam non tantum recepit, sed etiam communicauit; vt de ipso verum sit quod dicitur Ecclesiastici 38. *Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.*

Euseb.

Lucas medicus erat spiritualis, & corporalis.

Eccles. 38. v. 4.

8. Verbo, quia prędicando medicinam docuit; adeò vt de ipso verificetur illud Ecclesiastici 6. *Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis.* Hæc est arbor, de qua dicitur Ezech. 17. *Erumpet in germen, & faciet fructum.*

Eccles. 6. v. 16. Ezec. 17. v. 23.

 9. Deni-

9. Denique scripto, nam in libris suis diuinis medicinam descripsit. Sic Tob. 6. legitur Angelus dixisse Tobiæ: *Exentera hunc piscem; & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter.*

Tob. 6. v. 6.

10. Insuper Lucam Euangelistam omnem sermonis disciplinam adeptum; & non solùm Græcè, sed etiam Hebraicè doctum fuisse, superiùs cap. 29. ostendimus.

Omnem sermonis disciplinā adeptus. Græcè peritissimus. Hebraicè doctus.

11. Fuit quoque vt vulgaris fert opinio, pictor insignis, scientia, credo, magis, quam professione. Dicitur enim Christi saluatoris imaginem, ac matris eiusdem, & aliorum, penicillo, & coloribus pinxisse; & illorum icones Antiochenæ Ecclesiæ, ac alijs reliquisse. Cuius rei meminit Simeon Metaph in vita Sancti Lucæ, dum ita scribit: Hoc (ait) inter cætera gratissimum est, quod ipsum quoque assumptum typum humanitatis Christi; ac signum eius, quæ illum peperit, Lucas primus omnium cera, & lineamentis pingens, vt ad hæc vsque tempora in imagine honorarentur, tradidit; tanquam non esse satis existimans mente, & spiritu cum his esse, quos desiderabat; nisi etiam per imaginem, ac typum versaretur cum eis. Quod feruentissimi amoris indicium est. Hactenus Metap.

Pictor fuit. Metaph.

12. Tanto enim fuit S. Lucas erga B. Virginem affectu, vt eius effigiem in tabella sibi ad viuum exprimeret, quæ adhuc Romæ seruatur. solent enim qui nonnullos præcipuo amore diligunt, figuras eorum tabula expressas secum, in maximi amoris signum gestare. Vis quoque amoris Lucam, vt id faceret impulit. Vnde Thomas parte 3. quæstione 25. art. 3. ad 4. Lucas, inquit, dicitur depinxisse Christi imaginem, quæ Romæ habetur. S. etiam Germanus Episcop. Constantinopolita. asserit pictam esse a B. Luca Euangelista S. Virginis Dei genitricis imaginem, quæ Constantinopolim ab Hierosolymis erat missa, vt Ioannes Damasce. in actis S. Stephani Iunioris recitat. Niceph. autem lib. 14. Hist. ca. 15. de imagine deiparæ virginis a S. Luca depicta, in hunc modum loquitur: Pulcheria (inquit) Augusta templum in vrbe Constantinopolitana extruxit, vbi ex Antiochia trāsmissam matris Dei imaginem dedicauit, quam Diuus Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc viuente, & tabulam ipsam vidente, gratiamque à Deo illi formę suæ immittente. Hæc imago primum in eo loco, qui Tribunal dicitur, fuit; vbi ea, quæ nunc quoque fiunt, miracula peracta sunt. Hæc Niceph.

Thom. Germa. Damas. Nicephor.

13. S. Lucam pinxisse imagines Domini nostri IESV CHRISTI, & B. Virginis MARIÆ, & Apostolorum Petri, & Pauli, habet Niceph. etiam lib. 1. hist. cap. 43. lib. 14. cap. 2. lib. 15. cap. 14. & lib. 6. cap. 16. dicens, quòd is primus accuratè suis manibus eorum imagines pinxerit. Dicitur quoque Virginis MARIÆ quandam fecisse imaginem, quam cum Heraclius Imperator in bellis portaret, aduersarios confundebat, & cum eadem sibi Persas subiugauit, vt Ioannes Raul. ser. de sancto Luca refert. Cumque Lucas ingenij felicitate, & velocitate satis de humana sapientia gustauisset, ad altiorem, & diuinam Christi doctrinam conuolat.

Niceph. Miraculū. Lucas fit Christianus.

Quod

Quod Sanctus Lucas Euangelista ex illis discipulis, qui cum Christo versati sunt, non fuerit.

Caput 60.

AMBIGVA sane quæstio est, an Sanctus Lucas Euangelista vnus fuerit ex 72. Christi discipulis. Siquidem pro vtraque parte quæstionis plures, & magni sunt auctores. Aientem enim partem tuetur constanter Epiph. Hier. 20. & 51. vbi etiam habet eum a Christo, propter sermonem de Eucharistia Ioan. 6. defecisse: sed a diuo Paulo Apostolo deinde conuersum. Ante S. Epiphanium docuit idem Orig. primo dialogo contra Marcionistas de recta in vnum Deum fide. Ideoque miror virum quendam eruditū scriptis libris testari se non inueuisse, vbi hoc dicat Origenes, nisi quod in exordium Euangelij diui Lucæ testetur, ea quæ scripturus est, eum non rumore cognouisse; sed ab initio ipsum fuisse consecutum. Idemq; Orig. in cap. 16. epist. ad Rom. Lucam docet a Paulo fuisse baptizatum. Duo autem hæc, Lucam ex 72. Christi fuisse discipulis, & eundem a Paulo conuersum esse, atque baptizatum, inter se non pugnare, sed consentire, ex Epiphanio dicente Lucam a Christo semel defecisse, sed ministerio Pauli rediJsse, intelligitur. *Qui Lucam ex Christi fuisse discipulis opinentur. Epipha. Ian. 6. Origen.*

2 Hos secutus est Euthy. Proœmio in Lucam, & in præfat. Lucæ, docens eum Christo primum adhæsisse, ab eoque semina pietatis suscepisse. Quorum autem testimonio nitatur, his verbis declarat: dicunt quidam (inquit) & maximè Origenes, quod Marcus, & Lucas ante Dominicam passionem inter 70. discipulos connumerati sunt. *Euthy.*

3. Idem existimat Theophil. in argum. ad Euangelium secundùm Lucam, & in commentario super Lucæ præfationem, & præfat. in Matthæum; & Lu. 24. putat hunc Cleophæ socium fuisse. Idem habet Theophilus in catena Thomæ citatus. *Theoph. Luc. 24. v.18.*

4. Censent verò hi Lucam quidem fuisse Christi discipulum, sed alijs posteriorem, & qui ab eo non recesserit: & in eo ab Origene, & Epiphanio dissident. Eis subscribunt Niceph. lib. 2. hist. ca. 43. & 45. Metaphrastes in vita sancti Lucæ, dorot. in synopsi; Richelius in præfat. Lucæ, & alij. *Theop. Niceph. Metaphr. Doroth. Richel.*

5. Verùm mihi longè probabilior videtur eorum opinio, qui tradunt Lucam ex discipulorum, qui Christo, dum hic in terra mortalis ageret, versati sunt, numero non fuisse; eumque corporaliter numquam fuisse cum Domino cōuersatum. Hoc, inquam, probabilius est, non solùm quia plures, & maiores id auctores affirmant; sed etiam quia de se id ipse testatur Nam ipsemet initio sui Euangelij ea se scripturum esse profitetur, quæ *Lucam ex Christi discipulis non fuisse. Lu.1.v.2.*

accepit

accepit ab eis, qui ipsius verbi spectatores, & ministri fuerunt. In quo satis indicat se ex illis non fuisse; & se non vidisse; sed auditu ab ijs, qui
1. *Io.* 1. viderant accepisse, quæ scripturus erat. alioqui dixisset vt Ioannes: *quod*
v. 1. *vidimus, quod audiuimus &c.* Lucas idem significat dum ait se omnia diligenter assecutum, id est, dicta, & facta Christi summa diligentia peruestigasse; quod minimè fecisset, qui vidisset. Cum ergo Lucas testetur ex traditione, quam ab alijs acceperat, se Euangelium scribere: cumque profiteatur se ea, quę scripturus est, ab ijs accepisse, qui viderant, & ministri sermonis fuerant, & cum Domino versati erant: cumque omnia se diligenter inuestigasse tradat; significare videtur ea se non vidisse, nec coram audisse, aliumque esse quam ex discipulis, qui cum Domino versati sunt. Nam satis apertè hic docet se audita tantum, non etiam visa scribere: quia non se, sed alios autoptas, seu spectatores ac visores fatetur: & cum se dicit ex ijs, qui cum Domino versati sunt, res Euangelij didicisse, se à Christo edoctum non fuisse, insinuat.

6. Ad hanc rationem videntur respicere Patres, qui huius sunt opinionis. Hinc est quod antiqui patres Lucam vocent discipulum Apostolorum, non Domini: vt Iren. lib. aduer. hære. c. 20. & lib. 3. c. 11. vbi Lucam nominat sectatorem, & discipulum Apostolorũ. Et Tert. li. 4. aduer. Marc. c. 2. & 5. vbi vocat Marcũ, & Lucam Apostolicos, (quo nomine vocari solebant ij, qui Apostolos, etsi non Christum, audiuissent.) Non Apostolos; & discipulos Apostolorum: Lucam verò Pauli discipulum, & sectatorem. Et Hiero. præfatione in commentarios super Mat. & in ca. 65. Isa. vbi testatur Lucam à Paulo conuersum, & Marcum à Petro; & de script. Eccles. in Luca, vbi asserit eum audita, non visa scribere. Quod verò ibidem ait: Cum Domino in carne non fuit: hoc ad Paulum, non ad Lucam refert: & hoc non omnes videtur aduertere. Idem insinuat Naz. in carmine de Christi miraculis secundum Lucam, his verbis:

[Margin: Lucas sectator, & discipulus Apostolorum. *Iren.* *Tertul.* *Hieron.* *Naz.*]

Bis septena refert Lucas miracula Christi,
Egregium Pauli tutus ob auxilium.

7. Chrysost. hom. 1. in Mat. dicit ex tam multis Christi discipulis, duos tantum scripsisse Euangelium; & duos ex eis, qui Apostolos secuti sunt. Ibi quoque Lucam Pauli discipulum vocat, sicut & hom. 1. in acta. quod etiam tradit Anastasius sinayta Antioch. li. 8. hexame. Theodoretus in fine præfat. ad historiam sanctorum patrum, expressè tradit Marcum, & Lucam fuisse discipulos Apostolorum, & Dominum non vidisse.

[Margin: *Chrysost.* *Anast.* *Theod.*]

8. Euseb. lib. 3. histo. c. 4. & 18. non solum testatur Lucam à Paulo, & alijs Apostolis Euangelium didicisse; verum etiam ex omnibus, qui in Christi disciplinam se tradiderant, solum Matthæum, & Ioannem nobis quædam monumenta litteris prodita post se reliquisse. Greg. initio primi libri dialogorum ait sibi luce clarius constare, quod Lucas, & Marcus Euangelium à se scriptum, auditu, non visu didicerint. Beda in præfat. Lucæ,

[Margin: *Eusub.* *Greg.* *Beda.*]

Lucæ, & præfat. in Lucam. ait Marcum, & Lucam non vidisse Dominum in carne præsentem. in Martyr. die 18. octob. eum vocat Apostolorum discipulum.

9. Sic etiam Ado eodem die. Pet. Damia. ser. de Sancto Luca, docet Lucam Pauli esse discipulum, & ab eo didicisse Euangelium, sententiam hanc confirmat Aug. lib. 1. de consen. Euangelistarum cap. 2. dicens Marcum, & Lucam non fuisse ex eorum numero, quos Dominus ante suam passionem elegerat; & secutos fuisse Christum non corporaliter præsentem; sed in Apostolis loquentem. Eandem sententiam complures tuentur. Alia enim est minus verosimilis. *Ado.* *Damia.* *August.*

10. Argumentum illud quo quidam vtuntur, Ecclesia cum diem Lucæ festum agit, eam lectionem Euangelicam; *Post hæc designauit Dominus & alios septuaginta duos &c.* Lu. 10. proponit, quasi Lucas vnus ex illis fuerit; minime nos de sententia mouet. Solet enim Ecclesia quę de vno dicta sunt, ad alium propter aliquam similitudinem accommodare. quod de Marthæ sorore Lu. 10. dicitur; *Maria optimam partem elegit*, ad Deiparam accommodat; & quod Mat. 12. de vera Christi matre, & cognatis dicitur: *Mater tua, & fratres tui stant foris quærentes te*, ad S. Felicitatem, & eius filios transfert. *Luc. 10. v. 1.* *Luc. 10. v. 42.* *Mat. 12. v. 47.*

11. Et certe si illum Lu. 24. Cleophæ in via comitem, Lucam fuisse, perspicuo monstrari posset; omnis prorsus controuersia de hac re soluta esset. At leuissima tantum coniectura agunt, qui opinantur Lucam Domino post resurrectionem cum Cleopha occurrisse. Neque id Greg. præfat. in Iob. ca. 2. ex sua, sed ex aliorum sententia retulit: ei proinde talis opinio affingi non debet; cum alibi contrarium asserat. *Luc. 24. v. 18.* *Greg.*

12. Dorothei quoque fides non est constans; quia multos inter Christi adlegat discipulos, qui tamen Pauli tantùm fuere discipuli. *Doroth.*

Cur, & quando Lucas Pauli comes indiuiduus fuerit.

CAPVT 61.

LVCAS igitur non Christi discipulus, sed Apostolorum fuit; ac præcipue diui Pauli, à quo ad fidem Christi conuersus, & baptizatus creditur. Testatur enim Nicep. lib 2. c. 43. hist. Lucam Thebis, quæ vrbs septem habuit portas, ad Paulum venisse: atque ibi, nuncio errori patrio remisso, ad Christum accessisse; & pro corporum curatore, animarum medicum factum. *A quo, quādo, & quomodo Lucas Euangelium didicerit.*

2. Quod autem Euangelium non solum a Diuo Paulo; sed etiam ab alijs Apostolis didicerit, testantur veteres, Theodoretus, Eusebius, Hieronymus *Niceph.*

nymus & alij: illudque probant ex initio Euangelij secundum Lucam. Quod tamen præcipuè ab Apostolo Paulo Euangelij doctrinam acceperit, indubitatum est. Ideoque Paulo duci coniunctus, maximeque familiaris

Euthy. effectus est, ac discipulus eius, comesque itineris, vt habet Euthy. prooemio in Lucam, & prologo in Mat.

Hieron. 3. Sic etiam Hieron. de script. Eccles. in Luca, eum Apostoli Pauli sectatorem, & omnis peregrinationis eius comitem indiuiduum appellat.

Beda. Ado. Euseb. Ire. Theoph. Doroth. Beda etiam, & Ado scribunt in Martyrologio, quod Paulum vsque ad eius confessionem secutus sit. Eodem modo Euseb. lib. 5. hist. ca. 8. ex Irenei sententia Lucam Pauli comitem nominat. Simili modo Theophylactus præfatione in Mat. & argumento in Lucæ Euangelium. Et Doroth. in synopsi, atque alij complures.

2. Cor. 8. v. 18. 4. Indicat autem & aliam ipse Paulus Apostolus rationem cur Lucas ipsius comes fuerit, cum ad Cor. ita scribit: *Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. Non solum autem; sed & ordinatus est ab Ecclesijs comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram.* Si tamen non potius de Sila illa dicta sunt.

Quando Lucas Paulo adhæserit. 5. Porro vt melius intelligatur quando Lucas Paulo adhæserit; obseruandus est mutatus ab ipso loquendi vsus act. 16. Inde siquidem id facilè cognosci potest. Nam qui cunctas, quas hactenus retulit Pauli res gestas,

Act. 16. recensuit, semper in scribendo tertia verborum persona est vsus, vt fecit,

Act. 16. v. 8. dixit, abijt, & his similibus, vsque ad eum locum inclusiuè: *Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem &c.* act. 16. Ex hoc verò tẽpore,

Act. 16. v. 10. mutato stylo, quod ipse vnà cum cæteris Paulo præsto esset, seipsum cum alijs annumerans, hæc in prima persona, quæsiuimus, venimus, & alia id

Hiero. genus plura narrare pergit. Vnde act. 16. sequitur: *Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quod vocasset nos Deus Euangelizare eis.* Ex hoc ergo tempore, quo Troadem Paulus descendit, & non antea, ei Lucas adhæsisse videtur. Iren. etiam lib. 3. aduer. hære. ca.

Vt Lucas Pauli comes indiuiduus fuerit. 14. monstrare videtur, non nisi ab eo tempore quo Troadem Paulus venit, ipsi Lucam adhæsisse. Et hoc esse verius existimo.

Chrysost. 2. Cor. 8. v. 18. 6. Ex his quoque declarandum est, quo modo Hie. Lucam totius pere-

Col. 4. v. 14. grinationis Pauli comitem indiuiduum appellet; & quomodo Chrys. ho. 1. in acta scribat Lucam præceptori suo indiuulsum adhæsisse, illumq; per

2. Tim. 4. v. 11. omne tempus fuisse assectatum; cum id non nisi ex hoc tempore, de illo dici queat: nec sic quidem vt illi semper inhæserit. abfuit enim interdum,

Phile. v. 24. vt occasio postulauit. Nam Hiero. ibidem de Luca Paulum loqui asserit 2.

Clemens. Cor. 8. scribentem: *Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius Laus est in Euangelio per omnes Ecclesias.* Frequenter autem ipsemet Paulus socium, &

Lucas Pauli adiutor, & cooperator. comitem suum esse Lucam testatur; vt ad Col. 4. *Salutat vos Lucas medicus charissimus.* & 2. ad Timot. 4. *Lucas est mecum solus.* & ad Philemonem: *Salutat te Demas, & Lucas adiutores mei.* Clem. Pap. lib. 2. const. apost. cap. 61. Lucam Pauli cooperatorem nominat.

Quibus

Quibus fidem Lucas prædicauerit.

CAPVT 62.

QVIBVS verò populis Euangelium prædicauerit, nunc dicendum est. Oecum. in Lucam testatur varijs eum prædicasse fidem Christi, seu Euangelium. Quibus autem, id explicat Epipha. hære. 51. nimirum in Gallia, Italia, Dalmatia, & Macedonia. Atque his, & alijs Pauli mandato Lucam prædicasse nonnulli tradunt. *Oecum.* *Epipha.*

2. Metaphras. quoque in vita sancti Lucæ scribit eum multis cum Paulo Euangelium prædicasse. Sic enim habet: Docens modo quodā diuino mysterium dispensationis, multos ad saluatoris cognitionem ex errore manu ducit, ac baptismate consecrat. siquidem currebat Lucas prædicationem vbique disseminans, & sermonum sagena plures ex profunda ignorantia ad Deum adducebat, afflictus pro Euangelio, cum ad pessimos disseminaturus sermones accederet. Multa enim aspera sustinebat in terra, in mari, & in singulis ciuitatibus. Desertum dicebatur ei amicum solum, dummodo aliquos in eo inueniret, quos Deo adduceret, transferretque ad pietatem. Lucas Paulo socius itineris vbique constituitur, & peregrinationis comes: certamina pro pietate exoptans, tali se militi coniungebat; & vnâ cum eo, vsque ad vincula quasi maleficus, simul cognitionis radios ad terræ fines emittens, affligebatur: adeò vt ab Ierosolymis, & circumiacentibus locis, Illyricum vsque, partim vnâ cum Apostolo Paulo, partim sine ipso Euangelium impleuerit: & à Iudæa Romam vsque vnâ cum eo vinctus, eisdem laboribus, eisdem afflictionibus, eisdemque naufragijs, volens omnino particeps fieri coronarum propter hos labores recipiendarum, communicauerit. *Metaph.*

3. Quomodo verò etiam postea in Lybia, Ægypto, & Thebaide tam inferiore, quam superiore idem fecerit, paulo inferius narrabitur, ideoque, vt opinor, Nicep. lib. 6. hist. c. 16. lib. 10. c. 11. lib. 14. c. 2. & li. 15. c. 14. & Metaph. in vita Sancti Lucæ, quin etiam Athanas. sub finem synopsis; Lucam Apostolum vocare audent. Additque Metap. quod eum iustitia mirum in modum & Apostolatu, & dilectione Pauli dignum fecerit. *Niceph.* *Metaphr.* *Athanas.* *Metaphr.* *Lucas est Apostolus.*

De Scripto à Luca Euangelio.

CAPVT 63.

NEc his tantum modis in talento prædicationis simul cum Paulo negotiatus est, totque gentes ad pietatem adduxit: sed totius dispen-

fationis amator verus, facræ etiam, ac Euangelicæ fit fcriptor hiftoriæ; vt pote qui omnia prius ab his, qui ad initio miniftri fermonis fuerant, cognouiffet; ac fuperne in facris edoctus effet. *Gaud.* Gaudentius Brixienfis Epifc. ferm. 17. in dedicatione bafilicæ fanctorum 40. Martyrum, ait Sanctum Lucam beatos Apoftolos pari merito fubfecutum, & librum Euangelij, cum actibus Apoftolorum examinatione imitanda confcripfiffe. Vbi, & quando Lucas Euãgeliũ fcripferit. Euangelium ergo tandem ficut audierat, non ficut viderat, vt ipfemet in Euangelij fui principio teftatur, in Achaiæ, & Bœotiæ partibus, circa annum Domini quinquagefimum octauum, ab eiufdem vero in cœlum afcenfione, vigefimum quartum, cum omni diligentia confcripfit.

Niceph. An aliquo iubente Lucas Euãgeliũ fcripferit? 2. Nicep. lib. 2. hift. cap. 45. exprefsè teftatur Marcum, & Lucam Euangelia fua iuffu Petri, & Pauli compofuiffe. lib. 5. hift. ca. 16. ex fententia Origenis afferit, quod Paulus Euangelium Lucæ gentibus fcribi curauerit. *Euthy.* Euthy. procemio in Lucam, teftatur eum permiffu Pauli Euangelium confcripfiffe.

Doroth. 3. Doroth. in fynopfi commiffione Petri a Luca fcriptum effe Euangelium narrat; fed hoc ipfe folus, quod fciam, & quidem gratis, afferit.

Hieron. *Auguft.* 4. Quod Lucas Euangelium hortante Paulo fcripferit ab Hieron. traditum nonnulli fcripfere: nufquam tamen hoc in eo reperi. Aug. ferm. 146. de temp. dicit Lucam Euangeliftæ difpenfationem meruiffe.

5. Si Lucas Euangelium Paulo iubente, vel hortante compofuerit; tunc id eum tacuiffe mirum eft, dum caufam, & occafionem fcripti à fe Euangelij explicaret. Vbi non obfcurè indicat nullum fe ad fcribendum hortatorem habuiffe; neque rationem adfert aliam, quam quod alij facere conati effent; dicturus profecto tanto fe auctore feciffe, fi ductus eius auctoritate feciffet; cum temeritatis à fe notam vellet remouere; eamque ob caufam præter cęterorum Euangeliftarum morem, cur ad fcribendum accederet, rationem afferret.

Hiero. An Paulus fcripti à Luca Euangelij meminerit? 6. Notat porro Hier. de fcript. Ecclef. in Luca, quofdam fupicari, quotiefcumque in Epiftolis fuis Paulus dicit, fecundum, vel iuxta Euangelium meum, vt ad Rom. 2. & 16. & 2. ad tim. 2. de Lucæ fignificare volumine. Idipfum videtur fentire Chryfoft. ho. 1. in acta. & Eufeb. lib. 3. hift. c. 4. Imo his omnibus antiquior Tertul. lib. 4. aduer. Marcio. c. 5. *Ro. 2. 16.* concedit Lucæ Euangelium illud fuiffe, quod fuum Paulus, affirmat. Eius *2. Tim. 2.* enim verba funt hæc: Euangelium quod Marcus edidit, Petri affirmatur: *Chryfoft.* & Lucæ digeftum Paulo adfcribere folent. Capit magiftrorum videri quæ *Eufeb.* difcipuli promulgarunt.

Tert. 7. Illud vero diui Pauli 2. ad Cor. 8. *mifimus cum illo fratrem noftrum, cuius laus eft in Euangelio per omnes Ecclefias*; de Sancto Luca Euangelifta Quomodo Lucæ Euãgelium dicatur effe Pauli. dictum effe intelligit Hieron. Non folum de fcript. Ecclef. in Luca; fed etiam procemio in comment. fuper Mat. & in comment. ad. ca. 1. epi. ad Ephef. & in fine comment. in ep. ad Philem. & Epift. 103. ad Paulinum.

2. Cor. 8. 8. Scio quofdam exiftimare de Sila, non de Luca illud à Paulo fuiffe dictum.

dictum. Eo quid nihil eiusmodi de Luca in actis legatur; sed potius de Sila, qui, cum Barnabas a Paulo recessisset, relictus est Antiochiæ Pauli comes in peregrinatione suscepta. Cui etiam conueniunt illa præconia, quibus dicitur laudem eius fuisse in Euangelio per omnes Ecclesias. Nam ad Apostolicam perficiendum legationem ex concilio Ierosolymitano vna cum Iuda, quòd in fratribus primi essent, delectus est.

Lucæ laus in Euangelio. *Hieron.* *Act. 15.*

9. Eiusmodi autem primatus non nisi ex prædicatione Euangelij comparatus esse videtur. In quo genere si magna cum laude versatus est, ante ipsius legationis functionem, multo celebrior posteà factus est, cum omnibus Ecclesijs Syriæ, Ciliciæ, & alijs vna cum Paulo ablegatus Antiochiâ Euangelium prædicauit; vt merito de illo dictum putetur; *cuius laus est in Euangelio.*

10. At vero Theodoretus 2. cor. 8. eum cuius laus est in Euangelio, Barnabam esse putat; non Silam, nec Lucam. Barnabas enim in prima illa peregrinatione segregatus Antiochiæ cum Paulo in Euangelium, illi vsque ad finem comes adhæsit. Qui licet in secunda ab Apostolo assumpta peregrinatione ab eo discessisset; tamen antequam secundam ad Corinthios, in qua prædicta narrantur, Paulus scripsisset Epistolam, Barnabas ad ipsum redijsse videri posset. Nam prior. ad Cor. 9. eius tanquam collegæ in Euangelij prædicatione meminit. Sed valde mihi dubium est, an Paulus de coapostolo, & æquali diceret se eum misisse.

Theod. An Barnabæ laus sit in Euangelio. An Barnabas ad Paulũ redierit. *1. Cor. 9.*

11. Sane diui Hiero. sententia nõ mediocriter roboratur Sancti Ignat. testimonio, qui ep. 14. ad Ephes. scribens, eodem quo Paulus Lucam præconij genere laudat, cum dicit: Vt testatur Lucas, *cuius laus est in Euangelio.* Orige. quoque in præfat. diui Lucæ, asserit Lucam Euangelistam eum esse, de quo Paulus dicit; *cuius laus est in Euangelio*; nec id de alio, quam de Luca intelligi: & hoc dicit ab antiquis traditum. Quibus subscribit Ambros. in Lucæ præfationem, his verbis. A Paulo testimonium Lucas meruit diligentiæ. Sic enim laudat Lucam: *cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias.* Et vere laudabilis est, qui meruit à tanto gentium doctore laudari. Idem habent Titus in cap. 1. Lucæ. Chrysost. quoque hom. 1. in acta, de Luca id ipsum; *cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias*; à Paulo scriptum asserit. Metaphr. in vita Sancti Lucæ, hoc eidem attribuit; sicut & Nicep. lib. 5. hist. cap. 16. alijque permulti.

Igna. *Origen.* *Ambros.* *Tit.* *Chrysost.* *Metaph.* *Niceph.*

12. Præterea hic obseruandum est, Hieronymum de script. Eccles. in Luca, illud; *cuius laus est in Euangelio*, de scripto à Luca Euangelio (vt apparet, neque enim id certum est: cum illud, de quo, in Hiero. referri possit tam ad Lucam, quam ad Euangelium ab eo scriptum) interpretari. Sic etiam Chrisost. ho. 1. in acta, intelligit, & Metap. & Nicep. & alij complures. Non desunt tamen qui opinentur, Lucæ ibi laborem prædicandi magnum, diuturnum, & cum multis, & grauibus coniunctum periculis potius, quam scribendi breuem, periculi expertem, & non ita magnum, à Paulo commendari.

An Paulus scripti à Luca Euãgelij mentionem faciat. *Hieron.* *Chrysost.* *Metaph.* *Nicephor.*

13. Nec dico ex verborum illorum vi, quenquam ibi notatum à Paulo, qui Euangelium scripserit; imo nec si Euangelistam eum appellasset. Nam & Philippus act. 21. ab ipso Luca dictus est Euangelista, non quod Euangelium scripsisset; sed prædicasset. sic post. ad Timot. 4: *Opus* (inquit) *fac Euangelistæ*, non scribendo, sed prædicando. Veruntamen magna debet esse ratio, quæ me à veterum sententia Patrum abducat.

Act. 21. 2. *Tim.* 4.

14. At verò si diuus Paulus anno Domini 58. vt nonnulli tradunt, posteriorem ad Cor. Epist. scripserit; & circa eundem Domini annum 58. compositum sit à Sancto Luca Euangelium, vt supra docuimus, dubiū valdè est, quo modo Lucæ tunc in Euangelio scripto laus per omnes Ecclesias esse potuerit.

Quod Lucas à Lucio diuersus sit.

Capvt 64.

Rom. 16. An Lucas idem sit cū Lucio? *Origen.* Quomodo Lucius Pauli sit cognatus. *Rom.* 9.

An Lvcivs ille, cuius mentio fit ad Ro. 16. *Salutat vos Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei*, sit Lucas Euangelista? Orige. in ca. 16. ad Rom. quem plures secuti sunt, eundem esse arbitratur: cumque putat cum alijs Pauli cognatum appellari, quod ab eo genitus sit in Euangelio, seu à spirituali cognatione, & consanguinitate, quæ per baptismum contrahitur; non sanguinis propinquitate: eo quod diuersarum, ac longè distantium essent regionum. Ergo fide Catholica illi Paulo cognati erant.

2. Alij tamen rectiùs hos Pauli cognatos vocari existimant, quod gentis eiusdem essent, nempe Iudæi. Nam ad Rom. 9. Iudæos omnes cognatos appellat. Si autem quos Euangelio genuit cognatos dicere voluisset; Caius, & alij eo etiam nomine digni erant. Quod verò Aquilam, & Priscillam, quos Iudæos fuisse constat, non æquè cognatorum nomine exornet, illam putant fuisse caussam; quod hi notiores essent. Quippe qui alias tempore Claudij Romæ agebant: cæteros verò fortasse aduenas, Iudæos sic speciatim opus fuit demonstrasse.

Sedul.

3. Sedulius presb. in ca. 16. epi. ad Rom. Orig. sententiam & refert, & probat, dicens post Orige. nomina solere proferri interdum secundum patriam declinationem, interdum secundum græcam, & Romanam. Nihilominus vero similius est Lucam eundem cum Lucio non esse; sed ab illo diuersum. primò, quia act. 13. Lucius dicitur Cyrenensis: Lucam verò Antiochensem esse constat.

Lucam à Lucio diuersū esse. *Act.* 13. *Act.* 16. 20. *Men.* *Doroth.* *Martyr.*

4. Deinde, quia Lucas de se tanquam de alio loqui non solet, vt manifestum est act. 16. 20. & alibi. Præterea græci in menologio 10. cal. Maij expressè Lucam ab illo Lucio diuersum esse profitetur. Assentitur his Doroth. in synopsi. Martyrol. quoque Roma. April. die 22. testatur Lucium ex primis fuisse Christi discipulis; quod Lucæ non conuenit.

Actus

Actus Apostolorum quando Lucas ediderit, & quid deinde gesserit.

Caput 65.

ANNO Christi 61. & Neronis Imperatoris quinto, Sanctus Euangelista, eam scriptionem absoluit, cuius est titulus, Acta Apostolorum. Quum enim in fine eius commentarij biennium egisse Paulum in suo conducto scribat, planè post illud tempus extremam manum operi se imposuisse significat.

2. Porro Apostolorum acta, quæ non vidit Lucas, generatim tantum complexus est, & maiore ex parte silentio præterijt.

3. Adhæc verò Lucam iterum Romam venisse eo tempore, quo Paulus nouissimè in eam vrbem rediens martyrium consummauit; tradunt acta passionis eius, quæ feruntur Lini nomine. Quonam autem Lucas tunc abierit, postquam Româ discessit, etsi omnino certum, & exploratum non habeam; apud Oecume. tamen in Lucam, sicut & apud Nicephorum, & *Oecum.* Metaph. legitur, eundem, Roma cum discessisset, in orientem esse reuersum, rursumque Libyam petijsse, atque Thebanos religione Christiana *Niceph.* *Metaphr.* instituisse.

4. Ita quoque habet Metaphr: Quum Romæ fuisset cum Apostolo „ Paulo, eo ibi relicto, rursum Lucas ad orientem discedit, & in Græciam re- „ uertitur; totamque Libyam percurrens, in Ægyptum peruenit: ac pluri- „ mos diuinæ doctrinæ, & cognitionis luce illustrauit. Quumque superio- „ rem Thebaidem intra suam doctrinâ recepisset, & ad Christum, per Euan- „ gelij prædicationem, adduxisset, inferiorem Thebaidem, septem portarum „ ciuitatem accedit, in qua etiam pontifex, ac pastor à spiritu præponitur. „ Statuis verò, impurisque dæmonum delubris in terram deiectis, (id enim „ studio sibi erat, vt errorem totis, quod aiunt, pedibus fugientem demon- „ straret) sacra templa soli Deo erigit; eosque, qui in profundis ignorantiæ „ tenebris versabantur, per Euangelium ad Dei cognitionem perductos, ac „ regeneratos, Dei filios effecit. „

5. Sunt etiam qui scribunt Euangelium ab ipso prædicatum Alexandrinis, vniuersæque regioni adiacenti vsque ad Pentapolim. Huiusmodi igitur Deo fructibus oblatis, impietate de medio sublata, erectis templis, altaribus consecratis; presbyteris, ac diaconibus creatis; rectéque fidei præfinitione ipsis tradita, plenus iam dierum effectus, ad Dominum, hac miseriarum valle relicta, commigrauit.

De

De Sancti Lucæ obitu, & Martyrio.

CAPVT 66.

Oecum. Lucas fuit senex. *Metaphr.* *Nicephor.*

OECVM. in Lucam testatur eum, postquam varijs prædicasset Euangelium in vltima senectute Deo spiritum reddidisse. Metaph. in vita sancti Lucæ asserit eum plenum iam dierum effectum, in pace, ad Deum pacis redijsse. Niceph. lib. 2. hist. cap. 43. refert eum, cum annos 80. natus esset obijsse.

Hieron. Lucas semper fuit celebs. *Bed.* *Ado.*

2. Hieron. de script. Eccles. in Luca refert eum octoginta, & quatuor annos vixisse, & vxorem non habuisse. Præfatio quædam in Lucam, Hier. ferens nomen, habet Lucam neque vxorem, neque filios vnquam habuisse; eumque cum annorum 74. esset obijsse. Beda & Ado in Martyr. die 18. Octob. scribunt hunc eundem Euangelistam seruiuisse Domino sincerissime, & sine crimine; neque vxorem vnquam habuisse, neque liberos; septuaginta vero & trium annorum, Spiritu Sancto plenum obijsse. Sed quia facile per amanuensium inaduertentiam error quispiam, in numeris præcipuè, admittitur; annorum, quibus Lucas vixit, numerus, ex Hieron. videtur in alijs corrigendus. Nam & Isid. de vitis, & obitu sanctorum cap. 84. & græci in Menologio, ea ætate quam habet Hieronymus, videlicet anno 84. vitæ suæ eum obdormisse in Domino profitentur.

Isid. *Men.* Lucas est Martyr. *Mar.*

3. Porro an Lucas martyrio fuerit coronatus, videtur quibusdam fuisse dubium; eo quod Hiero. & alij quidam eius obitum describentes, nullam martyrij faciant mentionem. Romanum sane martyr. Octob. die 18. clare dicit Lucam Euangelistam multa pro Christi nomine passum, ac Spiritu Sancto plenum obijsse. Complures etiam antiqui probata fide auctores cum Martyrio vita functum testantur.

Nazianz. *Pauli.*

4. In primis Greg. Naz. ora. 1. in Iulianum Martyribus, seu victimis, pro Chisto cæsis eum annumerat. Paulinus Nolanus ad Seuerum Epist. 12. ipsum Martyrem his versibus nominat.

Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas
Martyr, & illustris sanguine Nazarius.

& Natali 9. eundem vocat Martyrem.

Gaud. Gaudentius Episcop. Brixianus, qui claruit sæculo diui Ambrosij Mediolanesis, serm. 17. de dedicatione Basilicæ sanctorum 40. Martyrum dicit sanctum Lucam pro fidei prædicatione occisum. His verbis: Horum
" quatuor, (hos inter Lucas vnus erat) beatas habemus in præsenti reliquias;
" qui regnum Dei, & iustitiam prædicantes, ab incredulis, & iniquis occisi,
" Deo semper viuere, operationum suarum virtutibus demonstrantur.

Niceph. 5. Nicep. lib. 2. hist. c. 43. genus Martyrij Lucæ describens, a diuini verbi

verbi contemptoribus ex fructifera oleæ arbore, quod aridi ligni, vnde crux fieret, copia, non esset, suspensum eum fuisse narrat; Michael Glycas græcus historicus lib. 3. annalium idem testatur de eius Martyrio in olea consummato: Hoc quoque (inquit) memoriæ proditum est, Lucam auctorem Euangelicæ hist. in olea frugifera suffixum fuisse. Idem habet Georg. Cedren. in compendio histor. in Nerone, vbi asserit Petrum in crucem actum fuisse, & Lucam Euangelistam eodem supplicij genere affectum: Dino (inquit) Lucæ pro cruce fuit olea frugifera, cum ad parandam crucem nullum ijs in locis aridum lignum reperiretur. Dubitandum ergo non est, quin Lucas Martyr obierit. *Glycas.* " " *Cedre.* " "

16. At verò vbinam obijt? Scribunt aliqui eum Alexandriæ Domino spiritum reddidisse, ibique primùm sepultum. Dorot. autem in synopsi testatur eum Ephesi mortuum, ac sepultum. Gaudent. & Pauli. Lucam apud Patras Achaiæ ciuitatem consummatum referunt. veruntamen Martyr. Rom. die 18. octob. & Beda in Martyr. eodem die, & præfatio quædam in Euangelium secundum Lucam, quæ Hiero. tribuitur, & Vincent. in speculo hist. lib. 9. c. 90. & plures, in Bithynia Lucam vita functum esse affirmant. *Vbi Lucas obierit.* *Doroth.* *Gaud.* *Pauli.* *Mar.* *Beda.* *Hieron.*

17. Hiero. de script. Eccles. in Luca, dum ait Constantinopolim ossa Lucæ cum reliquijs Andreæ Apostoli translata fuisse de Achaia, eundem ibi sepultum aliquando esse præsupponit. Metap. in vita Sancti Lucæ dicit etiam eius reliquias ex Thebis Bœotię, & Achaiæ Constantinopolim translatas, Idem affirmat Nicep. lib. 2. hist. c. 43. & lib. 10. c. 11. quin etiam Rom. Martyrol. die 9. Maij asserit Lucam de Achaia Constantinopolim translatum. *Metaph.* *Nicephor.* *Mar.*

De inuentione, translatione, atque miraculis eiusdem Sancti Lucæ.

CAPVT 67.

PORRO Lucæ corporis inuenti miraculum, his verbis à Cedre. in compend. hist. in Nerone describitur: Eius (inquit corpus) quidam sublatum, inter multa alia sepulcra recondidit. Itaque effecit vt in obscuro eius sepulturæ locus esset. Cum autem postea discipuli eam requirerent, atque propter sepulcrorum multitudinem non deprehendere possent: eorum precibus motus Deus ea nocte collyria medica, salubriaq; super eius tumulum cœlitus depluit, notam artis, quam exercuerat. Atque hoc modo sepulcrum Lucæ innotuit. *Lucæ corporis inuenti miraculum.* *Cedren.*

2. Glycas par. 3. annal. idem, sed breuiùs, hunc in modum narrat: Quum (inquit) pretiosæ ipsius Lucæ reliquiæ nusquam reperirentur, *Glyc.*

 quod

quod essent inter multa tuguria reiectæ; precibus imperratum est à Deo, vt collyria quædam medica demitteret, artis sancti viri symbolica; quibus conspectis reliquiæ ibidem repertę, seruatæque sunt. Idem habet Niceph. lib. 2. hist. ca. 43.

Niceph.

Vna corporis Lucæ translatio.

3. Sanctas, atque venerandas huius Euangelistę reliquias sub constantio Constantini magni filio, 20. vel potius 21. eiusdem constantij anno, beati Artemij opera Constantinopolim translatas esse, vna cum sanctis Andrea, & Timotheo; ac in templo sanctorum Apostolorum infra sacram mensam depositas, testes sunt Hieronym. de script. Eccles. in Luca. Beda in Martyr. die 18. Octob. mart. Roma die 9. Maij. Cedre in comp. hist. in Nerone, in Constantino magno. Niceph. lib. 2. hist. ca. 43. lib. 10. ca. 11. & Metaph. in vita sancti Lucæ; qui rem in hunc modum enarrat: His nunc consequens esse opinor mentionem facere vnde, & quomodo, quibusue sane temporibus, sacræ huius reliquiæ ex Achaia veluti diuinus quidam thesaurus reportatæ sint; & claræ, ac regiæ ciuitati redditæ.

Hieron. Beda. Mart. Cedre. Niceph. Metaphr.

» 4. Transibat quondam à Sirmio ad istrum Constantius Constantini » magni filius, sed fratrum tertius: atque ad hanc istri ripam non longo tem- » pore castra metatus, audiuit Barbaros, qui vltra istrum erant, conflicturos » cum romanorum principatu: & ipse formidans, ne quid mali in suo prin- » cipatu facerent, confestim ad Thraciam, ac byzantium equitauit. Cumque » ad regionem Odrisiorũ peruenisset, vbi Adrianus romanorum imperator » extructa ciuitate sui appellationem loco dedit, accedit ad eum quidam » Episcopus, veluti donum quoddam ipsi gratissimum deferens, Andreæ, » ac Lucæ corpora indicans in Achaia esse sepulta.

» 5. Porro ille & nuntio ganisus est, & Artemium, quo maximè vtebatur, » & quem sciebat feruidum amatorem charitatis erga Christum. (attestatur » vero diuinum huius amorem certamen, ac periculum temporibus Iuliani » propter Christum susceptum.) Hunc ergo tanto feruore pro pietate spi- » rantem amicum Artemium, ad preciosorum corporum reductionem con- » festim emittit. Etenim erat hic constantius & in cæteris moderatus, & mo- » ribus mitis, ac modestus, & magno admodum circa Ecclesiasticarum ædifi- » cationem amore occupatus.

Cõstantius amplissimũ templum extruxit ad recondendum reliquias sanctorum.

6. Vnde etiam ad patris sui ciuitatem circa illius sepulchrum, veluti reddens patri honorem, templum ab ipsis fundamentis maximum ædificat: in quo etiam vbi Artemius sacrorum Apostolorum reliquias ex Achaia retulisset, in ipso diuino altari sacra mensa reposuit: Andreæ quidem è ciuitate Patræorum, Lucæ autem ex Thæbis boœtiæ translatis corporibus. Ac breui tempore intermedio etiam Timotheum, ex Epheso refert Ioniæ, ministro quoque rursum ad hoc vsus Artemio.

Miraculum ad sancti Lucæ reliquias.

» 7. Porro in Diui Lucæ reductione tale editur miraculum sermone, ac memoria dignum. Anatolius quidam Eunuchus vno eorum, qui tunc è regio erant cubiculo, misero corporis morbo detentus erat. Vbi ergo maiorem nouit esse morbum, quam qui medicorum posset arte curari; pro- besciens

be sciens ille, quod quæ impossibilia sunt apud homines, Deo possibilia sunt, omnibus alijs relictis, ad Lucam confugit; & hoc auxiliatore vtitur aduersus morbum. Vbi enim vrna, quæ preciosum continebat ipsius corpus, ad sacrum templum iam esset delata, quod à fundamentis Constantius erexerat; accedens hic dictus Anatolius, simulque baiulans cum his, qui illam portabant, confestim deprimente morbo absoluitur: & viuens ex mortuo tale adeptus beneficium, tota sua vita non intermisit gratias agere Apostolo, ac Deo, qui per ipsum huiusmodi edebat miracula.

8. Ita igitur primum ex Thebis relatum diuinissimi Lucæ corpus honorifice vna cum Andrea, ac Timotheo in templo reponitur, quando a Constantio ædificatum erat: cum circa sacrarum reliquiarum repositionem fidei opera, ac feruidum Constantij desiderium plurimum demonstrata sunt.

9. Multis autem postmodum temporibus, Iustinianus, assumptis imperij sceptris, multo adhuc amplificentius circa hæc sacra Apostolorum corpora afficitur, & theca argenteæ hæc concludens, circa ipsum altare vehementi Dei amore reponit, nempe precioso conditorio. Et quidem sacri altaris mensam theca constituit. Porro communi Apostolorum nomine templum Appellatur. Hæc Metaph. *Iustiniani studiũ erga sacras reliquias.*

10. Idem plane sed paucis verbis habet Nicephor. lib. 2. hist. cap. 43. & lib. 10. cap. 11. sancti Lucæ reliquias cum alijs ibidem repositas habet etiam Metaph. de sancto Timotheo. Theodorus lector lib. 2. collectaneorum, agit etiam de eadem translatione facta sub constantio. Videre quoque de his licet Procopium lib. 1. de ædific. Iustiniani Imperat. & Eustachium presbyt. in vita sancti Eutychij Episcopi Constantinopolitani. *Nicephor. Metaphr. Theod. Proc. Eustac.*

11. Porro dubium aliquod est, an translatio reliquiarum sancti Lucæ ex Achaia Constantinopolim facta sit sub constantio, an sub Constantino magno. Vna ratio dubitandi est, quod Hieron. aduers. Vigilan. ante medium profitatur has Lucæ Andreæ, & Timothæi reliquius sub Constantino byzantium translatas esse; cum per ironiam sic ait: Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothæi transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores vigilantij illorum se sentire præsentiam confitentur? Hæc Hieronym. an forte aliquo errore Constantinus, pro Constantius positum esset? sed ea Hieronym. verba Constantio non videntur posse conuenire, quem arianum fuisse constat; nisi dicamus, quod habet Metaphrast. in vita Sancti Lucæ Constantium postea in hæresim Arij prolapsum. *Lucæ ossa quãdo trãslata sint. Hiero.*

12. Alia dubitandi ratio est, quod Euseb. in vita Constantini lib. 4. ca. 50. & 60. testetur illud templum in quo repositæ sunt horum sanctorum reliquiæ olim erectum fuisse à Constantino magno. Cui assentitur. Socrat. lib. 1. hist. cap. 12. & 26. vbi addit illam Ecclesiom a Constantino eam ab causam ædificatam, ne Imperatores, & sacerdotes reliquijs Apostolorum aliquando destituerentur. Quibus sane verbis innuit, aliquas *Euseb. Socr.*

 Apostolo-

Cedren. Apostolorum reliquias illuc tempore Constantini esse translatas. Cedre. in Compend. hist. in Constantino eiusdem videtur esse opinionis.

Metaphr. *Niceph.* *Doroth.* *Vinc.* *Beda.* 13. Tamen acta sancti Martyris Artemij; quæ recitat Met. in vita sancti Lucæ, & Nic. lib. 10. hist. ca. 11. Constantij temporibus, non Constantini factum id esse confirmant. Hoc etiam probat Dorot. in synopsi, & Vinc. in speculo hist. lib. 9. ca. 90. & Beda in Martyr. die 18. octob. Ex quo Bedæ loco manifestum est, quod Lucas ipsius Bedæ temporibus adhuc Byzantij fuerit: sic enim ibi habet: Sepultus est nunc Constantinopoli.

14. Illud porro ad maiorem huius rei explicationem notandū videtur, quod quum Apostolorū templum, vbi eorum veneranda corpora condita fuisse constat, ex ingruenti terræ motu Constantij tempore adeò cōcussum esset, vt ruinam proximā minaretur, corpus Constantini Imperatoris Macedonius Episcopus Constantin. inde in Ecclesiam sancti Acacij martyris transtulerit. At verò si propter imminentem ruinam, corpora sepulcro mandata, transferenda inde fuissent, in primis id ipsis diuinorum virorum corporibus (si antea ibi condita essent) prǣstandum erat. Vnde ex ijs aliqua elici videtur coniectura quod non nisi restaurato à Constantio ipso Apostolorum templo, sacræ tunc aduectæ reliquiæ, illic collocatæ fuerint.

Chrysost. Lucæ miracula. *Gaud.* 15. Quod verò etiam tempore Chrys. per Lucam miracula fierent, testis est ipse Chrys. ho. 1. in acta, his verbis: Porro quod Lucas non fuerit expers spiritus, pluribus ex argumentis perspicuum est, vel è miraculis, quæ nunc per illum fiunt &c. Idem habet Gaudentius.

Alia corporis Lucæ translatio. 16. Ossa Diui Lucæ postmodum ex Constantinopolitana vrbe Patauium esse delata Martyrol. Rom. die 18. Octob. expresse tradit.

Marty. *Genebr.* Quando Lucas obierit. 17. Genebrar. in Rom. calendario die 18. octob. habet Lucam mortuū esse anno Domini 74. sub Vespas. Imperatore, tunc enim erat annus tertius Imperij Vespasiani.

Partitio Euangelij Lucæ. 18. Postremò varia est apud doctores Euangelij secundum Lucam partitio. Oecum. enim, & Euth. hoc Euangelium in 83. capita distribuunt: Ammonius, & Euseb. in 343. capita: Ambros. in 164. titulos: Beda in 93. capita: latini verò recentiores in 24. capita dissecant.

Prærogatiuæ, & Priuilegia Sancti Lucæ.

Caput 68.

Lucæ priuilegia. 1. Medicus. Cur Lucas magis agat de Christi passione. AD MELIVS cognoscendum quantæ dignitatis, & excellentiæ sit beati Lucæ inter cætera Euangelium, pauca in quibus Sanctus Lucas reliquos Euangelistas antecellit, & quæ ipsi propria sunt, commemorabo. Primum est, quod fuerit medicus, initio quidem corporum; postea verò animarum. Ideoque Lucas ex principali sua intentione passioni Christi enarrandæ insistit: & hoc quidem admodum conuenienter. Nam quilibet ea liben-

ea libentius tractat, audit, & narrat, quæ ad suam artem pertinent, sicut agricola de ijs, quæ agriculturæ propria sunt, miles de armis, & faber de rebus, quæ arti suæ conueniunt, vt Ecclesiastici 38. dicitur: *Qui tenet aratrum; & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum: Cor suum dabit ad versandos sulcos; & vigilia eius in sagina vaccarum. Sic omnis faber, & architectus, qui noctem tamquam diem transigit, qui sculpit signacula sculptilia, & assiduitas eius variat picturam; cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficiet opus.* &c. sic etiam medici est narrationem de vulneribus texere. Eccles. 38. v. 26.

2. Hoc priuilegium sic explicat Pet. Damia. ser. de Sancto Luca: Si diligenter, inquit, attendimus, quia medicus est ille, qui scribit; nil aliud in illa reperimus historia, nisi dumtaxat animarum languentium medicinam. Humanæ quippe conuersationi quasi quandam rectitudinis lineam tendit, & per eam nos quasi semitam dirigit: vt sicut primitiuam Ecclesiam vixisse perpendimus, in quantum facultas suppetit, & ipsi viuere studeamus &c. de hoc vide cap. 59. Damia.

3. Secundum est, quod pictor insignis fuerit, & personas excellentissimas non solum calamo, sed etiam penicillo depinxerit. 2. Pictor.

4. Tertium est, quod vir in omni scientiarum genere doctissimus fuerit. Testatur enim Metaph. in vita Sancti Lucæ, omni disciplinę generi à puero ipsum vacasse; & linguas syriacam, atque hebraicam edoctum exactissimè; mirumque in modum postea diuinarum scripturarum studio profecisse. Adolescentiā verò cum attigisset, quæ in Gręcia, & Ægypto gymnasia erant frequentando, pulcherrimam eruditionē collegisse; grammaticen, ac poëticen perfectè assecutum; ad Rhetorices, seu artis bene dicendi cacumen pertigisse, nec in philosophiæ dignitatibus alicui cessisse: sed logica quidē ad ethicen; ethica verò ad practicen tanquam gradu vtens, & bonis omnibus incumbens, pulcherrimam, humanissimamque tandem medicinā assequitur. Postquā autem ingenij dexteritate, magnitudine, & labore omnem artem citò percurrit, satisque humanę doctrinę adeptus est; ad sublimiorē transijt habitum, qui in aliorum salute procuranda consistit. 3. In omni scietia doctissimus. Metaphr.

5. Quartum, quod Pauli comes indiuiduus fuerit, & adiutor, atque adeò socius peregrinationis Pauli ab Ecclesijs designatus. 4. Pauli adiutor, & comes.

6. Quintum, quod ipse solus præfatur: nullus enim Euangelistarum preter Lucam prefatione vsus est. Quod notarunt Bonau. Caier. Gag. Stel. Fab. Eras. & alij; & à quouis id facilè obseruatur. Cur autem Lucas prologum Euangelio suo premiserit, habēt Bonau. & Stella. Notandum quod eadem præfatio non minus toti Euangelicæ dispositioni, quam Lucæ Euangelio conueniat; quodque ad sacram scripturam pertineat. 5. Præfatur.

7. Sextum, quod solus Euangelium suum alicui dedicet, quia nullus Euangelistarum præter Lucam id fecit. 6. Dedicat.

8. Septimum, ex eius stylo sumitur. Siquidem Ambros. stylum historicum ceu peculiarem, Diuo Lucæ tribuit. Hic enim totam vitæ Christi seriem 7. Stylus historicus peculiariter Lucæ tribuitur. 1. Ratio.

seriem ordine prosequitur: cæteri vero quædam vel carptim, aut non iuxta perpetuam rerum gestarum seriem prodiderunt. Matthæus quanquam cæteris sit plenior, & à Christi natiuitate historico more exordiatur tamen fere totam Christi pueritiam, adolescentiamque prætermisit. Marcus plurima silentio inuoluit, & a Ioannis prædicatione historiam Euangelicam auspicatur. Ioannes quædam attingit carptim velut ab alijs omissa.

Ambros. Historico (inquit Ambros.) stylo diximus hunc libum Euangelij esse digestum.

1. Ratio. 9. Denique describendis magis rebus, quam exprimendis præceptis, studium vberius comparatione aliorum videmus impensum. Et ipse Euangelista Lucas historico more a narratione sumpsit exordium.

1. Ratio.

Secretarius Marię Virginis Deiparę.

10 Octauum, quando Sanctus Lucas, non secus ac si fuisset in quibusdam specialis beatæ virginis deiparæ secretarius, quæ pertinent ad saluatoris nostri infantiam, pueritiam, & adolescentiam ipse solus scriptis fidelissime mandauit; de quibus alij Euangelistæ parum, aut nihil dixerunt; cuiusmodi sunt præcursoris annunciatio, & natiuitas; Angeli Gabrielis salutatio; virginis cum Angelo colloquium; Mariæ visitatio, conceptus saluatoris; cantica magnificat, benedictus, nunc dimittis; Christi natiuitas; reuelatio facta pastoribus; circumcisio redemptoris; virginis purificatio, Simeonis, & annæ laudes: quæ omnia, & alia omnia, a Dei matre, cui plurimum familiaris, & charus extitit, audiuisse creditur.

In boue notatur.

11. Nonum est, quod Lucas per bouem, secundum omnes, dempto Athanasio, designetur; de alijs Euangelistis, per quæ animalia significentur, magis, quam de Luca variant. Ob quas autem rationes cap. 26. dictum est: nihilominus ista hoc loco addenda videntur.

Bos est fortis, & mugit. *Prou.* 14. Lucæ fortitudo in quo apparet. 1. *Reg.* 6. *Iob.* 6. *Ierem.* 50. *Ioel.* 1. *Prou.* 14. Lucas 7. mysteria scribit.

12. Boui conuenit fortitudo, pro. 14. & mugitus, 1. Reg. 6. Iob. 6. Iere. 50. & Ioel. 1. in segetum autem multitudine bouis fortitudo manifesta est, pro. 14. Lucas igitur per bouem designatus, Euangelium scribendo intellectus sui fortitudinem ostendit. Nisi enim fortis *intellectu* fuisset, omnia per ordinem tam diligenter nec compræhendisset, nec descripsisset. Fortis itaque fuit in mysterijs Euangelicis compræhendendis: illamque suam fortitudinem, eadem sacramenta describendo, manifestam fecit.

13. Præcipua autem mysteria quæ Lucas in Euangelio suo enarrat, sunt septem: primum est, ortus Ioannis baptistæ; per quod nostra salus monstratur: secundum, natiuitas saluatoris; per quod saluandi appræhenduntur: Tertium, baptismus sanctificatoris; quo sacramentum sanctificans perficitur:

14. Quartum, doctrina, & miracula Christi doctoris; per quod saluandi instruuntur in fide, & confirmantur: Quintum, passio redemptoris; quo perditi redimuntur: Sextum, Christi glorificatoris resurrectio; per quod in anima, & corpore mortui resurgunt: Septimum, ascensio Christi beatificatoris, & exaltatoris; per quod exules in patriam ab exilio reducuntur.

15. Hæ

15. Hæ sunt septem illæ spicæ plenæ, atque pulcherrimæ, quas Rex Pharao vidit Gen. 41. spicæ vero septem tenues, & percussæ vredine, quæ plenas, & formosas deprauare nituntur, significant hæreses. Hæ septem spicæ sunt plurimæ segetes, ac doctrinæ, quibus fideles reficiuntur. In his sacramẽtis, quę Lucas enarrat, sunt plurimę segetes, siue credenda spectes, siue diligenda, siue speranda. In his septem mysterijs, tanquam ore septem boum pulchrorum, & crassorum nimis, de quibus Gen. 41. Mugit noster Lucas. *Gen. 41.* Lucę mugitus. *Gen. 41.*

16. Porro his septem sacramentis, si addantur alia quinque, nimirum annunciatio Mariæ, natiuitatis Christi præambula; circuncisio Domini, ad patriarchas ante legem factæ promissionis confirmatiua; oblatio Christi facta in templo, legis veteris, quæ per moysen data est, comprobatiua; sepultura mortui redemptoris, & apparitiones resuscitati saluatoris: quorum tria priora, quæ solus Lucas mugijt, sub natiuitate saluatoris; Quartum sub passione; Quintum sub resurrectione continetur, fient duodecim sacramenta. 12 Lucæ mysteria.

17. Quæ de Ioanne Domini præcursore dicuntur, non diuidimus in plura mysteria, videlicet annunciationis, natiuitatis, circuncisionis, vitæ, & prædicationis: quia non nisi in testimonium dicendorum de Christo inducuntur, secundum illud Io. 1. *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.* *Io. 1. v. 7.*

18. Hæc duodecim nostri bouis mysteria significantur per duodecim boues aeneum mare sustentantes, 3. Reg. 7. 2. par. 4. mare siquidem aeneum Christi hostiam figurat. Tria enim habent, quæ passioni Christi conueniunt. Mare dicitur propter immensitatem, & intensionem amaritudinis: aeneum vero est, propter sonum vocis, quo *clamans emisit spiritum, & exauditus est pro sua reuerentia*: denique ablutiuum est, propter sanguinem sanctificationis. *3. Reg. 7.* *2. Par. 4.* Mare aeneum tria habet, quæ passioni Christi conueniunt.

19. 3. Reg. 19. dicitur quod Helias, id est, robustus dominator IESVS CHRISTVS, in duodecim iugis boum inuenerit helisæum, id est, quemlibet doctorem. & prædicatorem, arantem, hoc est, verbi Dei vomere corda hominum scindentem, quando eum vnxit in prophetam, pastorem, & doctorem populi. *1. Reg. 19.*

20. Iob. 1. dicitur: boues, id est, doctores, arabant; & asinæ, hoc est, simplices, iuxta eos Pascebantur. Isa. 1. cognouit bos possessiorem suum, verum, hoc est, prædicendo cognoscere fecit: & statim asinus cognouit præsepe Domini sui; quia verbum incarnatum in præsepio reclinatum inuenit, vt dicitur Lu. 2. *Iob. 1.* *Isa. 1.* *Luc. 2.*

21. Quemadmodum Samuel, & Saul boues conciderunt in duodecim partes, quas in 12. terminos Israel miserunt, ad persequendum, & fugandum naas, id est, serpentem, 1. Reg. 11. sic bonus doctor à Deo electus prædicando sacramenta diuidit, & cuique dat, quod ei ad serpentem antiquum persequendum, congruit. Vbi non sunt huiusmodi boues; mirum *1. Reg. 11.*

non

non est si præsepe Ecclesiæ vacuum sit, pro; 14.

22. Fortitudinem, & laborem suum Lucas in hoc etiam ostendit, quod Pauli comes in labore sanctæ prædicationis, & tribulationis fuerit, eique semper adhæserit, vnde 2. ad Timot. 4: *Lucas est mecum solus. In prima mea defensione, nemo mihi affuit; sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.*

23. Deinde bos est animal medicinale; & caro bouis dat multum nutrimenti; quæ etsi difficilioris sit digestionis, vitulina tamen iaculinas caro facilè digeritur, laudabile nutrimentum generat, sanguinem bonum facit, & rubeam choleram de stomacho pellit. Apte ergo Lucas animarum, & corporum medicus in specie vituli, seu bouis præfiguratur.

10. De templo, & sacerdotio frequẽter agit. *Damia.*

24. Decimum, quod Lucas multum, & frequenter agat de templo, & sacerdotio. Vnde sic habet Damia. ser. de S. Matt.: Lucas (inquit) proprium modum, & ordinem tenet, dum sacerdotalem Domini stirpem describit, atque personam; & sic per totam styli sui seriem in hac intentione perdurat, vt diuersa circa templum, & sacerdotes, vsque ad finem Euangelij, non omittat &c. Mediator quippe Dei, & hominum, secundum humanã naturam vnus, idemque rex esse voluit, & sacerdos; vt per vires nos regalis apicis regeret, & per sacerdotis officium expiaret. Hæ siquidem duæ personę in figura Christi specialiter sunt à Patribus commendatæ; cui principaliter, ac singulari prærogatiua, dedit Deus sedem Dauid patris eius, *vt regni eius non esset finis*, & vt *sacerdos esset secundum ordinem Melchisedech*. Dam. ser. de S. Luca fusè idem tractat, vt cap. 26. diximus.

Luc. 1. *Ps.* 109. *Damia.*

11. Magis in Dei misericordia versatur.

25. Vndecimum, quod Lucas magis quam alij versatur in explicanda Christi bonitate, misericordia, & pietate. Vnde suauior, & dulcior esse videtur, quam alij Euangelistæ. Specialiter enim Christi benignitatem, & clementiam describit, & commendat. Ipse magnis criminibus grauatos, & afflictos, dulci eloquio consolatur. Hic animi vires peccatoribus, ne de pietate Dei, & misericordia desperent, addit. Diuinam enim bonitatem, clementiam, & facilitatem copioso sermone pertractat. Nam solus Lucas Magdalenæ, & Zachæi conuersionem, in qua pars magna diuinæ bonitatis relucet, describit.

Luc. 7. 19.

Luc. 15. *Luc.* 10.

26. Quis præter eum enarrauit, quomodo publicani, & peccatores Iesu appropinquabant vt eum audirent? Quis nisi sanctus Lucas meminit parabolarum Samaritani, onis, drachmę, filijque perditi, suauitate, ac dulcedine amoris plenissimarum? Quomodo Christus viduam illam iuxta portam Naim, ob vnici filij mortem valdè afflictam, sit consolatus; quomodo mulierem à dæmone 18. annos alligatam, curauerit; quo modo Magdalenam contra Martham tutatus sit, quis præter eum nos docuit?

Luc. 7. *Luc.* 13. *Luc.* 10.

27. Quis præter eum nobis scriptum reliquit, dixisse Christum omnibus: *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est*? ipse solus in Euangelio posuit damnationem, & pœnam diuitis, qui pauperis Lazari misertus non est: auriculæ Malcho restitutæ solus hic meminit: Lucas solus habet Christum in cruce pendentem suorum fuisse memorem crucifixorum,

Luc. 6. *Luc.* 16. *Luc.* 22. *Luc.* 23.

cifixorum, pro quibus patrem orauit: & tunc etiam latroni dixisse; *Hodie mecum eris in paradiso*. Itaque meritò dicitur suauior alijs, ob Dei, quam explicat, misericordiam. Quis ergo peccator hoc Euangelium non amabit? *Luc. 23. v. 44.*

28. Ansel. in cap. 4. ad Colos. duas habet rationes, cur Lucas plus quam alij de Christi misericordia loquatur. Vna est: Lucas (inquit) primò fuit medicus corporum, deinde conuersus ad Christum, factus est medicus animarum. Inde est quod plus quam alij Euangelistæ loquatur de misericordijs redemptoris, per quas languores peccatorum ab animabus pelluntur. Secundam rationem his verbis declarat: & sacerdotis personam in Christo describit, interuenientis pro peccatis totius mundi. *Ansel.* Cur Lucas plus de misericordia loquatur. 1. Ratio. 2. Ratio.

29. Duodecimum, quod Lucas alijs Euangelistis prolixior sit. Lucas quæ à Matthæo, & Marco, post quos Euangelium scripsit, de Christi eiusque præcursoris annunciatione, conceptione, natiuitate, circumcisione, infantia, & quibusdam alijs omissa fuerant, eleganter suppleuit. 12. Est prolixior, & cōpletior.

30. Ambros. in præfat. Lucæ: Prolixiorem (inquit) huius Euangelij librum quam cæteros esse, nemo dubitauerit. Sed dubium est, quo modo hoc intelligendum sit; an videlicet propter res, & mysteria, id pronunciet Ambros. historiam enim ab incarnatione Domini incipit; & eam vsque ad Christi ascensionem perducit; nam alioqui Matth. Luca plenior, & prolixior esse videtur: an quia initio expositionis eiusdem præfat. dicit Ambros. quod Lucas hoc suum Euangelium pleniore quodammodo rerum dominicarum distinctione digesserit; & plura nobis gestorum Domini miracula reuelauerit: hinc Euthym. procemio in Lucam, dicit eundem Euangelistam multa, quæ ab alijs Euangelistis silentio præterita fuerant, commemorare. Hieron. Procemio in commentarios super Matth. dicit Lucam altius quædam repetere. *Ambros.* *Euthym.* *Hiero.*

31. Eodem videtur pertinere, quod ait Metaphr. in vita Sancti Lucæ his verbis: Hic Euangelista mysterium retexuit Gabrielis paranymphi delatum ad virginem, qui communem mundo gratiam annunciauerat. Hic etiam Christi natiuitatem apertè exarauit, tanquam recens in præsepi iacentem manifestans; & fascias, ac pastores, gaudijque præcones Angelos describens. Hic sententias, ac doctrinas omnem mentem excedentes, veri simul, ac honesti amore manifestauit, rerum veritati sermonum ingenuitatem commiscens, vt & mentis simul, ac linguę virtutem ob oculos poneret. In parabolis quoque doctrinas salutares retexuit; in hoc etiam copiosior cæteris. Vtque breuiter dicam, quemadmodū verbi descensum in terram, dilucidè cognoscendum dedit; ita & ascensum in cœlos, & reditum ad thronum paternum, sicut quispiam è cœlo veniens, manifestauit. *Metaph.*

32. Similia habet Ambros. præfat. in explanationem Euangelij secundum Lucam. His adde quod Lucæ Euangelium magis completum sit quam aliorum. Siquidem multa, quæ alij tacuerunt, explicat; non solum de annunciatione, & natiuitate Ioannis; de annunciatione Virginis; de incarnatione, *Ambros.*

natione, natiuitate, circumcisione, & præsentatione Christi; de Angelis canentibus, & pastoribus adorantibus; deque vita Domini ab anno 12. vsque ad 30. sed etiam de passione nostri Redemptoris. Solus enim Lucas descripsit Angeli Christum cōfortantis apparitionem; Saluatoris apud Herodem contemptum; admonitionem factam mulieribus, cum dixit: *Filia Hierusalem, nolite flere super me* &c. Et ex illis septem verbis, quæ Christus in cruce pendens, locutus est, tria, quæ ab alijs omissa sunt, exposuit, nempe 1. 2. & 7. sic etiam in resurrectionis historia videre licet.

Germa. 33. Vnde Germanus Constantinop. in rerum Eccles. theoria; Varius equus Lucas, vt qui magis eloquenter & variè gesta Domini tractarit. Et *Anast.* Anast. Sinayta Antioch. lib.8. hexam: Quid in Euangelijs latius, aut ditius » Euangelio secundum Lucam?

13. Quod Euangeliū è cœlo acceptum à Christo immortali describat.

Damia.

34. Decimum tertium, quod Euangelium è cœlo acceptum à Christo immortali, describat. Hoc priuilegium Dam. serm. de Sancto Luca, hunc in modum exponit: A Paulo Apostolo didicit Lucas omne quod scripsit: Euangelicæ veritatis historiam, quam ille diuinitus didicit, hic ex eius ore percipiens fideliter apicibus exarauit. Quantæ ergo dignitatis, quantæque sit excellentiæ Beatus Lucas, in hoc liquido deprehenditur; quia cum Marcus à Beato Petro edoctus; & Matthæus, atque Ioannes, qui Euange- » lium descripserunt, redepmtoris nostri gesta in terra didicerint; iste solus » (vt ita loquar) hoc Euangelium scribere meruit, quod de cœlo descendit; » dum scilicet hoc Spiritus Sanctus Paulo cœlitus reuelauit; & postmodum » per eundem Paulum, quasi per organum suum Beato Lucæ Christus in- » notuit. De cœlo ergo Christus in Paulum gestorum suorum sacramenta » profudit; eademque per Paulum in Lucam, velut aurea fistula mediante, » transfudit.

14. Lucæ Euangeliū est magis deuotum.

35. Decimum quartum, quod secundum Lucam Euangelium magis deuotum nonnullis esse videatur. Multa siquidem in eo magnam deuotionem spirantia reperiuntur, quæ non in alijs; ob quæ beatam Martham illud præcipue sibi legi voluisse in obitu suo memoriæ proditum est, vt te- *Ferrar.* statur Sanctus Vincent. Ferrar. serm. de Sancto Luca. Quænam verò illa *Luc. 9. v. 29.* sint, priuilegio 11. & 12. dictum est. Quibus alia multa possunt addi, vt quod in transfiguratione montem Christus ascenderit vt oraret, & quod *Luc. 6. v. 12.* inter orandum sit transfiguratus; & quod electurus Apostolos in oratione pernoctauerit.

15. Apostolorum acta scripsit.

36. Decimum quintum, quod volumen aliud, cuius est titulus, Acta Apostolorum, scripserit. Neque enim Lucas gratiam spiritus, quam habebat, in Christi vita coarctauit; neque ad solum Euangelium ministrantem linguam habuit: sed post finem miraculorum Christi, etiam actiones Apostolorum exposuit.

16 Sine crimine vixit.

Beda. *Ado.*

37. Decimum sextum, Lucas inter sanctos hac fulget gloria, quod sine crimine vixerit, seu absque peccato mortali, quia nunquam peccatum mortale commisit. Sic Beda, Ado, Hieronym. Pelbartus ser. 2. de Sancto Luca

Luca; Ferra. ser. de Sancto Luca, vbi declarat Lucam nunquam peccasse mortaliter, neque per superbiam, neque per auaritiam, & sic de alijs peccatis capitalibus. *Hieron.* *Pelb.* *Fer.*

38. Decimum septimum, duram egit pœnitentiã, ieiunando, vigilando, carnem cilicijs, & flagellis castigando, in Euangelij prædicatione laborando annis 37. inter infideles. Mortificabat membra sua super terram per pœnitentiam, & laborem, iuxta præceptum Apostoli epist. ad Colos. 3. Ad hanc eius gloriam sine dubio respicit Ecclesia, dum in collecta dicit, quod crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro Christi amore portaret. Sic Ferra. serm. de Sancto Luca, & Pelbartus serm. 2. & 3. de eodem. 17. Pœnitentiæ deditus fuit. *Col.* 3. *v.* 5. *Fer.* *Pelb.*

39. Decimum octauum, virgo permansit, & virginalem innocentiam vsque ad finem seruauit. Testatur id expressè prologus in actus Apostolus Hier. ferens titulum. Ferrar. ser. de Sancto Luca. Pelbart ser. 1. 2. & 3. de eodem. Ferrarus addit Lucam à beata Virgine Maria ob perpetuam eius virginitatem plurimum fuisse dilectum. 18. Virgo permansit, etiã à licitis abstinuit. *Hieron.* *Ferr.* *Pelb.*

40. Decimum nonum, quod Lucas specialiter à Sancto Paulo commendatur, & laudatur, 2. Corinth. 8. Colos. 4. 2. ad Timoth. 4. ad Philem. 19. Lucas à Paulo commendatur.

41. Vigesimum, quod Spiritu Sancto plenus obierit, & in plenitudine gratiæ Spiritus Sancti vsque in finem perseuerauerit. Tradit hoc apertè Rom. Mart. & prolo. Hieron. in Lucam, & Pelbar. ser. 3. de Sancto Luca, & alij multi. 20. Spiritu Sancto plenus obijt. *Martyr.* *Hieron.* *Pelb.*

42. Vigesimum primum, eius Martyrium, de quo superiùs. Vigesimum secundum, inuentio corporis eius. Vigesimum tertium, Lucæ translatio. 21. Lucæ Martyriũ. 22. Lucæ corporis inuentio. 23. Lucæ translatio.

43. Vigesimum quartum, est priuilegium suffragationis; quum enim Christiani Antiochenses multis dediti flagitijs, & à Turcis obsessi, fame, multiplicique afflicti miseria pœnitentiam egissent, cuidam in Ecclesiam vigilanti vir quispiam lucidus, & candidis vestibus apparuit; & quis esset rogatus dixit se Lucam Euangelistam esse: Deumque pro ipsis pugnaturum: quocirca illis præcepit, in bellum contra hostes procederent. Verum cum illi trepidarent, ante eos se Lucas posuit: & Christiani sic animati omnem Turcorum exercitum confregerunt. Refert hoc Pelb. serm. 1. de Sancto Luca ex historia Antiochena. Quid verò Anatolius beneficij à Sancto Luca sit consecutus, antea ex Metaph. retulimus. 24. Suffragatur. *Pelb.*

Beati Joannis Apostoli, & Euangelistæ acta; & in primis ea, quæ ex sacris literis deprompta sunt; ipsius nimirum genus, vocatio, & res gestæ, donec ad gentes ei commigrandum fuit.

Capvt 69.

Nvnc de Sancto Ioanne Apostolo, & Euangelista quid nobis à veteribus traditum sit, enarrandum est. Vt autem à nominis interpretatione ordiamur, hebraicum nomen Ioannes sonare gratiam, docent Occum. in cap. 1. act. Euthym. in ca. 1. Lucæ, Isid. lib. 7. etymol. ca. 9. Chrysost. hom. 10. in Marc. & hom. de Ioanne Baptista. Origen. hom. 2. in diuersos. Alcuinus in catena Thomæ Ioan. 1. & Aquinas in cap. 1. Apocal.

Occum. *Euthy.* *Isid.* *Chrysost.* *Origen.* *Alcuinus.* *Aquinas.*

2. Ioannes ergo nomen est amabile, quia nomen gratiæ: intelligitur enim gratia, vel in quo est gratia. Vnde Ioanni conuenit illud 1. Cor. 15: *Gratia Dei sum id quod sum.*

1. Cor. 15. v. 10.

3. Quis verò, & qualis fuerit Ioannes Apostolus, ex Euangelio discimus: puta, quod Iacobi Maioris, & Apostoli, quem Herodes post Domini passionem decollauit, germanus frater, sed minor natu: Zebedæo patre, matreque Maria Salome natus; & à vico Bethsaida Galilææ regionis. Ioannem enim fratrem Iacobi eius, cui maiori cognomentũ fuit, quique ab Herode Apostolorum omnium primus occisus traditur, fuisse; eumque Zebedæum patrem habuisse, nullus ignorat, & ex ipsis Euangelijs manifestum est.

Act. 12. Ioannes Iacobi frater, & Zebedæi filius est.

4. Illum autem eundem Ioannem Zebedæi filium eum fuisse, qui Euangelium scripsit, ipsemet partim restatur, partim indicat Euangelij sui cap. 18. 19. 20. & 21. quibus locis dubium non est, quin de se loquatur. Quænam verò Ioannis mater fuerit, nullus Euangelistarum satis apertè dixit. Nam filios ex patre, & matrem ex filijs plerumque describunt, *illos* Zebedæi filios, hanc filiorum Zebedæi matrem appellantes. Igitur locus dubitationi relictus apparet.

Ioannis Mater.

5. Verius tamen est, quod plurimi dicunt, matrem fuisse salomen; idque ex duorum Euangelistarum collatione perspicuum videtur. Scribit enim Matth. fuisse procul à cruce Mariam Magdalenam, Mariam Iacobi, & Ioseph matrem, & matrem filiorum Zebedæi. Eandem historiã Marcus recitans, quam Matth. 3. loco matrem filiorum Zebedæi dixerat, Salomen appellat. Quum itaque Ioannis Euangelistę genus ex ipsis Euangelistis notum sit, alijs opus non est ad hoc docendum auctoribus.

Matt. 27. *Mat. 15.*

6. Com-

6. Communem illum cum Petro, & Andrea patriam habuisse Bethsaidam oppidum in Galilæa ad stagnum Genezareth testantur Chrysost. hom. 1. in Matth. Leontius, Euthym. Theophylactus & alij. Ioannis patria. *Chrysost.* *Leont.* *Eut.* *Theoph.*

7. Verum, an hic Ioannes Euangelista Christo sanguine propinquus fuerit, etsi perspicuum, certumque non sit; eum tamen IESV CHRISTI Domini nostri veri Dei, & hominis cognatum, & consanguineum fuisse, à veritate, & Patrum etiam antiquorum sententia alienum non existimo. Nam Salome, Elizabeth Zachariæ vxor, & Maria Dei genitrix inter se cognatæ erant, & quidem germanæ, ac in secundo gradu consanguinitatis, vtpote trium germanarum sororum filiæ, si vera dicit Hippolytus Portuensis Episcopus, & martyr, scriptor illustris, & antiquissimus apud Niceph. lib. 2. hist. ca. 3. Quidni ergo etiam earumdem cognatarum filij; nempe Ioannes Apostolus, Salomes; Ioannes Baptista, Elizabethæ; & Christus Mariæ, ad inuicem cognati essent, in tertio nimirum gradu consanguinitatis? Ioannes Christi erat consanguineus. *Hip.* *Niceph.* Ioannes Christi erat consobrinus.

8. Sanè Thomas Cantipratanus lib. 2. apum cap. 29. Ioannem Euangelistam Christi consobrinum vocat. Radulphus Ardens ser. de Sancto Iacobo maiore, Ioannis, & Iacobi matrem, Christi materteram appellat. Imo & his multo antiquior, ac maior Hiero. epist. ad Hedibiam quæst. 4. Mariam Ioannis matrem Christi materteram nominat. Vnde eosdem redemptoris nostri consobrinos fuisse, consequens est. Quin etiam Hippolytus apud Nicephorum, Ioannem Baptistam, & Iesum verum Deum nostrum esse consobrinos asserit: quemadmodum Euseb. lib. 3. hist. cap. 11. ex Egesippo, Iacobum Alphei, alia quidem ratione vocat etiam Domini consobrinum. Proinde ridendi, & explodendi non sunt, qui hos Domini cognatos, fratres, consanguineos, ac etiam consobrinos appellant. Sed de his plura suis locis dicenda erunt: istud modò sufficiat. *Cantiprat.* *Ard.* *Hieron.* *Hip.* *Niceph.* *Euseb.* *Eges.* Ioannes piscator fuit. *Matth.* 4. *Marc.* 1.

9. Cœptam Ioannis historiam prosequamur. Hunc Ioannem piscatoriam cum patre, & fratre artem fecisse, Matthæus, Marcus, & Lucas auctores sunt. Hic ergo arte piscator, vt & pater eius, à Christo saluatore, vnà cum Iacobo fratre, dum in mari Galilææ retia, post piscationem, reficerent, inter primos discipulos electus, & vocatus, statim relicto patre, rebusque omnibus, se in illius disciplinam, quemadmodum Matthæus, Marcus, & Lucas exponũt, tradidit. Hi enim, quomodo vocatus à Christo fuerit, describunt. *Luc.* 5. Ioannes piscatoriã artem exercuit. Discipulus Christi fit Ioannes. *Matth.* 4. *Marc.* 1. *Luc.* 5.

10. Iuuenem admodum fuisse à Christo vocatum & vulgò creditur, & grauissimi auctores tradunt, & perducta vsque ad Traianum, & vsque ad 68. post Christi passionem annum ætas arguit. Ioannis vocatio.

11. Eundem reuocatum à nuptijs, & quidem illis, quæ in Cana Galilææ ipso auctore celebratæ sunt, etsi vulgaris tantum opinio esse videatur; non vulgares tamen auctores habet, Bedam in præfatione ad eius Euangelium, Rupertum lib. 2. in Ioannem, & alios. Immeritò quidam Hiero. quoque eius sententię auctorem faciunt: nihil enim affirmat huiusmodi. Sed illarum *Ioan.* 2. *Beda.* *Rupert.* Ioannes sponsus nõ fuit.

rum nuptiarum sponsus fuisse Ioannes non videtur; tum quia Cananæus non erat; tum quia dum nuptiæ illæ celebratæ sunt, iam vocatus à Christo fuerat; & cum eodem non tanquam sponsus, verum tanquam discipulus illis interfuit. Nam ad eas vocatus erat IESVS, & discipuli eius.

Ioan. 2.

Ioannes fit Apostolus. Ioannes est tonitrui filius.

12. Inde verò ex communi discipulorum numero, ad Apostolici ordinis culmen, dignitatem, & honorem vnà cum cæteris vndecim, Apostolus Christi benignitate creatus, ascendit: ipseque, & Iacobus fratres à Domino Iesu boanerges, id est, filij tonitrui sunt appellati.

Marc. 3.

Ioannem Christus præcipuè dilexit.

13. Eundem hunc Ioannem Christus præcipuo quodam semper amore complexus est: quod ex Euangelica historia satis intelligi potest. Semper enim, cum sermonem de se infert, proprio nomine prætermisso, discipulum se esse dicit eum, quem IESVS charum haberet: quasi ex illa re aduenticia, omnes, quis esset, intellecturos arbitraretur. Vnde is vnus fuit ex tribus Apostolis, quos saluator testes esse voluit suæ transfigurationis; cum in monte, remotis arbitris, formaque mutata, instar solis facies eius fulsit: & miraculo, cum archisynagogi filiam à mortuis excitauit, interesse: atque etiam cum patrem oraturus secessit in hortum oleis consitum, vbi à Iudæis, pridie quam mortem perferret, comprehensus est, adesse. Itaque semper eum adhibuit, cum paucissimos sui consilij, gloriæ, aut facti participes esse voluit.

Transfigurationi Ioannes interfuit. *Mat. 17.* Suscitationi filię Iairi Ioannes adfuit. *Mar. 14.* Ioannes cũ Christo fuit in horto orante.

14. Sed alia, & quidem maiora, sunt huius dilectionis argumenta. Vnum, quod in postrema illa cœna, ad quam mundi saluator duodecim Apostolos adhibuit, & in qua nouum illud salutis nostræ testamentum condidit, cum perturbato, more hominum, animo eis ipse prædixisset fore, vt vnus ex eis ipsum proderet; omnesque maximo, vt par erat, dolore affecti, quem hoc verbo intelligeret, hæsitarent, Petrus, qui omnia solitus esset audaciùs gerere, non à Christo, sed à Ioanne proximè Domino accumbente quisnam esset, quem suo sermone præceptor significaret, quæsiuit: quod scilicet tantum sibi de Christi in Ioannem amore persuaderet, vt facilè ei rem totam enunciaturum putaret. quæ eum opinio non fefellit. Nam cum solus Ioannes caput in filij Dei sinu reclinasset (quod etiam maximæ familiaritatis, amorisque singularis argumentum est certissimum, & clarissimum) rogatus ab eo Dominus quisnam esset, quem diceret, eum esse respondit, cui iam panem intinctum porrigeret.

Solus Ioannes à Petro fuit rogatus vti ex Christo proditorẽ sciret. *Ioan. 13.* Ioannes caput in Christi pectus reclinat.

15. Tertium est, cum redemptor noster cruci, salutis omnium nostrum causâ, suffixus, Mariam matrem, Ioannemque discipulum iuxta se stantes animaduertisset, matri primum, Ioannem eius esse filium; deinde Ioanni, Mariam eius matrem esse dixit. Quod si moriens Christus in hoc mundo nihil matre, quam Ioanni Apostolo matrem attribuit, carius habebat; profectò vel ex hoc vno, quam eum dilexerit, intelligere possumus.

Ioannes à Christo quis sit traditor petit. Ioanni Maria datur in Matrem.

16. Et quemadmodum ei pendens in ligno crucis Dominus pręceperat, virginis Matris Domini curam à passione magistri semper habuit: tantumque apud Ioannem Iesu commendatio valuit, vt quam diu illa talis, ac tanta

Ioan. 19. Ioannis in Mariã cura.

tanta mater vixit, eam quibuscumque potuit officijs prosecutus sit.

17. Ergo Ioannem singulariter Christo fuisse charum, & multa exempla docent, & ipsemet sæpe testatur. Quod enim in cœna illa nouissima in sinum Domini solus recubuerit; quod solus à Petro rogatus fuerit, vti ex Christo sciret, quisnam proditor ille esset, quem ambiguè designauerat; quod ei soli moriens commendauit matrem, eximiam eius cum Christo familiaritatem, & amicitiam indicant.

18. Quod autem ipse frequenter se discipulum eum vocat, quem Dominus diligebat; quo maiore facit modestia, eo magis ostendit singularem in se amorem eius omnibus fuisse notum.

19. Porro verisimile est, quod Hieronymus, & plurimi auctores boni existimant, inde singularem illum in eum Christi amorem natum, quod incorruptæ semper virginitatis fuerit. Hinc enim præcipui huius amoris causam ducunt, quod & virgo Ioannes esset, cum à Christo vocatus, accersitusque est; & in suscepto virginitatis seruandæ consilio, propositoque permanserit. Nam eum fuisse semper virginem Tertul. sub finem libri de Monogamia, vbi eum Christi spadonem vocat, & Hieron. lib. 1. aduers. Iouinia. Epiphan. hæresi 58. August. de bono coniugali cap. 21. & tract. 124. in Ioannem, & alij tradunt. Et præter hoc, argumento est etiam eius ætas, quæ tunc temporis non potuit non admodum esse tenera, cum tot post vocationē suam annos vixerit. Plurimum id quoque moribus Christi, vnicè puritatem amantis, consentaneum est.

Ioannes ob perpetuam virginitatē Christo maxime dilectus fuit. *Tert.* *Hieron.* *Epipha.* *August.*

20. Præterea hic ille est, de quo & illud Euangelistæ scribunt, quod Mater Christum rogauerit, vt filiorum vnus illi à dextris, alter verò à sinistris, Iacobum, & Ioannem fratres intelligens, in regno sederet.

Ioanni petitur dextra, vel sinistra. *Mat. 20.*

21. Insuper ille ipse Apostolus planè totus illiteratus, & idiota, vt dicitur Act. 4. vtpote qui nec ante, nec post vocationem suam litteras didicerit; cum in vltima cœna super Dñi pectus recumberet, talem scientiam, qualem nullus mortalium vnquam fortitus est, hausit. Omnes enim disciplinæ nostræ auctores, hominesque clarissimi ex Christi pectore eum hausisse tradunt mysteria maxima, quæ initio Euangelij sui de verbo, id est, de filio Dei, exposuit, & enunciauit.

Vnde tanta Ioanni scientia. *Act. 4.*

22. Adhæc Petro subinde Ioannes tam ante, quam post Christi passionem adhærebat. Hunc enim Dominus vnâ cum Petro misit, dum certo cuipiam viro indicatum voluit, se apud illum vnâ cum discipulis agnum paschalem esse comesturum. Cumque tertio Christus à morte sua die excitatus ab inferis, sepulcrum, in quo humatus fuerat, vacuum reddidisset; & mulieres quædam illud sepulcrum sine Domini corpore reperissent; ad Petrum, & Ioannem venerunt, eisque dixerunt Dominum è monumento sublatum esse, nec scire se vbi collocatus esset. Quod cum illi audiuissent, ad sepulcrum sine mora sibi eundum esse censuerunt. Currentes autem præ magistri desiderio, non simul, eodemque temporis momento peruenerunt; sed Ioannes anteuertit, priorque ad sepulcrum accessit.

Ioannes cū Petro ad parandum pascha mittitur. *Luc. 22.* *Ioan. 20.* *Ioannes cū Petro currit ad monumentū.*

accessit. Dubium verò non est, quin Christum hi duo charissimum habuerint.

23. Mira erat in eodem Ioanne Christi agnoscendi solertia, & ratio. Nam cum ipse Dominus post resurrectionem suam piscantibus discipulis *Ioan. 21.* occurrisset; eum Ioannes prius agnitum Petro significauit. Nec ita multo post, eodem die, cum Dominus Petro vt sequeretur se imperasset; Petrusque Ioannem sequentem videns, quidnam Ioanni futurum esset, sciscitaretur; *Ioan. 21. v. 22.* Christus ei respondit: *Sic eum volo manere donec veniam.* Quod verbum discipuli tunc non intelligentes, vana opinione Ioannem non esse moriturum, quanquam id Christi sententia, sicut Ioannes ipse ait, non significaret, existimarunt.

24. Idem, accepto Spiritu Sancto, vnà cum Petro hora nona orandi *Act. 3. 4.* causa Hierosolymitanum templum ingrediens, claudo ad Speciosam portam mendicanti, non modò sanitatem incolumitatemque contribuit; verum etiam Iesum palam omnibus Euangelizauit.

Act. 8. 25. Philippi vnius ex septem diaconis oratione, atque doctrina Samaritani magna ex parte Christianam religionem acceperant: tum Apostoli re comperta, & cognita, Petrum, & Ioannem eò miserunt, vt per horum manuum impositionem daretur illis Spiritus Sanctus. Hi ergo cum venissent, & orassent vt illi Spiritum Sanctum acciperent, impositis manibus descendit in eos Spiritus Sanctus.

26. Simon verò magus pecunia volens gratiam dandi Spiritum Sanctum comparare; à Ioanne, & Petro grauissimè reprehenditur.

Gal. 2. 3. 27. Denique Paulus in epist. ad Gal. scribit se iterum Hierosolymam vnà cum Barnaba, & Tito propter Euangelij causam venisse; ibique à Iacobo, Petro, & Ioanne, qui videbantur esse columina, cum munus, quod ipsi à Christo concessum esset, cognouissent, dextras sibi, & Barnabæ societatis datas esse, vt hi ad gentes, illi autem ad Iudæos nostræ religioni instituẽdos, informandosque proficiscerentur. Itaque Ioannes Apostolus, & Euangelista communibus cum Petro auspicijs, Iudæis, Samaritanisque Iesum saluatorem prædicabat.

Acta Sancti Ioannis à diuisione Apostolorum, vsque ad eius exilium.

Capvt 70.

Post hæc iussa magistri secutus Ioannes Apostolus vt Euangelium gentibus annunciaret, ex Palæstina in minorem Asiam traiecit. in prouinciarum enim partitione ipsi Asia, minor scilicet, obtigit, quemadmodum etiam *Euseb.* Euseb. 1. cap. lib. 3. Eccles. hist. commemorat.

2. Quando

2. Quando verò id acciderit inquirendum videtur. Sanè id multo post Christi ascensionem ad Patrem factum esse, primum hinc quidam sciri posse existimant, quod Ioannis Euangelistæ in Asiam profecti, nullam mentionem facit Lucas in libro, qui Acta Apostolorum inscribitur, cum totam Asiam Paulum peragrasse narrat.

3. Deinde quod Paulus, cum in Macedoniam iret, Timotheum Pontificem Ephesinum creauit, sicut ex priore ad eum epist. intelligi potest. Hoc autem cum accidit, quot intercessissent anni ab ascensu Christi in cœlum cognoscere poterit, qui Apostolorum acta cum Euseb. chronicis conferet.

4. Præterea, si Timotheus, inquiunt, Paulo superfuit, quemadmodum superfuit; non loco suo eum Ioannes mouit. Eo itaque viuo Ephesinam Ioannes Ecclesiam non gubernauit. Atqui omnes qui hunc Euangelistam Asiæ Christianam religionem, disciplinamque tradidisse, aut in ea totam illam prouinciam confirmasse scribunt; eum Ephesi sedisse, mansisseque affirmant.

5. Alij putant Ioannem Asiæ prouinciam non obiuisse, nisi post mortem deiparæ Virginis Mariæ; idque daturos sperant omnes, qui quantæ curæ ipsi illa fuerit, præsertim cum à Domino sibi commendatam fuisse meminisset, considerauerint: Christi verò mater non ante decimum quintum, aut vigesimum ab ascensione Domini annum mortua creditur. Ob has rationes isti arbitrantur comperiri non posse quo tempore Ioannes primum in Asiam docendæ, amplificandæque Christianę fidei, & religionis causa profectus sit, etiamsi perspicuum esse fateantur, eum totam illam obiuisse prouinciam.

6. Fieri potuisse vt viuo Timotheo, ante, & post mortem Pauli, Asiam illustrauerit, Timotheoque mortuo Ephesinus Pontifex creatus, & quasi in demortui locum suffectus sit, agnoscunt. *Metaph.*

7. Metaphrast. in actis Sancti Timothei tradit Ioanne sub Domitiano in exilium misso Timotheum Ioannis loco Episcopatum Ephesiorum suscepisse; & Ioannem ab exilio reuersum, quia tunc mortuus erat Timotheus, eiusdem Ecclesiæ rursum curam gessisse. Quando Ioannes in Asiam iuerit. Cũ Ioanne Mariam Ephesi habitasse.

8. Dicam quod videtur probabilius. Ioannes anno Domini 44. Claudij verò Imperatoris 2. migrauit in Asiam: illasque prouincias in quibus antea Petrus Euangelium prædicauerat, & Ecclesias complures erexerat, Euangelicæ veritatis prædicatione excoluit. Vnà verò cum Ioanne profectam esse sanctissimam Dei genitricem Mariam virginem, & Ephesi apud eum habitasse, epist. synodica concilij Ephesini ad clerum Constantinopolitanum data, significat act. Ephes. tom. 2. ca. 26. edit. Pelta. Ibi enim habetur quod Ephesiorum ciuitatem Ioannes, & Maria quandoque incoluerint. Epiphan. tamen hære. 78. Mariam cum Ioanne profectam Ephesum, non facilè admittit. *Ephes.* Ioannes quibus prędicauerit. *Epiphan.* Ioannẽ in Asia prædicasse fatentur omnes. *Origen.*

9. De Ioannis in Asiam profectione meminerunt Origen. lib. 3. in Gen. Euseb. lib. 3. hist. ca. 1. ex Orige. Nazianz. ad Aria. Chrysost. ho. 12. in *Euseb.* *Nazianz.* *Chrysost.*

Tertul. *Iren.* *Hiero.* *Doroth.* *Chrysost.* *Cedre.* *Occum.* *Theoph.* *Polycr.*

12. in Acta. hom. 1. in Ioannem. hom. in duodecim Apostolos, Tertul. lib. 4. aduers. Marcio. Iren. lib. 3. aduers. hæres. cap. 3. in fine. Hieron. de script. Eccles. in Ioanne. Doroth. in synopsi. Chrysost. argumento in epist. ad Ephes. dicens Ioannem plurimum Ephesi conuersatum. Cedren. in compend. historiarum in Domitiano. Occum. ante exposit. Actuum. Theophylact. in 20. cap. Matth. Polycrates Episc. Ephesinus epist. ad Victorem Episc. Romanum, apud Euseb. lib. 3. hist. cap. 25. Ex his constat Ioannem in Asiam cõmigrasse, ibique mansisse, & Euangelium Christi prædicasse.

Tert. Ioannes in Asia Ecclesias fundauit. *Ire.* *Euseb.*

10. Plures Ecclesias Ioannes in Asia erexit, vt habet Tertul. li. 4. cont. Marcionem. septem enim illę, quarum in Apocal. mentio fit, & sine dubio aliæ, ab eo fundatæ sunt. Ephesinam tamen Ecclesiam à Paulo fundatam, & à Ioanne curatam ait Iren. lib. 3. aduers. hæres. cap. 3. & ex Iren. Euseb. lib. 3. hist. ca. 17.

Primi fundatores Ecclesiarum Asię. *Epiphan.* *Act.* 20. *Rom.* 15.

11. Porro quemadmodum fatemur à Ioanne multas in Asia fundatas Ecclesias; ita etiam negamus omnes ibi ab eo esse fundatas. Nam bene dicit Epiphan. hæres. 51. Asianas Ecclesias Petri, & Pauli prædicatione fundatas. Quoniam Ecclesię minoris Asię magna ex parte à Petro erectæ sunt; & aliæ plures à Paulo: quia Ephesi triennio docuit, & omnia repleuit Euangelio ab Ierosolymis vsque ad Illyricum per circuitum.

Ignat. Quomodo Ioannes totas Asię Ecclesias fundasse dicatur. *Hieron.* *Beda.*

12. Hinc Ignat. epist. 11. ad Ephes. Paulum Ioanni præponit enumerans tres primos Ephesiorum Patres ad vitam beatam euocatos. Dicit quidem Hieron. de script. Eccles. in Ioanne, & post eum Beda in martyr. die 27. Decemb. totas Asiæ Ecclesias à Ioanne fundatas, quod etiam legitur in Martyrologijs, Romano, Vsuardi, & alijs decemb. 27. non quod primus ibi fidem plantauerit; sed quia eas adhuc nouellas verbis, & scriptis firmiter stabiliuit.

13. At post necem Petri, & Pauli Ioannes Asianas Ecclesias protinus curandas suscepit: ne à sincera fide, quam acceperant, hæreticorum (qui tunc plures in ea regione agebant) artibus exciderent.

14. Res à Ioanne gestas in Phrygia, & præsertim Hierapoli, narrat Metaphrast. die 5. Septemb. apud Lipoman. tom. 6. de quodam Sancti Mi-
„ chaelis Archangeli miraculo, his verbis: Cum Christi iam discipuli, eius-
„ que Euangelij ministri, & nostræ salutis, ciuitates obirent, & dissemina-
„ rent prædicationẽ, & multos adducerent ad agnitionem; Euangelista qui-
„ dem, & theologus Ioannes, cui de maiori, quam in alios discipulos, magi-
„ stri in eum beneuolentia testimonium fert Euangelium, versatur apud E-
„ phesios; Philippus autem venit Hierapolim. Ioannes cum inuenisset Ephe-
„ sios errantes in profunda nocte infidelitatis, sacrificiaque, & festa peragen-
„ tes, & quæcunque Deo conueniunt, Dianæ facientes; doctrinæ luce eos
„ deducit ad veritatem; & cum puro veritatis radio eorum animas illustras-
„ set, transit ipse quoque Hierapolim, & versatur simul cum Philippo.
„ 15. Quoniam autem vsque adeò decepta erat ciuitas, & gentium erroribus

ribus

ribus erat adeò implicata, vt vel viperam Deum existimaret, neque vllo „
modo vellet admittere diuinum semen, & pietatis prædicationem; Apo- „
stoli Christi, qui non poterant aliter eis persuadere falsa hæc esse, & illo- „
rum animos traducere ad pietatem, proficiscuntur ad bestiam, quę quidem „
fuerat eis causa tanti erroris, & interitus: & ambo conuersi ad orationem, „
& in Deo facientes virtutem, ipsam statim deijciunt, & morte afficiunt. „

16. Deinde narrato Philippi Apostoli Martyrio, subdit: Magistro au- „ tem dilectus Ioannes transit ad quendam locum, qui vocatur Cheretopa: „ Quo quidem in loco cum rursus solita peregisset, eis acclamat fore, vt mox Michaelis Angelorum principis diuinior illic fiat visitatio, & diuinũ quoddam signum, admirabile. Sed ille quidem iuit etiam ad alias ciuitates, talentum doctrinæ sibi creditum volens multiplicare. Re vera autem impleta sunt, quæ prius ab eo prædicta fuerant. Hæc ibi Metaphr. „

Michaelis visitatio.

17. Atque Ioannem non semper in Asia permansisse; sed & alias orientis regiones prædicando Euangelium peragrasse, multa sunt testimonia. Ad Parthos enim ascendisse, eisque Euangelium annunciasse, titulus primę eius Epistolæ, quæ olim ad Parthos inscripta legebatur (vt constat ex Aug. lib. 2. quæst. Euangel. ca. 39.) facilè monstrat. sed adhuc vlteriores partes Orientis eum penetrasse, & Bassoras Christiana fide imbuisse, & verbi prædicatione ad Indos peruenisse, accepimus relatione confratrum nostrorum Patrum Societatis IESV per litteras datas anno Domini 1555.

Ioannes etiã ad Parthos, Bassoras, & Indos extra Asiam penetrauit.

18. Anno Christi 51. Ioannes ab Epheso, & Asia minore, quo antea migrauerat, Hierosolymam venit ad concilium, de quo act. 15. prius diuina reuelatione admonitus, vt Paulus ipse sibi accidisse testatur ad Gal. 2: *Ascendi*, inquit, *secundum reuelationem*. Par enim est credere Petrum, & Ioannem (qui longiùs aberant) eodem spiritu diuino monente Hierosolymam tunc etiam petijsse. Si enim filij Israel non nisi ad imperium Domini proficiscebantur, & figebant tabernaculum, quod habetur Num. 9. quomodo non magis eos, quos Spiritus Sanctus impleuerat eodem moderare, atque regente spiritu iter agere, loco sistere, ire, ac redire consueuisse diximus? Illi autem concilio Hierosolymitano Ioannem tunc etiam adfuisse testatur Paulus ad Gal. 2.

Quando, & quomodo Ioannes ad concilium Hierosolymitanũ ex Asia venerit.
Act. 15. v. 6.
Gal. 2. v. 2.
Num. 9. v. 18.
Gal. 2. v. 9.

De Ioannis exilio.

CAPVT 71.

CVM autem Ierosolymis in Asiam reuersus esset Ioannes Apostolus, & Christi Euangelium ibi prædicasset; vinctus ab Epheso iussu Imperatoris Domitiani fratris Titi, secunda persecutione, quam ipse post Neronem exercuit, ad vrbem Romam à Proconsule Asiæ missus, atque anno Christi 92. & Domitiani 9. præsente, iudicanteque senatu, ante portam

In oleum feruens mittitur. Latinam, in feruentis, ignitique olei dolium, eo quod iuxta edictum Imperatoris Christũ negare, & ab Euangelij prędicatione cessare nollet, demersus est. Sed beatus Ioannes tam liber à pœna inde est egressus, quam à corruptionibus carnis fuerat immunis, puriorq; ac vegetior exijt, quam intrauit.

Quando, & quò in exilium mittatur. 2. Tunc, cum nihil damni passus esset, in Pathmum insulam exilio relegatus est, vbi Apocalypsim vidit. Hęc de oleo feruenti habẽtur in Mar. Ro. die 6. Maij. in Mart. Bedæ Maij. 6. & Decemb. 27. & in alijs Mart. apud Vincent. specu. hi. lib. 10. ca. 14. Ruper. & Haymo. in ca. 1. Apoc. Proc. in gestis Ioannis ca. 11. Adon. in chron. anno 84. Christi. Abd. lib. 5. hist. Apost. Bed. hom. in die sancti Ioannis Apostoli, & in Matt. ca. 20.

In oleum feruens mersus est. *Martyr. Beda. Vinc. Ruper. Haym. Proc. Ado. Abdias. Tert. Hiero.*

3. Tertul. lib. de præscriptionibus ca. 36. Si Italiæ, inquit, adiaces, habes Romam, vbi Apostolus Ioannes posteaquam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur. Hiero. in ca. 20. Matth: Si legamus, ait, Ecclesiasticas historias, in quibus fertur, quod & ipse Ioannes propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi Athleta processerit, statimque relegatus in Pathmos insulam sit &c. Et lib. 1. aduer. Iouinia. habet idem, & refert quod ex Tertul. citauimus.

4. Asserit quidem hoc loco Hiero. aduer. Iouinia. à Tertulliano, Ioannem à Nerone in dolium feruentis olei missum esse, referri: sed alibi nusquam reperi à Tertul. dictum, id Neronem fecisse. Hæc de feruentis olei dolio ab omnibus recipiuntur.

5. Extat Romæ vetus, ac nobile Ioannis martyrij, & tam insignis editi miraculi monumentum apud portam Latinam, vbi sæuum illud contigit illatum esse supplicium: imò & ipse dies sextus Maij, quo hæc facta sunt, perpetua est memoria illustratus, dum eodem recurrente, quolibet anno passim vbique annua celebritate recolitur.

6. Sed quis Domitianum ad Ioannem Romam euocandum instigauit? inuidia forsan Apollonij Tyanæi in Christianos infensissimi, vt qui vbicunque locorum esset, neminem suis aduersantem studijs magis quam Christianos haberet; aut fortasse Euphratis philosophi desertoris, apud Domitianum agentis, & his officijs assueti; vel opera Ebionis hæresiarchæ Ioannis Euangelistæ hostis acerbissimi, qui Romam prius venerat; vel etiam aliter id euenire potuit.

7. Nonnullæ quidem apud Pseudoprochorum Epistolæ Domitiani, & Proconsulis Asiæ vltrò, citroque datæ de Ioanne reo impietatis constituto, Romam mittendo, feruntur: sed dubiæ fidei sunt, quæ apud illũ auctorem habentur, nisi alia quapiam auctoritate, vel ratione firmentur.

8. Hæc autem anno Christi 92. & Domitiani 9. accidisse, ipso nimirum exordio persecutionis per Domitianum excitatæ, cum nondum vsque ad gladium progressa esset; & hæc de Ioanne velut prælludia præcessisse, admodum verisimile est. Domitianus enim non simul atque in imperium ingressus est, Christianos vexare cœpit: nam tunc exemplo fratris sui Titi,

ab omni

ab omni cæde prorsus abstinuit. Et licet Euseb. prope finem illius imperij *Euseb.*
eam persecutionem permotam asserat; tamen cum Cletum Papam anno Domini 93. & Domitiani 10. gladio persecutoris adeptum esse coronam Martyrij constet; paulò antè, precedenti nimirum anno, Ioannis confessione, persecutionem cœptam esse putamus: quæ tamen ipso sui exordio non fuit adeò sæua, vt postea visa est; cum Ioannem non mortis supplicio esse affectum, vt cæteros, sed in insulam relegatum, videamus. Porro ab illo ipso Domitiano inter alia Ioannem ignominiæ causâ tonderi iussum, vt refert Prochor. exemplo eorum, quæ Apolonius Tyanæus sub eodem *Proc.*
Imperatore passus est, verum esse credimus.

9. Relegatio autem Ioannis in Pathmon, non solum ex antiqua traditione; sed etiam ex ipsiusmet Ioannis testimonio, Apoc. 1. certam fidem sibi vendicat; vt bene dicit Orig. tract. 12. in Matth. his verbis: Imperator Romanorum, sicut docet traditio, condemnauit Ioannem dantem testimonium verbi Dei, in insulam Pathmon, sicut ipse de suo Martyrio docet, non dicens quis eum condemnauit; sed vbi fuit condemnatus. Dicit autem in reuelatione sua hoc modo: *Ioannes frater vester, & socius in tribulatione, & in regno, & in patientia Iesu, fui in insula, quæ vocatur Pathmos, propter verbum Dei, & propter testimonium* IESV CHRISTI. Ignat. epist. ad Tharsen. Ioannes, ait, in Pathmon relegatus est. *Quò, quãdo, & à quo relegatur. Apoc. 1. v. 9. Origen. Apoc. 1. v. 9. Ignat.*

10. Porro hanc Ioannis in Pathmo relegationem sub Domitiano factam esse latini, & græci scriptores affirmant; vt Metaph. in Sancti Timothei actis, Ansel. initio enarrat. in Apoc. Cedre. in compendio historiarũ. Hippolytus à Cedre. in comp. hist. citatus; Nic. lib. 2. hist. ca. 42. & li. 3. ca. 9. Euseb. li. 3. hist. ca. 14: Eodem, inquit, tempore, quo Domitianus Christianos persequebatur, fertur Ioannem Apostolum, pariter & Euangelistam, adhuc in vita manentem, propter testimonium, quod verbo Dei perhibebat, in insulam, quæ Pathmos dicitur, relegatum. Idem Euseb. in chronico anno Christi 97. & Domitiani 14. & li. 3. de Euangelica demonst. ca. 7. habet Ioannem in insulam relegatum; sed ibi non dicit à quo. His consentiunt Proc. in actis Ioannis Greg. Turo. li. 1. hi. Franc. c. 26. Vinc. spec. hi. li. 10. ca. 14. Primas. li. 1. in Apoc. in initio, Vict. Pictau. Apoc. 1. Beda in Mart. Maij 6. & Decemb. 27. in Mat. c. 20. & ho. de Sancto Ioanne. Martyr. Rom. Martyrol. Vsuar. *Metaphr. Cedren. Hippol. Nicephor. Euseb. Proc. Turo. Vinc. Primas.*

11. Et Hier. de scrip. Ecclesi. in Ioanne, hoc ait modo: Quarto decimo anno secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, Ioannes in Pathmon insulã relegatus, scripsit Apocalypsim. Annum verò hunc Domitiani 14. refert. Hier. ad scriptionẽ Apocalypsis, non ad Ioannis relegationem. Neque enim annum relegationis Apostoli consignare voluit; nec à Domitiano motæ persecutionis exordium indicare. Aretas quoque Cæsariensis Epis. in c. 1. Apoc, alijque permulti Euangelistæ Ioannis exiliũ in Pathmon sub Domitiano accidisse testantur. *Vict. Beda. Roma. Vsuar. Hieron. Aret.*

12. Errant proinde, qui sub Nerone illud euenisse putant, ex eo for-

tasse decepti, quod Tert. Petri, Pauli, & Ioannis martyrium vna simul recenseat. Oecum. ante expositionem act. Apost. & Theophylac. in Mat. c. 20. & Dorot. in synopsi, Ioannem Euangelistam à Traiano Imperatore, propter verbum Dei quod in Asia prædicabat, exilio condemnatum, & in Pathmum insulam relegatum asserunt. Verum hi etiam errore lapsi sunt: Id enim sub Domitiano, non sub Traiano factum esse constat.

Oecum. *Theophyl.* *Doroth.*

Chrysost. 13. Chrysost. argumento in epist. ad Ephes. ait Ioannem Ephesi damnatum exilio; non quod Ephesum pro exilij sui loco acceperit; aut ibi lata sit in eum exilij sententia: sed quod Ephesi, vbi religionis nostræ doctrinam prędicabat, captus sit; ac inde Romam perductus, Exilio condemnatus fuerit.

Quid Ioannes in Pathmo egerit. *Vict.* *Primas.* *Metaphr.* *Athanas.* *Euseb.* *Hieron.* *Ire.* *Euseb.*

14. Iam quid Ioannes Apostolus in exilio fecerit, videamus; Victorinus Pictauiensis, & Primasius in commentarijs in Apocalypsim tradunt Ioannem in Pathmos à Domitiano ad effodienda metalla relegatum esse. Cumque in Pathmo Ioannes exul moraretur, ad pietatem omnes illius insulæ accolas, vt ait Metaphrast. in vita eiusdem, instituit. Athanas. in synopsi dicit etiam Euangelium à Ioanne prædicatum cum exul esset in Pathmo insula. Ibi denique Apocalypsim vidit, & scripsit, vt tradit Euseb. in chronico, & Hieronym. de scriptorib. Ecclesi. in Ioanne, & alij. non tamen simul atque illuc accessit, eam, quam scripsit Apocalypsim accepit; sed ad finem imperij Domitiani, inquit Iren. sub finem lib. 5. aduer. hæreses, & Euseb. lib. 5. hist. cap. 8.

Areop. 15. Tria ergo Ioannes in exilio fecit; vnum quod erat exilio condemnati; alterum quod ad officium, & munus Apostolicum, ac Euangelistæ pertinebat; tertium quod prophetæ proprium videbatur. Dionysius Areopagita ad Ioannem tunc exulem epi. decimam scripsit: cuius epistolę mentionem faciunt Niceph. lib. 2. hist. ca. 20. Lipoma. to. 4. Syncellus, Suidas, Ilduinus, Richelius, & alij.

Quando Ioannes ab exilio redierit. *Metaphr.* *Cedren.* *Hippol.* *Niceph.* *Hieron.* *Ado.* *Turo.* *Vinc.* *Beda.* *Euseb.*

16. Nunc de Ioannis ab exilio reditu agendum. Interfecto itaque Domitiano, & actis eius, ob nimiam crudelitatem, à Romano senatu rescissis, exilio sub Imperatore Nerua successore Domitiani, liberatus est. Cuius rei testes sunt Metaph. in gestis Sancti Timothei, Cedre. in comp. historiarum, Hippolytus apud Cedrenum, Niceph. lib. 2. hist. ca. 42. & lib. 3. ca. 9. & 11. Hiero. de scriptor. Eccles. in Ioanne, Ado in chron. Greg. Turon. lib. 1. hist. Franc. ca. 26. Vincent. spec. histor. lib. 10. ca. 39. Beda in Martyrol. die 27. Decemb. & Euseb. lib. 3. hist. ca. 15. vbi sic habet: Scriptores, qui res gestas cuiusque temporis litteris prodiderunt, narrant senatum Romanum cum Domitianus iam quindecim annorum spatio functus esset imperio, & Nerua regni gubernacula obtinuisset, suffragijs decreuisse vt non modò honoris insignia Domitiano dicata penitus tollerentur: verum etiam, vt omnes, qui è patriæ fuissent finibus immeritò expulsi, non modò domum ad suos redirent; sed etiam opes, & fortunas suas denuo reciperent. Tradunt etiam veteres nostri scriptores, Ioannem eo tempore ab exilio,

ab exilio, quod fuerat in insula perpessus, rediisse. ca. 16. dicit Ioannem ab exilio, quod in insula pertulerat, post Domitiani mortem reuersum. ca. 17. ex Clem. Alexan. refert eum tyranno mortuo ex insula Pathmo reuersum. in chronico autem ita scribit; Anno Domini 99. & Neruę Imperatoris primo, senatus decreuit, vt omnia quæ Domitianus statuerat, in irritum deducerentur. Itaque multi, quos iniustè eiecerat, de exilio reuersi; nonnulli bona propria receperunt. Aiunt & Apostolum Ioannem hoc tempore exilio solutum. *Clem.* *Euseb.* *Doroth.*

17. Doroth. in synopsi dicit Ioannem post Traiani mortem ex insula Pathmo reuersũ: sed errat. Primasius Vticensis Episc. initio li. 1. in Apoc. dicit eum post Domitiani mortem exilio liberatum. Epiph. hæres. 51. sub Claudio Ioannem Pathmo reuersum dicit: verum quod ad Claudium attinet, vel mendum irrepsit in codicem, aut memoriæ lapsus in auctore fuit, cæteri namque sub Nerua id factum asserunt. Non mortuo Traiano Ioannes exilio liberatus. *Primas.* *Epipha.* Non sub Claudio Ioannes ab exilio liberatus.

Quid Ioannes ab exilio reuersus egerit.

CAPVT 72.

SIMVL ac ab exilio Ioannes liberatus est, Ephesum secessit; ibique denuo sedem, atque domicilium rerum suarum collocauit: in ea siquidem vrbe & hospitiolum, & amicos sui amantissimos habebat: & quæ in Asia erant Ecclesias administrauit. Tunc enim quorundam rogatu ad finitimas gentes proficiscebatur, hic Episcopos cõstituturus; illic integras Ecclesias rite dispensaturus; alibi certos homines sibi Spiritus Sancti instinctu demonstratos, in clerum delecturus.

2. Eum in modum Asiam obiens reliquum vitæ suæ cursum conficiebat. Hæc Euseb. lib. 3. hist. ca. 1. 15. 16. & 17. & in chronico. Clem. Alex. ab Euseb. ca. 17. citatus. Hieronym. de scriptor. Eccles. in Ioanne Doror. in synopsi. Beda in Martyr. die 27. Decemb. Credren. in comp. histor. vbi rectè addit quod Ioannes tunc in viuis solus ex duodecim Apostolis superesset. Metaphrast. in actis Sancti Timothei. Niceph. lib. 2. hist. ca. 42. hominem quoque mortuum diuina virtute, & potentia tunc Ephesi à Ioanne Apostolo ad vitam excitatum Apollonij antiquioris theologi testimonio, quem citant Euseb. lib. 5. hist. ca. 17. & Nicep. lib. 4. hist. ca. 25. comprobatur. Sozomenus lib. 7. hist. ca. 26. hoc ipsum confirmat. Id igitur firmum haberi debet. *Euseb.* *Clemens.* *Hieron.* *Doroth.* *Beda.* *Cedre.* *Metaphr.* *Niceph.* Mortuum suscitauit. *Apol.* *Euseb.* *Niceph.* *Sozo.*

3. Plura sanè, eademque magna edita esse à Ioanne miracula, cum ab exilio Ephesum reuersus est, vt credam, illud magnopere persuadet; quod Apollonius Tyanæus magus illorum temporum famosissimus, tunc Ephesi moraretur. Oportuit igitur, vt olim Petrum aduersus Simonem magum, sic Ioannem magna virtute in magum obniti, ne, qui crediderant, eius malis

malis artibus in præceps adducerentur; cum præsertim recens esset exemplum, quo Apollonius magnam de se apud Ephesios existimationem, ob narratam tyranni Imperatoris Domitiani necem, concitauerat, quemadmodum à Philostrato lib. 8. describitur. Magna hæc in Ephesina Ecclesia potuit esse tentatio. Quamobrem ne eiusmodi Tyanæi imposturis Christiana religio dispendium aliquod pateretur; opportunè his diebus Ioannes ad Ephesios reuersus, mortuum suscitauit, & alia complura, vt par est credere, mirabilia est operatus.

Philo.

4. Et sanè miraculis doctrinam suam, sicut reliquos Apostolos, confirmasse, vt nemo esset auctor, credere tamen deberemus; nec enim verisimile est ea potestate, quam omnibus Christus Apostolis dederat, solum Ioannem vsum non fuisse; cum tanto præsertim longiore tempore Euangelium prædicauerit, vt non potuerit non multo plures faciendorum miraculorum habere occasiones. Non omnia tamen quæ narrantur de Ioannis Apostoli, & Euangelistę gestis vera, & certa sunt, etiam si apud Prochorum, Abdiam, Metaphrastem, Nicephorum, vel alium similem reperiantur.

Templum Dianę Ioãnes diruit. *Niceph. Proc. Vinc.*

5. Ioannem in Asia Dianæ templum solo æquasse refert lib. 2. hist. ca. 42. Niceph. & Prochor. in actis Ioannis ca. 7. habet, Dianæ Ephesiæ templum Ioannis virtute prostratum, Vinc. spec hist. lib. 10. cap. 43. enarrat Ioannem templum, & idola destruxisse. Id ipsum plures alij recitant. Tamen magnum illud Dianæ templum quod erat Ephesi integrum permansisse vsque ad Gallieni Imperatoris tempora, quando à Gothis destructum est, Iulius Capitolinus in Gallieno testatur. Aliud ergo esse potuit quod ab Euangelista euersum est. Prochorus tamen de illo quod Ephesi erat, loquitur.

6. Alia multa his adduntur miranda à Ioanne peracta, vt plurium defunctorum ad vitam reuocatio; Cratonis philosophi, ac aliorum ob fractarum gemmarum redintegrationem conuersio; virgarum mutationem in aurum, & saxorum in gemmas; & similia: quæ à nonnullis pijs, & doctis commemorantur: verum hæc vt non planè certa relinquimus.

Ioannes venenum sumpsit illæsus. *Isid. August. Vinc. Abdia. Aldhel.*

7. Nihilominus Ioannem Euangelistam venenum absque damno sumpsisse, & letiferum sine periculo haustum bibisse; imò etiam eodem veneni poculo necatos in vitæ statum reparasse, testis est sanctus Isidorus de patribus noui testamenti ca. 74. Quo etiam pertinet, quod in soliloquijs apud Aug. tomo 9. legitur ca. 22. Pro tua dulcedine gustanda veneni poculum intrepidus Ioannes potauit. Describit eadem Vinc. spec. histor. lib. 10. ca. 43. & 44. & Abdias lib. 5. Apostol. hist. & Aldhelmus occidentalium Saxonum Episcop. lib. de laudibus virginitatis ca. 11.

Latronis conuersio. *Euseb. Clemens. Chrysost.*

8. Euseb lib. 3. hist. cap. 17. ex Clem. Alexand. insignem narrat historiam de iuuene latrone ab Euangelista conuerso. Eandem summatim refert Chrysost. Epist. 5. scribens ad Theodorum lapsum. Citat eandem Cassianus collat. 24. cap. 21. & Niceph. lib. 2. hist. ca. 42. Antiochus Monachus scriptor nobilis, qui Zenonis Imperatoris temporibus claruit,

serm.

ferm. 122. eandem recitans Ireneum auctorem suum allegat. Eiusdem historiæ plures alij mentionem faciunt. *Caff.* *Niceph.*

9. Vt autem beneuolentiam peccatoribus, quamuis pene, vt ita dicam, desperatis, ac comploratis præbebat; sic eis qui Christianam religionem, fidemque pertinaciter oppugnabant, ita resistebar, & aduersabatur, vt rei nullius cum eis societate coniungi vellet. Id quod Iren. lib. 3. aduer. hæres. ca. 3. vna in re tradidit, ex qua de cæteris coniecturam facere possumus. Scribit enim fuisse etiam tum, cum eos libros componeret, qui se à Polycarpo Ioannis Euangelistæ discipulo audiuisse dicerent, cum Ioannes ipse Ephesi ad balneas lauandi causa veniens Cerinthum hæreticum intus esse animaduertisset; eum re infecta, & non lotum de balneo quam primum discessisse; quod vereri se diceret, ne balneæ in quibus Cerinthus hostis, & inimicus veritatis esset, conciderent. Idem refert Euseb. lib. 3. hist. cap. 22. & lib. 4. cap. 13. vtrobique ex Irene. Et Theodoret. hæret. Fabul. lib. 2. Verum quod hi Cerintho adscribunt, Ebioni tribuit Epipha. hæres. 30. fol. 43. vbi quomodo Ioannes è balneo propter Ebionem exilierit, explicat. Et ne dicamus horum quempiam fuisse hallucinatum; meritò quidam existimant vtrumque in balneis repertum esse. Magna siquidem necessitudo, ex impietatis similitudine comparata, inter eos intercedebat.

Antioch. *Iren.* Hæretici Ioannis exemplo vitandi. *Polyc.* *Euseb.* *Theod.* *Epiphan.*

10. Cum verò de restitutione Ioannis nuncium Dionysius Areopagita Episcopus Athenienfium, accepisset; sicut ad eum olim exulem in insulam relegatum scripserat fore, vt breui mutuo congressu inuicem iungerentur; illum mox Ephesum conuenisse, æquum est opinari.

Ioannes in Asiam reuersus à Dionysio cõuenitur.

11. Ad hæc vsque tempora egisse Dionysium in oriente, omnes facilè consentiunt: postea verò Ioannis fortasse consilio, Romam ad Clementem Pontificem se contulisse, & ab eodem vnâ cum Rustico, & Eleutherio in Gallias esse amandatum, fidem faciunt, qui ex antiquioribus monumentis eius res gestas scriptis memoriæ prodiderunt. mittendi verò in Gallias tam insignem, totaque Ecclesia spectatum virum, ea fere necessitas incumbebat, quod primi illi à Petro ad annunciandum ibidem Euangeliũ missi discipuli, vita functi erant; quorum aliquos gladius sæuientis Domitiani sustulerat. Quamobrem Gallicanæ iam coalescenti Ecclesiæ pastoribusque destitutæ Clemens, opportunè consuluit, vt Dionysium cum alijs eò mitteret.

Dionysius auctore Ioanne in Gallias venit.

12. Hæc cum multorum auctoritate testata habeantur; dicant velim, qui de his dubitant, quæ ratio esse potuit, quæue causa intercessit, vt viuente adhuc Dionysio, Publius daretur Episc. Atheniensibus, & post eum Quadratus? Nam cum Dionysius sub Hadriano Imperatore Martyrium consummarit; ad illud planè tempus Quadratum Ecclesiam rexisse Atheniensium, ex Euseb. lib. 4. hist. ca. 22. & ex Hieron. de scriptor. Ecclef. in Quadrato, constat; & ante hunc Publium: quinimo & Narcissus Domini discipulus ante hos omnes post Dionysium ab Hippol. de 72. discipulis ponitur.

Euseb. *Hiero.* *Hip.*

ponitur. Vt satis ex his appareat, illos viuente adhuc Dionysio, creatos esse Athenarum Episcopos; quod ille fuisset aliò amandatus.

13. Sed quonam? certè ad alias ciuitates, vel prouincias, quam in Gallia missum esse, nulla prorsus vel leuis memoria extat, vel coniectura. Nec existimare fas est, eum hisce temporibus, omnibus Apostolis vno excepto Ioanne, morte sublatis, cum maxima omnium incumberet necessitas Euangelij prædicandi, suæ Ecclesiæ nuncio remisso, segnem, ac otiosam vitam sibi constituisse. Sicut igitur postea factum scimus à Polycarpo Ioannis Euangelistæ discipulo, vt ex Asia complures in Gallias ad Euangelium prædicandum, atque propagandum missi fuerint: ita nunc Ioannis persuasione Dionysius Romam primum ad Clementem, inde eiusdem consilio in Galliam profectus est.

Animi relaxatio nonnunquã admittenda. Ioannes perdice animum laxabat.

14. Aliquid hic narrandum putaui, quod iusti rigoris temperie Ioannem esse vsum ostendit; & ex quo discimus vtilem, ac necessariam nobis esse remissionem quandam, & laxamentum. Siquidem ipse Ioannes Euangelista perdice animum remittere, & laxare solitus erat: ita namque habent Cassianus collat. 24. ca. 21: Fertur beatissimus Euangelista Ioannes cum perdicem manibus molliter demulceret, quendam ad se habitu venatorio venientem subitò conspexisse. Qui miratus quod vir tantæ opinionis, ac famæ, ad tam parua, & humilia se oblectamenta submitteret: *tune* es, inquit, ille Ioannes, cuius fama insignis, atque celeberrima, me quoque summo desiderio tuæ agnitionis illexit? Cur ergo oblectamentis tam vilibus occuparis? cui beatus Ioannes: Quid est, quod manus tua gestat? at ille: Arcus, inquit. Et cur, ait, non eum tensum vbique semper circumfers? Cui ille respondit: Non oportet; ne iugi curuamine rigoris fortitudo laxata mollescat, atque depereat; & cum oportuerit vt fortia in aliquam feram spicula dirigantur, rigore per nimietatem continuæ tensionis amisso, violentior ictus non possit emitti. Nec nostri, inquit beatus Ioannes, animi te offendat, o iuuenis, tam parua hæc, breuisque laxatio, qui nisi remissione quadam rigorem intentionis suę interdum releuet, ac relaxet, irremisso vigore lentescens, virtuti spiritus, cum necessitas poscit, obsecundare non poterit. Habet idem Hincmarus Remensis Archiepisc. in vita sancti Remigij apud Sur. Ian. 13.

Cass.

Hinc.

15. Quando, vbi, & qua de causa Euangelium à Ioanne scriptum *sit*, antea dictum est. Scripsit etiam tres Epistolas, primam ad Parthos; alteram ad quandam mulierem, quam Dominam etiam vocat, & ad eius liberos; tertiam ad Caium. Eas Ecclesia vniuersa probauit; Ioannique Apostolo attribuit.

16. De Ioannis Euangelistæ postremis sermonibus ita scribit Hiero. in ca. 6. Epistolæ ad Gal. post medium: Beatus Ioannes Euangelista cum Ephesi moraretur vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba cõtexere; nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filioli diligite alteru-

alterutrum. Tandem discipuli, & fratres qui aderant, tædio affecti, quod „
eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? „
Qui respondit dignam Ioanne sententiam: Quia præceptum Domini est; „
&, si solum fiat, sufficit. „

17. De Ioannis vitæ, quam longissimam, sanctissimamque traduxit, diuturnitate, hoc est, quamdiu vixerit, varia traduntur. Quod vsque ad Traiani tempora vixerit apud Ephesios, testatur Iren. lib. 3. ca. 3. Clem. Alexand. apud Euseb. lib. 3. histo. c. 17. Epipha. hæresi, 30, & 66. Hiero. de script. Eccles. in Ioanne. & in ca. 9. Daniel. & lib. aduer. Iouinia. Euseb. lib. 3. hist. ca. 16. ex sua sententia, & ca. 17. ex sententia Irenæi, & Clementis, & in chronico anno Christi 102. & lib. 8. demonst. Beda in Martyrol. die 28. Decemb. Vsuard. in Martyr. eodem die. Martyrol. Roman. eodem die. Theophyl. in ca, 20. Mat. Oecu. ante exposit. actuum Apostolorum, Dorot. in synopsi. Nicep. lib. 2. hist. ca. 42. & alij.

Quamdiu Ioannes vixerit. Ioannes vixit vsque ad Traianum. *Iren. Clem. Epiphan. Hiero. Euseb. Beda. Vsua. Rom. Theoph. Occum. Doroth. Niceph.*

18. Sed quot annos in obitu suo natus esset, antiquorum neminem inuenimus affirmare. Dorot. quidem in synopsi annos centum, & viginti eum expleuisse scribit. Beda in martyrol. die 27. decemb. & lib. de sex ætat. eundem, ad annum ætatis suæ 99. peruenisse opinatur. Idem habet Vsuar. in Martyrol. die eodem, & alij. Verum hæc aliqua coniectura dicuntur, non ex certa antiquorum assertione firmantur. Hippol. apud Cedren. in compendio histor. testatur Ioannem vixisse annos sex supra centum. Hieron. de script. Eccles. in Ioanne, Niceph. lib. 2. hist. cap. 42. & Beda in Martyrol. die 27. decemb. Ioannem tam diu vixisse asserunt, vt senio confectus fuerit, ad multam senectutem peruenerit, annumque 68. post Domini passionem attigerit. Quod etiam habet Hier. li. 1. aduer. Iouinian. ex quo manifestè sequitur, in viuis eum vsque ad annum Christi centesimum primum, Traiani verò Imperatoris secundum egisse. Tradit etiam Hier. in c. 6. ad Gal. Ioannem ad vltimam vsque senectutem vixisse, adeò vt vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset amplius multum loqui. At Hiero. determinatum ætatis Euangelistæ Ioannis annum non expressit: illud tamen affirmat lib. 1. aduer. Iouinia. veteres asserunt, Ecclesia tradit, imagines exprimunt, eum fuisse vocatum à Domino cum esset adhuc adolescens: si autem vixisset annos nonaginta octo, vel etiam amplius: tempore passionis Christi ad minus fuisset annorum triginta; & annorum viginti septem cum à Domino vocatus est: quod sententiæ Diui Hiero. & aliorum repugnare videtur.

1. Opinio. *Doroth. Beda.* 2. Opinio. *Vsuar. Hippol.* 3. Opinio. *Cedren. Hieron. Niceph. Beda. Hiero.*

19. Itaque probabilius est quod Ioannes peruenerit ad annum ætatis suæ nonagesimum tertium, nec eum transierit; vt à Christo sit vocatus, & electus, dum annum ageret vigesimum tertium; deinde annis tribus cum Domino mansit; & viginti quinque annos natus sacerdotio initiatus fuit. Nam ab ea ætate diuina lege Leuitis concessum erat ministrare in tabernaculo fœderis Nu. 8. Hebræos enim tunc tẽporis admittere solitos ex præscripto legis ętatem annorũ viginti quinque ad functionem leuiticam,

4. Et vera opinio. *Num. 8. Hieron.*

 etiam

Philo.

etiam tradit Philo Iudæus in eo libro, cui titulus est, De eo quod potiori deterius insidiari soleat. Ex legali autem instituto multa Dominus, & Apostoli mutuati sunt. Igitur verisimile est Ioannem Apostolum tempore nouissimæ cœnæ cum sacerdotio initiatus est, ætate nec minorem, nec maiorem viginti quinque annis fuisse.

Epiphan.

20. Huic sententiæ fauisse videtur Epiphan. hæresi 51. dum ait Ioannem scripsisse Euangelium post annos vitæ suæ nonaginta, cum ab exilio Ephesum reuersus est; quod triennio ante obitũ eius contigit. Ex his longam Ioannis ętatem fuisse intelligimus, non tamen ad annum centesimum peruenisse, sed nec inde procul abfuisse. Sanè est & hoc ipsum amoris Christi in Ioannem indicium non vulgare, quod vita reliquos omnes Apostolos superauerit, & vsque ad Traiani Imperatoris ætatem, populis in Asia verbum salutis, cum tunc in viuis solus de duodecim discipulis superesset, annunciauerit.

De Ioannis obitu, & resurrectione.

CAPVT 73.

Mat. 16. v. 28. Ioan. 21. v. 22. Cedre. Andre. Aret. Theoph. Euthym. Turo. Tert. Beda. August.

ANTIQVA controuersia est de Ioanne Apostolo, an adhuc viuat, tempore antichristi cum Enoch, & Elia venturus; an verò mortem obierit. Certè quidam existimarunt eum nondum clausisse diem vltimum, viuereque adhuc mortalem vitam in corpore, vsque ad extremi Iudicij tempora, propter illa verba, quæ Dominus protulit Mat. 16. *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.* & Io. 21. *Sic eum volo manere donec veniam.* Quorundam hanc opinionem fuisse, non recentiorum duntaxat, sed etiam veterum clarum est ex compendio histor. Cedreni in Nerua, ex Andrea Cesareæ Cappadocię Episcopo in ca. 19. Apocal. ex Areta in idem caput, ex Theophylac. & Euthymio in ca. 21. Ioannis: ex Greg. Turon. li. 1. hist. Franc. ca. 26. ex Tertul. ex Bed. ex Aug. tract. 124. in Ioannem, & ex alijs.

Ambros. Hip.

2. Amb. ser. 20. in ps. 118. aliquos dubitare an Ioannes sit mortuus, asserit. Hipp. Port. de Antichristo putat Ioannem non esse mortuum, & cum Enoch, & Elia venturum. Hunc sequitur Amb. Catharinus in c. 2. Gene.

Catharin. Ioannes obijt. Menolog. Roma. Beda. Vsuar. Ado.

3. Verum tenenda, probandaque est eorum sententia, qui dicunt Ioannem (sicut est sors omnium hominum) certo certius defunctum esse. Nam græci in menologio 6. cal. octo. re vera credunt eum vita functum; quia vocant migrationem sancti, gloriosi, & celebris Apostoli, & Euangelistæ Ioannis. Martyrol. Rom. 27. Decemb. habet etiam Ioannem Ephesi obijsse, & sepultum esse. Idem habent Beda, Vsua. Ado, & cæteri.

Polyc.

4. Adhæc multorum antiquorum testimonijs probatur idem, & confirmatur. Polycrates enim theologorum antiquissimus in Epistola, quam scripsit

scripsit ad Victorem Romanum Pontificem, dicit Ioannem Euangelistam Ephesi obdormiuisse, ac ibi sepultum, vt videre est apud Euseb. li. 3. hist. ca. 25. & apud Cedre. in comp. hist. in Nerua. & apud Nic. lib. 4. hist. ca. 37. Hi siquidem Polycratis verba in suam historiam transtulerunt. Refert quoque Hiero. eadem de scriptor. Eccles. in Polycrate. Magnum sanè testimonium est Polycratis, vtpote qui & Apostolorum discipulus, & Ephesinus fuerit Episcopus sanctitate, & doctrina celebris, quem latere non potuerunt quæ de Ioannis exitu vera sunt; cuique meritò omnes de Ioannis obitu debeant auscultare. *Euseb.* *Cedre.* *Nicephor.* *Hieron.*

5. Hippol. Episco. (sed non ille reor Portuensis) & martyr, scripsit Ioannem vita excessisse, eiusque reliquias, cum requisitæ fuissent, inuentas non esse; vt refert Cedre. in compen. histor. in Nerua. Idipsum expressè testatum reliquit Tertul. lib. de anima ca. 50. in quo agit de mortis vi, & Menandro hæretico, dicens Ioannem obijsse, quem in aduentum Domini mansurum frustra fuerat spes: Transtatus est, inquit, Enoch, & Elias, nec mors eorum reperta est, dilata scilicet: cæterum morituri reseruantur, vt Antichristum sanguine suo extinguant. Obijt & Ioannes, quem in aduentum Domini remansurum frustra fuerat spes. Quibus profectò verbis Tertul. ostendit se illis non assentiri, qui Ioannem cum Enoch, & Elia translatum fuisse, & rediturum putant ad aduentum Domini. Euseb. lib. 3. hist. cap. 1. dicit Ephesi morte Ioannem occubisse. Item ca. 25. idem confirmat ex Polycrate. cap. 33. meminit sepulcri Ioannis Apostoli; at sepulcra non nisi mortuorum esse solent. Cedre. in compen. histor. in Nerua probat ex Euseb. Ioannem Ephesi vitam finiuisse, & ibidem cum esset mortuus ab eius loci Christianis sepultum. *Hippol.* *Cedren.* *Tert.* *Euseb.* *Cedren.* *Euseb.*

6. Cæsarius magni Gregor. frater tradit etiam Ioannem esse mortuum, eorumque reijcit opinionem, qui dicunt eum in tempus Antichristi reseruatum, quemadmodum habetur apud Cedren. in compen. histor. in Nerua. Hiero. sæpe testatur Ioannem esse mortuum, vt de scriptor. Eccles. in Ioanne, & lib. 1. aduer. Iouinia. & in Mat. ca. 20. Chrysost. hom. 26. ad heb. sepulcri Ioannis meminit, illudque dicit esse manifestum. hom. in laudem duodecim Apostolorum, ait Ioannem post mortem tanquam viuum curare Ephesum. homil. 1. in Ioannem præsupponit eundem esse mortuum. in argumento Epist. ad Ephes. ait Ioannem Ephesi multum esse conuersarum, & vitam illic finiuisse. Nec ista quæ ad Ioannis obitum, & sepulturam pertinent Chrysost. ignorare potuit; quoniam Ephesi versatus est, & illic præfuit synodo septuaginta Episcoporũ, in qua Ephesinus Pontifex gradu amotus est, vt testantur Socrat. lib. 6. hist. ca. 10. Sozome. li. 8. hist. c. 6. Pallad. in dialog. & Metaph. in vita Chrysost. *Cæsar.* *Cedren.* *Hieron.* *Chrysost.* *Socr.* *Soz.*

7. Augustinum idem sentire clarum est tract. 124. in Ioannem, & ser. 149. de tempore. Ad illud Ioannis Euangelistæ sepulcrum quod erat Ephesi allusit Cælestinus Pontifex Rom. litteris, quas dedit ad Concilium Ephesinum, dum ait reliquias eiusdem Ioannis Ephesi in honore haberi: *Pall.* *Metaphr.* *August.* *Cæles.*

ergo defunctum esse præsupponit. Idem habet synodica Epistola Orientalium Epheso missa ad senatum Constantinopolitanum, quæ omnes intextæ habentur in actis Ephesinæ synodi to. 2. ca. 14. & to. 3. ca. 6. his consentit Epipha. hære. 66. dum ait præterijsse Apostolorum generationem à Petro, vsque ad Paulum, & Ioannem, qui diu fuit in mundo. & hære. 89. dum ait: Sed neque Elias adorandus est, etiamsi in viuis sit; neque Ioannes adorandus, quanquam per preces suas proprias dormitionem suam admirandam effecerit, imo potius ex Deo gratiam acceperit.

Eph. *Epiph.*

Beda. 8. Beda in Martyrol. Decemb. 27. scribit Ioannem Euangelistam Ephesi mortuum, & iuxta eandem vrbem sepultum. idem asserit lib. de sex ætat. & in ca. 21. Ioannis, & ser. de sancto Ioanne. Euthym. in ca. Ioannis. 21. Niceph. lib. 1. hist. ca. 35. & lib. 2. ca. 42. Petrus Damia. ser. 2. de sancto Ioanne Apostolo. Tho. Aquinas in ca. 21. Ioannis. Euseb. Emes. hom. de sancto Ioanne Apostolo. Pererius in ca. 15. Danielis. Anastasius Nicenus quæst. 79. habet Ioannem peracto mirabili certamine coronam retulisse. Idem docent plures alij tam græci, quam latini scriptores. Quapropter Ecclesia græca, & latina, cum tota antiquitate credit Ioannem Euangelistam esse mortuum; Martyrologia omnia consentiunt, & totius Ecclesiæ vsus, quæ festum natalis, hoc est, obitus sancti Ioannis Apostoli die secundo post Christi natiuitatem obseruat. hoc profectò negare, *puto* esse temerarium.

Euthy. *Niceph.* *Damia.* *Thom.* *Emese.* *Pere.* *Anast.*

Eut. 9. Eut. Mat. 24. Tu vero considera mihi diuini spiritus dispensationē, quomodo Ioannes, qui in viuis adhuc erat, dum hæc facta sunt, (de excidio Hierusalem loquitur) & multo adhuc tempore post expugnationem vixit, nihil horum scripsit: ne quasi olim prædicta scribere videretur, quæ iam facta erant. Qui verò priusquam hæc fierent mortui sunt, manifestè omnia scripserunt: vt suspicione carere videretur Christi de his vaticinium. Itaque anno Domini centesimo primo, qui numeratur à passione Christi sexagesimus octauus, sanctus Ioannes Apostolus, & Euangelista Ephesi mortuus est, & iuxta eandem vrbem sepultus, vt auctor est Hiero. Bed. & alij.

Ioānes diu post excidium Hierusalem vixit, & cur nihil de eo scripserit. Quando Ioannes sit mortuus. *Hieron.* *Bed.*

10. Verum enimuero cum adhunc locum peruenerimus, necessarium esse duxi sacram quoque diui huius Apostoli transitionem persequi, & quonam modo ex hac vita migrauerit explicare. De modo igitur quo mortuus est, hoc à maioribus traditum accepimus: palam enim, ac publicè in templis, ante mille annos, quantum ex librorum antiquitate licet intelligere, canitur. Is ergo paulò ante diem festum paschæ Christum vna cum condiscipulis vidit inuitantem ipsum ad conuiuium suum, cui iam condiscipuli adhibiti essent. Quem vt vidit, & audiuit, passis manibus primum ei gratias egit, quod ad se venisset, quem sciret maximo sui desiderio teneri: deinde eum obnixè rogauit, se ad epulas suas transferret, vt esset cum suis condiscipulis, cum quibus ipsum inuisisset.

11. Tum ei Christus pollicitus est, se ad diem festum paschæ, qui ad pau-

ad paucos dies futurus esset, esse venturum: itaque ad eum se ipse compararet, terramque defodiendam curaret, in qua se ipse componerer, & inhumaret. Cum itaque transitionem suam ad Deum, diemque, & horam eius præuidisset: presbyteris, ministrisque alijs Ecclesiæ, & præterea quicumque flagranti essent fide fratribus conuocatis, & assumptis, die constituto, præscriptoque à Christo, extra Ephesiorum vrbem progreditur; & cum eis in vicinum quemdam tumulum, quò frequenter ire, precationi operam daturus solebat, conscendit: ibi vehementius orans, Ecclesias Deo commendat. Mox sarculis quibusdam, & ligonibus celeriter sepulcrum sibi fodi præcipit. Deinde eos, qui tum aderant, arcanis de Deo verbis, & præceptis optimis de fide, spe, & potissimum dilectione (quippe dilectus ipse) erudit. Quænam vero solerent esse verba Ioannis ad hoc argumentum pertinentia Hieronym. docet in cap. 6. ad Gal. quæ paulo ante citauimus, & corda eorum confirmans, seruatori verbo commendat. *Hieron.*

12. Postremoque illis in Domino saluere, & valere iussis; vbi se crucis signo communisset, in monumentum descendit; operculumque ei imponere, & id firmius communire; denique reuerti eos postea, sepulcrum aperire, diligenterque perspicere mandat. Hoc modo cum ille vt vestibus sepulcralibus amictus erat, in fossam descendisset, seque ad obitum composuisset, statim eo, qui iustis debetur, sopitur somno. Quod cum factum esset, tantum ibi repente lumen extitisse dicitur, vt nihil præ eo omnes qui aderant, cernere possent.

13. Eo autem subtracto ferunt cum in fossa quidnam reliqui esset scrutati essent, eos manna tantum, quod farinæ candorem imitabatur, reperisse; illudque sua etiam memoria ex sepulcro Ioannis manare solitum Greg. Turon. & Pet. Damianus, & alij scribunt, quod eam vim haberet, vt per vniuersum orbem longè, lateque deportatum medicinam ægrorum morbis afferret. Et Ioannes quidem Apostolus, & Euangelista ita diem suum obijt, & subito corporis somno requieuit in pace. *Tur.* *Damia.*

14. Epipha. hæresi 79. tradit Ioannem precibus dormitionem suam admirandam effecisse. Euthy. in ca. 21. Ioannis: Foderunt, inquit, foueam, deinde illum ibi demiserunt, ac operuerunt. Post aliquot autem dies scrutati sunt foueam illam, & eum non inuenerunt. *Epipha.* *Euthy.*

15. Greg. Turon. lib. 1. hist. Franc. cap. 26. Ioannes, inquit, Euangelista senex, & plenus dierum, se deposuit in sepulcro. & lib. 1. de gloria Martyrum ca. 30. Ioannes viuus descendens in tumulo, operiri se humo præcepit. Cuius nunc sepulcrum manna in modum farinæ hodieque eructat, ex quo beatæ reliquiæ per vniuersum delatæ mundum, salutem morbidis præstant. Pet. Damia. ser. 2. de sancto Ioanne Apostolo: Iam verò illa beatæ migrationis eius nouitas mirabilis, quem non moueat? quis felicissimæ consummationis gloriam non obstupescat? Quia enim mirabiliter vixit; mirabiliter obijt: & quia non communem cum hominibus *Turo.* *Damia.*

„ nibus vitam duxit, non communi hominum morte transiuit. Nam,
„ historiæ continent, quadraram in Ecclesia foueam fieri iussit, moxque
„ eam descendens, extensis manibus, post prolixa fusæ orationis ve
„ migrauit. Mox autem tanta super eum lux coelitus est immissa, vt n
„ lus eam ferret aspectus. Postmodum verò inuenta est fouea nihil ali
„ in se continens, nisi manna, quod videlicet, sicut dicitur, vsque hoc
„ scaturire non desinit. Sic nimirum, sic dilectum auctori vitæ discipulu
„ transire de seculo dignum fuit, vt tam fieret à dolore mortis extraneu
„ quam à corruptione carnis fuerat alienus.

Oecum. 16. Oecum. ante expositionem actuum dicit Ioannem Apostolu
Doroth. Ephesi sepultum adhuc viuentem, Dei voluntate sic ordinante. Doro. i
synopsi tradit quod Ioannes Apostolus seipsum Ephesi adhuc viuũ sepel
Cedren. uerit. Cedre. in compen. histor. in Nerua dicit eundem pacatè decessisse
Ard. eadem habent Radulphus ardens, & Euseb. Emes. hom. de sancto Ioann
Emes. Apostolo. Mortuus itaque est Ioannes Apostolus morte naturali, idqu
suauiter, placidè, & absque doloris sensu: quia præseruatus fuit à morti
violentia, & crudelitate, tam ea, quam morbus adferre solet, quam qua
à tyranno infligitur; sicut & mater Dei.

Ioannes resurrexit in gloria. 17. Porro ex ijs, qui Ioannem Euangelistam vita functum esse dixerunt, nonnulli adiecerunt, eiusdem corpus, cum refosso sepulcro inuentum non fuisset, è mortuis resurrexisse; & Ioannem in corpore, & anima pariter in cœlũ, sicut Dei genitrix Maria, esse assumptum, & sic ad gloriam
Cant. transiuisse. Sic enim habet Thomas Cantipratanus lib. 2. apum cap. 53. in
„ principio: Corpora generaliter in puluerem resoluuntur. ab hac condi-
Psa. 15. tione excipitur corpus Christi, quod *Non vidit corruptionem*: quia die ter-
Act. 2. tia resurrexit. Inde etiam secundum veridicum Aug. (to. 9. lib. de assum-
August. ptione) corpus excipitur matris Christi: &, vt firmiter credimus, Euan-
2. *Cor.* 1. gelistæ Ioannis; qui sicut fuerunt socij passionis, ita iustè sunt & consolationis, cum Christo iam immortalitate vestiti. hæc Cantip. qui non vult dicere, Ioannem non esse mortuum, quæ aliquorum, falsa licet, fuit opinio, concepta ex verbis Christi malè intellectis. Sed in corpore glorioso vult eum resurrexisse, sicut & beatam Virginem Mariam: ex quo sequitur verè mortuum fuisse.

Niceph. 18. Niceph. quoque lib. 1. hist. cap. 35. in fine verba illa Ioannis 21.
Ioan. 21. *Non dixit ei* IESVS, *non moritur*, exponens: Moriturus, inquit, est
„ eo, quo Dei genitrix modo: confestim verò reuiuiscet, ac resurget, incor-
„ ruptibili scilicet corpore alterum magistri expectaturus aduentum. & lib.
Nicephor. 2. ca. 42. Ioannes quidem ita diem suum obijt: Dei autem ineffabilis, atque
„ inuestigabilis gloria, ea quam ipse solus nouit, hora illucescens, corpus
„ eius terrenum, & corruptibile, in immortale, & incorruptibile (ô mira-
„ culum ingens) transmutauit, & in diuinum paradisum, itidem vt omni-
„ bus laudibus celebrandam Dei genitricem, quæ per gratiam mater eius
„ fuit, recepit. decebat quippe & ipsum, qui matris loco incorruptam, sem-

perque

perque virginem habuisset, & dilectus in primis mirificè Christo fuisset, „
fraterque adeò immortalitatis promptuarij extitisset, paulatim quodam- „
modo immortalitatis participem fieri. sic Niceph. „

19. Apud Hiero. to. 4. paulo post initium sermonis de assumptione *Hiero.*
beatæ Mariæ virginis ad Paulam, & Eustochium, ita scriptum legitur:
Sed nunc vacuum esse mausoleum cernentibus ostenditur. Hæc idcirco „
dixerim, quia multi nostrorum dubitant, vtrum assumpta fuerit simul „
cum corpore, an abierit relicto corpore, quomodo autem, vel quo tempo- „
re, aut à quibus personis sanctissimum corpus eius inde ablatum fuerit, „
vel vbi transpositum; vtrumne resurrexerit, nescitur: quamuis nonnulli „
astruere velint, eam iam resuscitatam, & beata cum Christo immortalitate „
in cœlestibus vestiri. Quod & de beato Ioanne Euangelista eius ministro, „
cui virgini à Christo virgo commissa est, plurimi asseuerant: quia in sepul- „
cro eius (vt fertur) non nisi manna inuenitur, quod & scaturire „
cernitur. Hæc ibi. Nota auctorem illius sermonis esse valdè antiquum,
eumque tradere à plurimis asseri, quod Ioannes Euangelista resurrexerit
ad gloriam.

20. Pet. Dam. idem scripsit ser. 2. de Sancto Ioanne Apostolo: eum *Damia.*
ergo loquentem audiamus: Si, inquit, non audeamus pleniter definire, „
pium tamen est arbitrari, vt sicut de beata Dei genitrice creditur, ita „
etiam beatus Ioannes iam resurrexisse probabiliter asseratur, quatenus „
sicut in virginea fuerunt integritate participes, ita nihilominus in „
anticipata resurrectione meritò videantur æquales; nec sit in resurre- „
ctione diuersitas, quibus tanta fuerat vnanimitas conuersationis in vita. „
Si enim beatissimi virgines isti, videlicet Ioannes, & Maria nullatenus „
surrexissent, cur in eorum tumulis sepulta cadauera non iacerent, cum „
scilicet beatorum Petri, & Pauli, cæterorumque Apostolorum, ac Marty- „
rum corpora suis quæque noscantur mausoleis tumulata? Nam quod „
verè beatus Ioannes obierit, ac procul dubio mortis iura persoluerit, „
nullo modo melius, quam per eius verba valet probari. „

21. Disputationem hanc, diui Thomæ Aquinatis auctoritas con- *Thom.*
cludat; is enim in ca. 21. Ioannis sic habet: Quidam dicunt quod Ioannes „
nondum est mortuus. Sed diuersimodè opinatum est de eius sepultura. „
Verum est enim secundum omnes, quod sepulcrum intrauit, & adhuc „
illud apparet. Quidam autem dicunt, quod sepulcrum viuens intra- „
uit, & diuina virtute exiuit, translatus ad locum Enoch, & Eliæ, vbi „
reseruatur vsque ad finem mundi; & tunc patietur Martyrium ab „
Antichristo. Alij verò dicunt, quod sepulcrum suum, quod est apud „
Ephesum, viuens intrauit, & in eo adhuc viuit dormiens donec ve- „
niat Christus &c. Sed hoc excludit Augustinus &c. Et ideò non est „
hoc credendum, sed quod mortuus fuit; & resurrexit etiam in corpore. „
Et huiusmodi signum est; quia corpus eius non inuenitur: & sic „
beatus manet cum Christo, secundum quod inuitauit eum iuxta illud „

Apoc. 22. v. 20. Apocal. vlt; *Dicit, qui testimonium perhibet istorum; etiam, venio citò.* hæc ibi Thomas, ex quibus quid sentiat facilè perspicitur.

Osor. Ferrar. Nat. Richel. Hug. Albert. Lud.

22. Tradit idem Ioannes Osorius ser. de sancto Ioanne Euangelista; & sanctus Vincentius Ferrarus ser. de sancto Ioanne Apostolo. Petrus de Natal. lib. 2. catal. sanct. ca. 7. Ipsum, inquit, in corpore, & anima cœlo assumptum plurimi asseuerant. Idem habet Dionys. Richel. in c. 21. Ioan. bene addens hanc opinionem non esse certam. Hugo de sancto Victore. Albertus Magnus in præfationem Hiero. ad Ioannis Euangelium. Ludou. Grananten conc. 3. de sancto Ioanne Apostolo. Piè ergo creditur Ioannem Euangelistam resuscitatum à morte, atque translatum in cœlestem gloriam, ibique cum Christo anima, & corpore gloriosum regnare: aliorum autem Apostolorum corpora sunt adhuc in terris.

De Ioannis morte opiniones variæ.

1. Ioannem non mortuum, nec moriturũ.

23. Plures itaque de morte Ioannis Euangelistæ sententias apud probatos auctores inuenio: vna est, Ioannem nec mortuum esse, nec moriturum aliquando; sed esse immortalem. Opinionis huius auctores fuerunt primi Christiani, fratres dicti, vt Beda hom. de sancto Ioanne Apostolo insinuat; & clarè significat ipse Theophylac. in ca. 21. Ioannis.

2. Beda. Theoph. Hippol. Metaphr. Frec. Catharin. Andr. Turo.

24. Alia est Ioannem non fuisse mortuum, sed translatũ cum Enoch, & Elia, & sub finem mundi venturum cum ijsdem, & tunc moriturum: quia Martyrio, persecutionis Antichristi tempore, coronabitur. Sic opinatur Hippol. Portu. Episcopus, & martyr ante medium orationis de consummatione mundi, & Antichristo. eum sequitur Metap. in vita sancti Ioannis Apostoli; & Freculphus Episc. Lexouiensis chronic. to. 2. lib. 2. ca. 9. & Catharinus in ca. 2. Gene. & Andreas Cæsareæ Cappadociæ Episc. cap. 29. comment. in Apocal. Greg. Turon. videri posset in eam propendere sententiam; non est tamen euidens quid ipse hac in re sentiat.

3. Augnst. Thom. Beda. Ald.

25. Tertia est, Ioannem nondum esse mortuum, sed adhuc viuere, non quidem cum Enoch, & Elia translatum; at in sepulcro Ephesi dormientem, vsque ad vltimum Christi aduentum. Huius opinionis meminit Aug. tract. 124. in Ioannem; Thomas Aquinas in c. 21. Io. Beda in Ioannis ca. 21. Aldhelinus occidentalium Saxonum Episc. lib. de laudibus virginitatis capite 11.

4. 26. Quarta, Ioannem obijsse corporis mortem, non violentam, & vi quadam illatam; sed suauem, & naturalem, & adhuc esse mortuum; siue corpus eius in sepulcro sit, siue alibi.

5. 27. Quinta, Ioannem Euangelistam suauiter esse mortuum quidem; sed paulo post, ac eodem ipso die resurrexisse, ac in cœlum anima, & corpore translatum esse; quemadmodum Dei genitrici Mariæ contigit. Ita sentiunt Osorius, Ferrarus, de Natalibus, Richelius, Cantipratanus, Nicephorus, Aquinas, Damianus, & alij multi non solum neoterici, sed etiam veteres, quorum nonnulli tempore Hieron. ac etiam antè, vixerunt.

6. 28. Sextam opinionem adijciunt nonnulli, quod nimirum Ioannes mortuus

mortuus sit violentæ mortis genere; eamque imponunt Theophylacto ad Mar. ca. 20. scribenti Iacobum ab Herode occisum, & Ioannem à Traiano condemnatum. Verum non intelligit ibi Theophylactus Ioannem à Traiano morte affectum: condemnationem enim de qua loquitur, non ad necem refert; sed ad exilium. Quoniam existimauit cum Oecumenio, & Dorotheo, licet falsò, Ioannem missum à Traiano in exilium; vt supra notauimus. Neque existimo à quoquam, Ioannem martyrio vitam finiuisse, traditum. Vita quidem is functus est; at non martyrio. A maioribus tamen martyr appellatus est, quod in feruentis olei dolium vt moreretur immissus sit, ac venenum biberit. Semelque cœptum martyrium, nisi aliud de eo statuisset diuina prouidentia, consummasset.

29. Gregor. hom. 35. in Euangelia, duobus martyrij generibus, quorum vnum Iacobo tribuit, aliud Ioanni, positis, ait: Ioannes nequaquam per martyrium vitam finiuit; sed tamen martyr extitit: quia passionem, quam non suscepit in corpore, seruauit in mente. Similia habet Hiero. in ca. 20. Mat. Orige. tract. 12. in mat. Ioannis relegationem appellat Martyrium. Polycra. Episco. Ephes. Epist. ad Victor. papam Romanum Ioannem nominat Martyrem. Ioannes Osorius ser. de S. Ioanne Apostolo, docet eum esse supremum Ecclesiæ Martyrem, & primatum inter Martyres obtinere. Cum enim omnes Martyres pro dilecto IESV mortui sint, hic, sicut & beatissima virgo Maria, cum dilecto IESV in cruce commortuus est. Cumque amans plus sit in amato, quam in se, plus etiam patitur in amato, cum ille torquetur, quam in seipso si torqueretur.

Greg. » » *Hiero.* *Origen.* *Pol.* *Osor.*

30. Aug. ser. 149. de tempore dicit Ioannem obdormiuisse sine vulnere, & cruciatu. Sic etiam de bono coniugali ca. 21. dicit eundem non esse passum. Docent igitur veteres hunc nostrum Euangelistam, etiamsi iustissimè vocetur Martyr, in morte tamen passum non esse Martyrium; à quo ex omnibus Apostolis solus ipse fuit immunis: nam præter eum Apostoli ad vnum omnes Martyrio vitam finierunt. Vnde Beda in hom. de Ioanne Apostolo dicit cæteros Christi discipulos, hoc est, Apostolos, per passionem fuisse consummatos.

August. *Beda.*

31. Qui primam opinionem, tertiam, aut sextam veritati consentaneam arbitretur, nullum scio. Secundæ opinionis præcipuus auctor est Hippol. de quo illud est notandum, diuum Hieron. non omnia probare, quæ ab eo scripta sunt: & Nicephorum testari scripta eius reprehensione non caruisse. Profectò in oratione de consummatione mundi, & Antichristo, duo cauenda habet, in quibus peculiarem, & alienam ab Ecclesiastica doctrina opinionem tuetur: vnum est, Ioannem Euangelistam quasi minimè mortuum, cum duobus prophetis Enoch, & Elia venturum ad prędicandum verbum Dei temporibus Antichristi. Alterum est, Antichristum non futurum verum hominem; sed corpus tantum phantasticum ostentaturum, contra diui Pauli sententiam vocantis illum hominem peccati, filiumque perditionis.

Quædam in Hippolyto cauenda.

32. Quod ad primum attinet, non est solidum aliquod fundamentum, quo hæc opinio nitatur; & beatum Ioannem obijsse mortem asserit Ecclesia: ipse etiam Ioannes sub finem Euangelij sui, errorem illum, quod videlicet moriturus non esset, exclusit, ac sustulit: quod verò cum Elia, & Enoch aduersus Antichristum venturus sit, ab ipso Ioanne refellitur, dum Apoc. 11. ca. non nisi duos fore secundi aduentus Christi præcursores, & testes apertè demonstrat: quid ergo tertius additur? Nec opus est dicere Ioannem in fine mundi venturum, vt contra Antichristum pro lege Euangelica testetur, sicut Elias ex lege veteri, & Enochus ex lege naturali: nam tempore Antichristi viuent multi legis Euangelicæ cultores, qui Antichristo se opponent. Multi quartam opinionem tuentur; nec reijcienda est Quintæ vt probabiliori propter Sanctum Thomam, adhæremus, quam nullus refutauit.

Ioan. 21. *Apoc. 11.*

Reliqua, quæ de Sancto Ioanne Apostolo reperiuntur.

Caput 74.

Turo. Greg. Turon. lib. 1. de gloria Martyrum ca. 30. auctor est, in cuiusdam montis vrbi Ephesinæ proximi cacumine, quatuor sine tecto parietes sua etiam memoria extitisse, intra quos ille semper populi peccatis Deum placare solitus esset; quin etiam cum ad Euangelium scribendum eum delegisset locum, & illum petisse vt nullus eo è cœlo imber, quoad opus institutum absoluisset, descenderet; & miraculū illud ad suam etiam ætatem perseuerasse scribit. Habet idem Pet. de Natalibus Episc. Aquilinus lib. 4. catal. sanct. ca. 134.

Nat.

August. 2. Diuus August. tract. 124. in Ioannem commemorat ætate sua famam constantem fuisse, in sepulcro Ioannis Apostoli terram sensim scaturire, & quasi ebullire solitam: quod qnamobrem fiat, non audet certum aliquid pronunciare.

Peregrinatio ad Ioannis sepulcrum. 3. Inter religiosas orientales peregrinationes percelebris erat Ephesina, visitandi gratia sepulcrum Ioannis Apostoli; cum præsertim certa quadam traditione exploratum haberetur, illic apud eundem Apostolum Dei genitricem Mariam aliquando permansisse: de quâ re est egregium testimonium synodi Ephesinæ in epist. synodali ad clerum Constantinopolitanum, quæ inter acta eiusdem Concilij extat. De eadem peregrinatione Ephesum ad Sanctum Ioannem Apostolum mentio habetur in Prato spirituali ca. 180.

Nyssen. 4. Greg. Nyssenus in vita Sancti Greg. Thaumaturgi, narrat quomodo Ioannes Euangelista, cum beata Maria Virgine ei apparuerit, eumque docuerit.

Metaphr. 5. Metaph. in vita Sancti Ioannis Chrysostomi, diuinum ei Ioannem Euange-

Euangelistam bis apparuisse, ipsique adeò concessam scripturarum intelligentiam nunciasse testatur, & vitæ finem adesse.

6. Eundem Sanctum Ioannem Euangelistam Theodosio pugnanti presto fuisse cum S. Philippo, & pro eo pugnasse, victoriamque promissam dedisse, & ad pugnam redintegrandam animasse habet Theod. l. 5. hi. c. 24. *Theod.*

7. In Prato spirituali. ca. 66. habetur visio ostensa Cyriaco Anachoretæ de libris Nestorij, in qua Ioannes Euangelista, cum Maria Virgine, & Ioanne Baptista apparuit. Ioannes apparet contra libros Nestorij.

8. De tunica Ioannis Apostoli Romam allata, & miraculis illustrata, agit Ioannes Diaconus lib. 3. vitæ sancti Greg. Papæ. ca. 58. & 59. Eam enim acceperat idem pontifex à Ioanne quodam Abbate, vt indicant eius litteræ ad eundem Ioannem lib. 2. registri indictione 11. epist. 3. cap. 42. De Ioannis Apostoli tunica. *Diac. Greg.*

9. Niceph. lib. 10. hist. ca. 33. dicit sub Iuliano Euangelium Ioannis in specu sub templi Hierosolymitani fundamentis inuentum: quod sanè libenter crederem, si fide antiquorum auctorum fulciretur. *Niceph.*

10. Oecumenius, & Euthymius Euangelium Ioannis in 18. capita, seu titulos distribuunt: Ammonius, & Euseb. in cap. 232. diuidunt: Nostri verò, in 21. ca. distinguunt. Euangelij Ioannis partitio.

11. Alredus abbas in vita Sancti Eduardi regis, apud Surium, Ian. 5: Sanctus Eduardus nulli petenti in nomine Sancti Ioannis Euangelistæ aliquid denegabat: hunc enim post Apostolorum principem arctius diligebat. Vnde contigit quod quidam peregrinus absente Camerario, in nomine Sancti Ioannis Euangelistæ, importunè à Rege eleemosynam postularet. Cui Rex preciosum annulum, cum nil aliud in promptu haberet, dedit. Accidit posthæc duos Anglicos ad adorandum Saluatoris sepulcrum Hierosolymam proficisci. Qui die quadam à publica strata declinantes, deuia quæque sectati sunt; & sole ruente, nox obscura adducta est. Et cum nescirent, quid agerent, quò se verterent; apparuit eis senex quidam venerandus, qui eos ad ciuitatem reduxit. Susceptis autem hospitio, mensa paratur; lautissimeque refecti dant membra quieti. *Alr.* Eduardi erga Ioannem Apostolū amor.

12. Mane autem facto egressis illis de ciuitate ait senex: Viri fratres cum summa prosperitate vos repatriaturos non dubitetis: quoniam prosperum iter faciet vobis Deus; & ego ob amorem Regis vestri in omni via firmabo super vos oculos meos. Ego enim sum Apostolus Christi Ioannes, qui Regem vestrum ob meritū castitatis summa dilectione complector. Hunc ergo annulum, quem mihi in habitu peregrino apparenti tribuit, reportate; denunciantes ei obitus sui diem instare: quem infra sex menses visitans visitabo, vt mecum sequatur agnum quocumque ierit. His dictis disparuit. Regis castitas Ioanni chara.

Sancti Ioannis Euangelistæ priuilegia, & prærogatiua.

Capvt 75.

1. Ioannes rerũ gestarum ordinẽ seruat.

IN PRIMIS ipse solus inter Euangelistas rerum gestarum ordinem vbique seruat. Ordine enim omnia narrare voluit, & maximè vtitur dictiunculis ordinem, & tempus significantibus. Vt c. 33. explicatur.

2. Ioannis in Euangelio scribendo consilium.

2. Deinde motiua, rationes, causas, & occasiones duas, aut tres scripti à Diuo Ioanne Apostolo Euangelij, quibus alij Euangelistę moti non sunt, Patres referunt, vt ca. 26. 28. 30. & 37. dictum est.

3. Finis Euangelij Ioannis. Ioannes plura de diuinitate Christi habet.

3. Tertium cum ipsius diuinitatis verbi cognitio finis sit Euangelij secundum Ioannem; plura ipse de Christi diuinitate, quam reliqui dicit, & explicat, vt ca. 26. & 28. videre licet: alij enim potissimum ea pertractant quæ ad humanitatem Christi pertinent.

4. Ioannes Theologus dicitur.

4. Quartum, Theologi appellationem apud veteres obtinuit, vt cap. 28. ostensum est.

5. Ioannes magis agit de Christi doctrina quã factis.

5. Quintum Ioannes magis agit de Christi sermonibus, & disputationibus sublimibus, quam de factis, & miraculis: secus verò cæteri Euangelistæ. Ioanni siquidem in scribendo Euangelio consilium fuit non tam acta Christi, & miracula, quam diuina eius dogmata, & salutarem prædicationem mundo aperire, quemadmodum 28. cap. habetur.

August.

6. Vnde sic ait August. lib. 2. de cons. ca. 45: Ioannes multum à tribus alijs Euangelistis eo distat; quia magis in sermonibus, quos Dominus habuit, immoratur; quam in factis, quæ mirabiliter fecit, sermonum Domini alta consectans. Idem habet ca. 48. & lib. 1. c. 5. & præfat. in Euangelium Ioannis. Et lib. 4. de cons. ca. 10: Sicut aquila, inquit, in his, quæ Christus sublimius locutus est, immoratur, nec in terram quodammodo, nisi rarò descendit. hæc ibi August.

Nazia.

7. Naz. verò in carmine de Christi miraculis secundum Ioannem, sic habet:

Ioannes Christi miracula pauca recenset;
At quæ diuino mortalibus edidit ore,
Plurima verba refert.

Itaque Ioanni familiare, & proprium est Christi sermones enarrare.

8. Tamen non semper omnes, & integras Domini conciones, & sententias, vt ab eo pronunciatæ sunt; sed quæ præcipua, & maximè ad rem facere videbantur, descripsit, & velut in epilogum redegit, vt in ijs Christus agnosceretur. Hinc interdum videre licet in eis connectendis, & copulandis

landis difficultatem, vt prima facie sibi non cohærere videantur, quæ re vera multum consona, & cohærentia sunt. 6. Ioannes magis est contemplatiuus.

9. Sextum, Ioannes in Euangelio suo magis nos informat in vita contemplatiua: alij tres Euangelistæ potius in actiua, & magis sunt morales. Id etiam ex cap. 28. clarum est.

10. Septimum, Ioannes plura de charitate habet, quam alij: vbique gratiam, & dilectionem loquitur: multus est, prolixus, exactus, ac frequens in Dei erga homines charitate explicanda quod ex ipsius Euangelio manifestum est. Vnde Aug. lib. 4. de cons. ca. 10: Hoc ipsum, ait, Euangelium Ioannis, quam multo amplius erigit ad cōtemplationem veritatis, tanto multo amplius præcipit de ducedine charitatis. De hoc etiam ca. 28. 7. Ioannes plura de charitate habet. *August.*

11. Octauum, in Euangelij laudibus, non solum ob res, quas tractat; sed etiam in sermonis magnitudine, & sententiarum grauitate, Ioannes primas obtinet. Vide c. 5. 24. 28. Cur à nonnullis dictus sit barbarus habet Cyril. sub finem lib. 8. cont. Iulianum. 8. Ioannis sermo qualis. *Cyril.*

12. Nonum, Ioannis Euangelium Platonici valdè mirati sunt, vt cap. 24. probatur. 9. Ioannis Euangelium Platonici mirantur.

13. Decimum, Ioannes per aquilam designatur, vt ex cap. 26. & 28. intelligi potest. 10. Ioannem aquila designat.

14. Vndecimum, Ioannis Euangelium noui testamenti meritò principium est: non quod prius scriptum fuerit, quam reliqua; aut quod in bibliorum editione ante alia collocetur: sed primò, quia est prius dignitate, & secundum processum, & ordinem rerum, quæ narrantur. Incipit enim loqui de verbo, quoad processionem æternam; & consequenter de ijs loquitur, quæ verbum circa creaturas operatum est. Alij autem Euangelistæ non insistunt circa mysterium Trinitatis: sed ea solum explicant, quæ Christus in assumpta humanitate operatus est. Secundò, quia sicut vetus testamentum incipit hoc modo: *In principio*: ita etiam Ioannis Euangelium. Eo autem nouum veteri est excellentius, & difficilius, quod vetus in principio de mundi creatione agat: nouum autem de æterna generatione eius, qui mundum creauit. 11. Quomodo Ioannis Euangelium noui testamenti sit initium.

15. Duodecimum, Ioannes aliter longè, quam alij Euangelistæ, suum Euangelium incipit, & alium in eo ordinem, ac dispositionem narrationum seruat, vt cap. 33. demonstratur. 12. Alium ordinem, quã alij Ioannes seruat.

16. Decimum tertium Hebraismis, seu hebraicis phrasibus Ioannes maximè omnium Euangelistarum delectatur, & abundat. Ad hoc fortasse Chrysost. respexit ho. 1. in Ioannem, dicens Græcos sæpenumero nominum asperitatem derisisse; & nostra tanto clariora apparere, quanto magis nostra gens barbara illis videtur; & gentili ornatu, & cultu abstinet. 13. Ioannes hebraismis abundat. *Chrysost.*

17. Decimum quartum Magna vis posita est in coniunctionibus illatiuis, causalibus, continuatiuis, cæterisque eiusmodi particulis Euangelij secundum Ioannem, adeò vt vna quandoque talis dictiuncula integrum propositionis sensum contineat, & ostendat. 14. Vis magna in coniunctionibus. 15. Ioannes scripsit vltimus.

18. Deci-

18. Decimum quintum; Ioannes postremus omnium scripsit Euangelium. Sed hoc cap. 32. disputatum est.

19. Decimum sextum. Terrifica, dum Ioannes scripturus esset Euangelium, acciderunt. Indictumque fuit cum oratione ieiunium, vt cap. 32. annotauimus.

16. Terrifica, ieiunium, oratio.

20. Decimum septimum. Ioannes tonitrui filius est, & dicitur Mar. 3. de quo plura cap. 42. dispos. Euang. hist.

17. Tonitrui filius.

21. Decimum octauum. Ioannes Apostolus, & Euangelista tenens in manu calicem pingi consueuit, non solum propter illud Christi verbum: *Calicem meum bibetis*, Mat. 20. & ob illud miraculum, quo venenum absque damno sumpsit, & bibens letiferum haustum, non solum euasit periculum, sed eodem prostratos poculo in vitæ statum reparauit; de qua re cap. 66. egimus; quodque Albertus Castellanus in sacerdotali Romano habeat benedictionem vini contra venenum in festo sancti Ioannis Euangelistæ vsitatam: verum etiam ratione sui Euangelij. Habet enim in manu sua calicem, sed vini meri, cum dicit: *In principio erat Verbum* &c. quia ibi puram Christi diuinitatem affirmat. Erat tamen plenus mixto, dum vnione humanitatis cum deitate asseruit, dicens: *Verbum caro factum est* &c. adeò vt Christianos inebriet vino, in quo non est luxuria, sed quod germinare facit virgines.

18. Cur Ioãnes in manu calicem habeat.
1. Ratio.
2. Ratio.
Mat. 20.
3 Ratio.
4. Ratio.

22. Decimum nonum. Initium Euangelij Ioannis de collo suspensum gestari etiam à veteribus consueuit, vt cap. 24. diximus.

19.

23. Vigesimum. Initium Euangelij Ioannis in fine Missarum recitari solet, sicut cap. 24. explicauimus.

20.

24. Vigesimum primum. Scripsit etiam Apocalypsim, & epistolas tres canonicas, vt superius cap. 71. & 62. notatum est.

21. Scripsit Apocalypsim, & epistolas.

25. Vigesimum secundum. Maiorem donorum prærogatiuam, quam alij Apostoli, & discipuli Ioannes accepit. Sic enim Rupertus ait in 1. cap. Apoc: Beatus Ioannes, sic inter duodecim Apostolos creuit, & auctus est, quomodo inter duodecim Patriarchas ille verè secundum nomen suum filius accrescens beatus Ioseph. quo modo enim ille duplicia accepit, dicente patre; *Do tibi partem vnam extra fratres tuos*, Sichimam significans, siue Sichem, quæ in Euangelio dicitur Sichar: sic iste dilectus discipulus, extra fratres suos Apostolos cæteros, dono diligentis Domini Iesu, partem vnam egregiam accepit, non solum, vt qui erat Apostolus, Euangelista quoque fieret, tamque diuinum Euangelium scriberet: verum etiam tantam, tamq; mirabilem reuelationem scripturæ traderet. Scientia etiam omnes superauit, vt ca. 28. explicatur.

22. Maiora dona accepit.
Ruper.

26. Vigesimum tertium. Ioannes præ alijs dilectus à Christo fuit, & præcipuè amatus. De quo ca. 69.

23. Ioannes magis dilectus.

27. Vigesimum quartum. Ioannes fuit specialis Mariæ filius. Christus enim è cruce matri suæ dicens; *Mulier ecce filius tuus*; suo dicto id effecit, vt Ioannes filius Mariæ fieret; non quidem naturalis, vt Christus;

24. Ioannes Mariæ filius.

neque

neque solum adoptiuus, vt nos; sed inter hæc medius; verè tamen filius. Magnum sanè quod Ioannes meruerit eam habere matrem, quæ Dei mater esse digna fuit. sic Ioannes Osor. ser. de Sancto Ioanne Euangelista. Et Ludouic. Granat. conc. 3. de eodem Sancto Ioanne. *Osor. Ludou.*

28. Vigesimum quintum. Ioannes Euangelista imberbis, & iuuenis pingitur, etiam apud Romanos, apud quos tamen illius gentis more Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Frãciscus, & alij sancti cum barbis cernuntur. Igitur picturæ huius quærendæ, & dandæ sunt rationes. Aptè, mea quidem sententia, prudenter, & accõmodatè Ioannes pingitur iuuenis, & imberbis, primò propter ætatem, quia tempore cœnæ Domini vltimæ adolescens erat. Deinde ob virginitatem, quam perpetuò coluit, & seruauit. Tertiò, ad proponendum iuuenibus exemplum, vt instar Sancti Ioannis florem suæ iuuentutis Christo consecrare, seque ipsos ex tunc diuinis obsequijs dedere studeant. 25. Cur Ioannes pingatur iuuenis. 1. Ratio. 2. Ratio. 3. Ratio.

29. Vigesimum sextum. Tota Ioannis vita fuit admodum singularis. Oleum feruens, exilium, recreatio cum perdice, miracula, & alia, de quibus paulo superius, id significant. 26.

30. Vigesimum septimum. Ioannis mors admodum fuit specialis, vtpote sine morbo, & dolore, sicut paulo ante testatum fecimus. 27.

31. Vigesimum octauum. Ad gloriam & corporis, & animæ Ioannes resurrexit, vt ex antegressis probabile est. 28.

32. Vigesimum nonum. Ioannes primus, seu præcipuus Martyrum est, vt explicat Osorius. 29.

33. Trigesimum. Ioannes est summus patriarcha, secundum Osorium. 30.

34. Hæc dicenda putaui, vt quales, quantique fuerint Euangelistæ, quorum explanationem sumus aggressi, appareat; & ne illos ipsos quibuscum loquimur, & quorum sumus interpretes, ignoremus.

FINIS.



AVTHORVM NON SACRORVM, QVI CITANTVR IN HOC OPERE, NOMINA.

ABDIAS.
Ado Treuirensis Episcopus.
Adrianus Finus.
Albertus Magnus.
Alcuinus.
Aldhelmus Occidentalium Saxonum Episcopus.
Alexander Monachus.
Alphanus Salernitanus Episcopus.
Alredus Abbas.
Ambrosius Mediolan. Archiepisc.
Ammianus.
Ammonius Alexandrinus.
Anacletus Papa.
Anastasius Nicenus Episco.
Anastasius Papa.
Anastasius Synaita Antioch. Patriarcha.
Andreas Cæsareæ Cappadociæ Episcopus.
Andreas Cretensis Episcopus.
Anselmus.
Antiochus Monachus.
Apollonius.
Aretas Cæsareensis Episc.
Aristoteles.
Athanasius Alexand. Patriarcha.
Augustinus Hipponensis Episco.

B

Basilius Cæsareæ Cappado. Episc.
Beda Monachus, Presbyt.
Bernardus Clarqual. Abbas primus.
Breuiarium Toletanum.

C

Cæsarius, Nazianzeni Frater.
Caietanus.
Cantipratanus.
Cassianus.
Catharinus.
Chrysostomus Constantinopolit. Archiepisco.
Claudius de Rota.
Clemens Alexandrinus.
Clemens Romanus Papa.
Cœlestinus Papa.
Cyprianus Carthaginensis Episco.
Cyrillus Alexandrinus Patriarcha.
Cyrillus Ierosolymitanus Episcop.

D

Damascenus.
Damasus Papa.
Dionysius Areopagita.
Dorotheus.

E

Eckius.
Egesippus.
Elias Cretensis.
Epiphanius Cypri Episco.
Eucherius Lugdunensis Episc.
Euodius.
Eusebius Cæsareensis Episc.
Eusebius Emissenus Episcopus.
Eustachius Presbyter.
Euthymius.

F

Ferrarius.

Floren-



CAPITVM
HVIVS OPERIS SERIES, SEV CAPITVM HVIVS LIBRI ARGVMENTA.

Cap.

INDEX LOCORUM PRÆCIPUORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, QUI IN HOC OPERE CUM ALIQUA EXPLANATIONE CITANTUR.

Cap. 17. v. 26. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. c. 16. v. 1.

Cap. 32. v. 11. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. c. 26. v. 24. & 31.

Ex lib. Iudicum.

IVdic. cap. 14. v. 14. & 18. De forti egressa est dulcedo. Et, Quid fortius leone. c. 29. v. 20.

Ex libris Regum.

1. REg. 2. v. 8. Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. c. 36. v. 7.

2. Reg. 1. v. 23. Aquilis velociores. c. 26. v. 29.

2. Reg. 23. v. 2. Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam c. 3. v. 7.

4. Reg. 4. v. 27. Anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. c. 10. v. 3.

Ex lib. Tobiæ.

TOb. 6. v. 5. Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. c. 59. v. 9.

Ex lib. Iob.

IOb. cap. 9. v. 25. & 26. Dies mei velociores fuerunt cursore. Pertransierunt sicut aquila volans ad escam. c. 26. v. 29.

Cap. 36. v. 22. Nullus ei similis in legislatoribus. c. 8. v. 2.

Cap. 39. v. 27. & 28. In arduis ponet nidum suum; in petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. c. 26. v. 30.

Cap. 39. v. 29. De longè oculi eius prospiciunt. c. 26. v. 28.

Cap. 39. v. 30. Vbicumque cadauer fuerit, statim adest aquila. c. 26. v. 29.

Ex Psalmis.

PSal. 2. v. 1. & 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, &c. c. 19. v. 13.

Psal. 7. v. 3. Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: si reddidi retribuentibus mihi mala. c. 22. v. 13.

Psal. 18. v. 8. Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. c. 5. v. 16.

Psal. 44. v. 2. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. c. 3. v. 7. 11. 12.

Psal. 44. v. 3. Diffusa est gratia in labijs tuis. c. 8. v. 5.

Psal. 61. v. 12. Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. c. 14. v. 12.

Psal. 67. v. 12. Dominus dabit verbum Euangelizantibus, virtute multa. ca. 18. v. 19.

Psal. 81. v. 1. Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat. c. 24. v. 14.

Psal. 81. v. 6. Ego dixi: Dij estis; &c. c. 18. v. 26.

Psal. 86. v. 1. Fundamenta eius in montibus sanctis. c. 36. v. 7.

Psal. 88. v. 35. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. c. 6. v. 3.

Psal. 92. v. 7. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. c. 5. v. 18.

Psal. 103. v. 18. Petra refugium herinacijs, c. 7. v. 12.

Psal. 109. v. 4. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. c. 28. v. 4.

Psal. 110. v. 9. Redemptionem misit populo suo: mandauit in æternum testamentum suum. c. 14. v. 7.

Psal. 118. v. 9. In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. c. 3. v. 15. & c. 7. v. 15.

Psal. 118. v. 85. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. c. 7. v. 6.

Psal 118. v. 103. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua; super mel ori meo! c. 7. v. 7.

Psal. 118. v. 105. Lucerna pedibus meis verbum suum, & lumen semitis meis. c. 17. v. 12.

Ex lib. Prouerbiorum.

PRou. cap. 14. v. 4. Vbi non sunt boues præsepe vacuum est: vbi autem apparent plurimæ segetes, ibi manifestata est fortitudo bouis. c. 26. v. 17.

Cap.

Cap. 30. v. 18. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. c. [illegible] 37.
Cap. 30. v. 30. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. c. 26. v. 20.

Ex Canticis. Can.

CAnt. cap. 2. v. 14. Columba mea in foraminibus petræ. c. 7. v. 12.
Cap. 2 v. 14. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. c. 18. v. 21.
Cap. 6. v. 11. Anima mea conturbata est propter quadrigas Aminadab. c. 36. v. 20.

Ex lib. Ecclesiastici.

ECclesf. cap. 6. v. 16. Amicus fidelis, medicamentum vitæ, & immortalitatis. c. 59. v. 8.
Cap. 38. v. 4. Altissimus creauit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. c. 59. v. 7.
Cap. 38. v. 26. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum. c. 68. v. 1.

Ex Isaia.

ISaiæ cap. 6. v. 2. & 3. Seraphim stabant super illud. &c. Et clamabant alter ad alterum. c. 5. v. 14.
Cap. 7. v. 9. secundum 70. Si non crediderītis, non intelligetis. c. 5. v. 1.
Cap. 8. v. 1. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: velociter spolia detrahe, citò prædare. c. 19. v. 26.
Cap. 9. v. 2. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. c. 15. v. 12.
Cap. 9. v. 6. Et vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, &c. c. 22. v. 2.
Cap. 10. v. 23. Consummationem enim, & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. c. 19. v. 28.
Cap. 11. v. 9. Repleta est terra scientia Domini. c. 25. v. 1.
Cap. 29. v. 11. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, &c. c. 17. v. 13.
Cap. 33. v. 22. Dominus legifer noster. c. 8. v. 2.
Cap. 35. v. 7. In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabant, orietur viror calami, & iunci. c. 19. v. 8. & 16.

Cap. 41. v. 22. Accedant, & nuncient nobis quæcunque ventura sunt: priora quæ fuerunt nunciate: & ponemus cor nostrum,, &c. c. 5. v. 10.
Cap. 42. v. 1. 2. 3. 4. Ecce seruus meus, suscipiam eum: &c. Non clamabit, neque accipiet personam, &c. c. 17. v. 3.
Cap. 52. v. 7. Quàm pulchri super montes pedes annunciantis, & prędicantis pacem annunciantis bonum c. 18. v. 12. & 19.

Ex Ieremia.

IErem. cap. 4. v. 13. Velociores aquilis equi illius. c. 27. v. 29.
Cap. 10. v. 10. Dominus autem Deus verus est. c. 4. v. 2.
Cap. 15. v. 19. Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris c. 3. v. 7.
Cap. 17. v. 5. Maledictus homo, qui confidit in homine. c. 26. v. 29.
Cap. 23. v. 29. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus. ca. 19. v. 28.
Cap. 31. v. 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo Domui Israël, & Domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum &c. c. 14. v. 6. & c. 18. v. 18. & c. 21. v. 2. & 3.
Cap. 42. v. 7. Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Ieremiam. c. 10. v. 3.
Cap. 48. v. 40. Ecce quasi aquila volabit. c. 26. v. 27.
Cap. 49. v. 22. Ecce quasi aquila ascendet, & auolabit c. 26. v. 27.

Ex Threnis.

THren. cap. 3. v. 30. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. c. 22. v. 13.
Cap. 4. v. 19. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli. c. 26. v. 9.

Ex Baruch.

BAr. cap. 2. v. 35. Et statuam illis testamētum alterum sempiternum. c. 14. v. 7.
Cap. 4. v. 4. Beati sumus Israel: quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis. c. 5. v. 10.

Ex Ezechiele.

EZech. cap. 1. v. 8. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies, & pennas per quatuor partes habebant. c. 27. v. 1.

Cap. 1. v. 9. Non reuertebantur cum incederent, vel ambularent. c. 14. v. 7.

Cap. 1. v. 10. Facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor. c. 32 v. 45.

Cap. 1. v. 12. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. c. 3. v. 1.

Cap. 1. v. 13. Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. c. 10. v. 7. & c. 19. v. 27.

Cap. 17. v. 3. Aquila grandis magnarum, alarum &c. venit ad libanum, & tulit medullam cedri. c. 26. v. 29.

Cap. 17. v. 23. Et erumpet in germen, & faciet fructum. c. 59. v. 8.

Cap. 20. v. 11. Et dedi eis præcepta non bona. c. 23. v. 8.

Cap. 36. v. 23. Et sanctificabo nomen meum magnum. & v. 25. Et effundam super vos aquam mundam, &c. c. 19. v. 25.

Ex Daniele.

DAniel. cap. 10. v. 2. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus. c. 10. v. 3.

Ex Ioele.

IOel. cap. 2. v. 28. Effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ. &c. c. 10. v. 3.

Ex Amos.

AMos cap. 3. v. 8. Leo rugiet, quis non timebit? c. 26. v. 22.

Ex Abdia.

ABdiæ v. 4. Si exaltatus fueris vt aquila. c. 26. v. 27.

Ex Michea.


MIcheæ cap. 2. v. 11. Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer. c. 3. v. 1.

Ex Habacuc.

HAbacuc. 1. v. 8. Volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. ca. 26. v. 29.

Ex Zacharia.

ZAch. 6. v. 5. Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, vt stent coram Dominatore omnis terræ c. 36. v. 29.



EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Euangelio S. Matthæi.

MAtth. 1. v. 23. Vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. c. 29. v. 10.

Cap. 2. v. 15. Ex Ægypto vocaui filium meum. c. 33. v. 1.

Cap. 2. v. 23. Quoniam Nazaræus vocabitur. c. 33. v. 1.

Cap. 3. v. 2. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. c. 22. v. 18.

Cap. 3. v. 12. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, &c. c. 18. v. 27.

Cap. 4. v. 16. Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. c. 15. v. 12.

Cap. 4. v. 23. Et circuibat IESVS totam Galilæam, docens in synagogis eorum, &c. c. 18. v. 7.

Cap. 5. v. 1. Videns autem IESVS turbas, ascendit in montem. c. 9. v. 2.

Cap. 5. v. 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. c. 5. v. 18.

Cap. 5. v. 17. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. c. 11. v. 6. & 8. c. 13. v. 5. & c. 23. v. 1.

Cap. 5. v. 18. Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. c. 6. v. 2.

Cap. 5. v. 20. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum, & Pharisæorum,

rum, non intrabites in regnum cœlorum. c. 15. v. 10.

Cap. 5. v. 21. Non occides. c. 11. v. 6.

Cap. 5. v. 22. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. c. 11. v. 3.

Cap. 5. v. 28. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. c. 11. v. 3. & c. 17. v. 6.

Cap. 5. v. 37. Sit autem sermo vester, est, est: non, non. c. 22. v. 15.

Cap. 5. v. 38. 39. 40. Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: &c. c. 22. v. 12.

Cap. 7. v. 12. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetæ c. 17. v. 5.

Cap. 8. v. 2. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum. c. 9. v. 1.

Cap. 9. v. 35. Et circuibat IESVS omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum. c. 18. v. 7.

Cap. 11. v. 4. & 5. Respondens IESVS ait illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, &c. c. 5. v. 19.

Cap. 11. v. 11. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. c. 10. v. 6.

Cap. 11. v. 12. Regnum cœlorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud. c. 22. v. 15.

Cap. 11. v. 13. Omnes enim prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. c. 13. v. 1.

Cap. 11. v. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam. c. 16. v. 5. & c. 17. v. 2. & c. 23. v. 7.

Cap. 11. v. 30. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. c. 17. v. 2. & 8.

Cap. 12. v. 36. Dico autem vobis, quia omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. c. 15. v. 3.

Cap. 12. v. 47. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te. c. 60. v. 10.

Cap. 13. v. 52. Scriba eruditus in regno Dei, similis est viro Patrifamilias proferenti de thesauro suo noua, & vetera. c. 11. v. 9.

Cap. 10. v. 19. Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. non enim vos estis qui loquimini &c. c. 3. v. 5. & c. 10. v. 3.

Cap. 16. v. 16. Tu es Christus, filius Dei viui. c. 30. v. 44.

Cap. 16. v. 17. Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. c. 3. v. 1.

Cap. 16. v. 18. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. c. 5. v. 17.

Cap. 16. v. 28. Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. c. 73. v. 1.

Cap. 17. v. 3. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. c. 3. v. 6.

Cap. 19. v. 8. Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. c. 15. v. 3.

Cap. 22. v. 32. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. c. 2. v. 4.

Cap. 22. v. 40. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. ca. 17. v. 5.

Cap. 23. v. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi. c. 18. v. 4.

Cap. 24. v. 14. Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. c. 14. v. 9.

Cap. 24. v. 31. Et congregabunt electos eius à quatuor ventis. c. 36. v. 4.

Cap. 24. v. 35. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. c. 6. v. 1.

Cap. 27. v. 8. Propter hoc vocatus est ager ille, haceldema, hoc est, ager sanguinis. c. 29. v. 10.

Cap. 27. v. 46. Clamauit IESVS voce magna, dicens: Eli, Eli, lammasabacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me. c. 29. v. 10.

Cap. 28. v. 19. Euntes ergo docete omnes gentes. c. 25. v. 1.

Cap. 28. v. 20. Ego enim vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. ca. 19. v. 18.

Ex Sancto Marco.

MAr. cap. 1. v. 14. Venit IESVS in Galilæam, prędicans Euangelium regni Dei cap. 18. v. 7.

Cap. 1. v. 3. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. c. 26. v. 22.

Cap. 5. v. 41. Talitha Cumi, quod est interpretatum: Puella (tibi dico) surge. c. 29. v. 13.

Cap. 8. v. 17. Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoscitis &c. c. 26. v. 22.

Cap. 8. v. 34. Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. c. 19. v. 4.

Cap. 9. v. 18. O generatio incredula, quãdiu apud vos ero? c. 26. v. 22.

Cap. 15. v. 38. Velum templi scissum est in duo, a summo vsque deorsum. c. 14. v. 3.

Cap. 16. v. 15. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. c. 18. v. 7. & 25. & c. 20. v. 1. & c. 25. v. 1.

Cap. 16. v. 20. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. c. 5. v. 11.

Ex Sancto Luca.

LVc. cap. 1. v. 1. Multi conati sunt ordinare narrationem, &c. c. 3. v. 11.

Cap. 1. v. 2. Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi &c. c. 3. v. 11. & c. 38. v. 6.

Cap. 1. v. 4. Vt cognoscas eorum verborũ, de quibus eruditus es, veritatem. ca. 30. v. 4.

Cap. 1. v. 5. Fuit in diebus Herodis, regis Iudææ, sacerdos quidam &c. c. 26. v. 11.

Cap. 1. v. 70. Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt, Prophetarum eius. c. 3. v. 7.

Cap. 3. v. 23. &c. Et ipse IESVS erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, &c. Deinde v. 38. Qui fuit Adam, qui fuit Dei. c. 26. v. 14.

Cap. 5. v. 21. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? ca. 37. v. 2.

Cap. 9. v. 36. Et dum fieret vox, inuentus est IESVS solus. c. 14. v. 5.

Cap. 10. v. 1. Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c. c. 60. v. 10.

Cap. 10. v. 12. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi ciuitati. c. 20. v. 3.

Cap. 10. v. 23. Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. c. 18. v. 21.

Cap. 10. v. 42. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. ca. 60. v. 10.

Cap. 11. v. 17. Omne enim regnum diuisũ aduersus sese desolatur. c. 27. v. 11.

Cap. 12. v. 11. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. c. 10. v. 3.

Cap. 16. v. 31. Si Moysen, & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. c. 15. v. 6.

Cap. 16. v. 16. Lex, & prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei Euangelizatur. c. 13. v. 2. & c. 14. v. 1.

Cap. 18. v. 22. Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus. c. 15. v. 10.

Cap. 21. v. 33. cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. ca. 14. v. 7.

Cap. 23. v. 43. Hodie mecum eris in paradiso. c. 68. v. 27.

Cap. 24. v. 18. Et respondens vnus, cui nomen Cleophas. c. 60. v. 11.

Cap. 24. v. 52. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno, c. 26. v. 11.

Cap. 24. v. 53. Et erant semper in templo, laudantes, & benedicentes Deum. c. 26. v. 12.

Ex Sancto Ioanne.

IOan. cap. 1. v. 1. In principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. c. 26. v. 24. & 26. & c. 32. v. 37.

Cap. 1. v. 7. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. c. 68. v. 17.

Cap. 1. v. 14. Et verbum caro factum est, &c. c. 33. v. 8.

Cap.

Cap. 1. v. 17. Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. c. 12. v. 2.

Cap. 1. v. 18. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. c. 8. v. 2.

Cap. 1. v. 29. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. c. 36. v. 9.

Cap. 1. v. 33. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto. c. 3. v. 12.

Cap. 3. v. 2. Scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. c. 5. v. 11.

Cap. 5. v. 36. Ego autem habeo testimoniũ maius Ioanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater &c. vt perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. ca. 5. v. 11.

Cap. 5. v. 39. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternã habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. c. 3. v. 15.

Cap. 6. ver. 32. Non moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. c. 35. v. 18.

Cap. 10. ver. 25. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. c. 5. 11.

Cap. 10. v. 34. Nonne scriptum est in lege vestra: quia Ego dixi, dij estis? c. 18. 26.

Cap. 10. ver. 34. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite. c. 5. v. 11.

Cap. 14. ver. 16. Ego sum via, & veritas, & vita. c. 4. v. 2.

Cap. 14. ver. 26. Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, &c. c. 3. v. 1. & 15.

Cap. 15. ver. 22. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. c. 22. v. 11.

Cap. 15. v. 24. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. c. 5. v. 11.

Cap 15. ver. 27 Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. c. 18. v. 6.

Cap. 16. ver. 13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. c. 3. v. 1.

Cap. 16. ver 33. Confidite, ego vici mundum. c. 16. v 5.

Cap. 19. ver. 17. Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum, hebraicè autem Golgotha. c 29. v. 9.

Cap. 19. ver. 35. Et qui vidit testimonium perhibuit. c. 3. v. 11.

Cap. 20. ver. 31. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia IESVS est Christus filius Dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. c. 3. v. 15. & c. 7. v. 16. & c. 28. v. 37. & c. 30. v. 3. & c. 33. v. 17.

Cap. 21. ver. 22. Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te. c. 69. v. 23. & c. 73. v. 1. & 32.

Cap. 21. v. 25. Sunt autem & alia multa, quæ fecit IESVS: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. c. 5. v. 11.

Ex Actis Apostolorum.

ACt. cap. 1. v. 8. Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. c. 25. v. 1.

Cap 1. v. 16. Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda. c. 3. v. 7. & c. 6. v. 2.

Cap. 2. v. 6. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. c. 10. v. 4.

Cap. 2. v. 17. Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, &c. c. 10. v. 3.

Cap 3. v 24 Et omnes prophetæ à Samuel, & deinceps, qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos. c, 18. v. 24.

Cap. 4. v. 27. Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, &c. c 19. v 13.

Cap. 7. v. 53. Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis. c. 8. v. 1.

Cap.

Cap. 9. v. 7. Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere c. 4. v. 13.

Cap. 10. v. 5. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus. c. 4. v. 13.

Cap. 10. v. 34. In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. c. 19. v. 25.

Cap. 10. v. 43. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. c. 18. v. 24.

Cap. 13. v. 38. Per hunc (IESVM) vobis remissio peccatorum annunciatur, & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. c. 19. v. 27.

Cap. 15. v. 1. Et quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres: Quia nisi circuncidamini &c. & v. 6. Conuenerunt que Apostoli &c. & v. 10. Nunc ergò quid tentatis Deum, imponere iugum &c. c. 14. v. 3.

Cap. 15. v. 6. Conuenerúntque Apostoli, & seniores videre de verbo hoc. c. 70. v. 18.

Cap. 15. v. 10. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus c. 17. v. 1.

Cap. 16. v. 8. Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem. & v. 10. Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam. &c. c. 61. v. 5.

Cap. 17. v. 18. Quidam autem Epicurei, & Stoici Philosophi disserebant cum eo, &c. c. 19. v. 2.

Ex Epist. ad Romanos.

CAp. 1. v. 1. Paulus, seruus IESV CHRISTI, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei. c. 18. v. 7.

Cap. 1 v. 2. Quod antè promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis. c. 18. v. 19.

Cap. 1. v 9. Cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius. c. 8. v. 11. & c. 18. v. 7.

Cap 1. v. 16. Non enim erubesco Euangelium. c. 18, v. 7. & c. 19. v. 27.

Cap. 1. v. 21. Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt &c. c. 19. v. 6.

Cap. 2. v. 29. Sed qui in abscondito, Iudæus est: &c. c. 15. v. 10.

Cap. 3. v. 4. Est autem Deus verax. c. 4. v. 2.

Cap. 3. ver. 20. 21. & 22. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est: &c. c. 11. v. 9. & c. 16. v. 4.

Cap. 3. v. 29. An Iudæorum Deus tantùm? nonne & Gentium? Immo & Gentium, quoniam quidem vnus est Deus, &c. c. 19. v. 25.

Cap. 3. v. 31. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus c. 11. v. 6.

Cap. 6. v 14. Non enim sub lege, sed sub gratia. c. 14. v. 3.

Ca. 7. v. 4. Mortificati estis legi per corpus Christi. c. 14. v. 3.

Cap. 4. v. 7. Peccatum non cognoui nisi per legem. c. 16. v. 4.

Cap. 8. v. 2. 3. 4. Lex enim spiritus vitæ in Christo IESV liberauit me à lege peccati, & mortis. Nam quod impossibile erat legi, &c. c. 23. v. 5.

Cap. 8. v. 15. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei c. 16. v. 3. & c. 21. v. 2.

Cap. 8. v. 16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei. c. 5. v. 9.

Cap. 8. v. 18 Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. c. 17. v. 7.

Cap. 8. v. 23. Nos ipsi primitias spiritus habentes. c. 10. v. 2.

Cap. 8. v. 26. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. c. 16. v. 5.

Cap. 10. v. 4. Finis enim legis, Christus, ad iustitiam omni credenti. c. 11. v. 1.

Cap 10. v. 18. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. c. 30 v. 5.

Cap. 13. v. 13. Non in comessationibus, & ebrietatibus, &c. c. 7. v. 2.

Cap. 15. v. 4. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt:

vt

vt per patientiam, & consolationē Scripturarum spem habeamus. c. 3. v. 15. & c. 7. v. 15.

Cap. 15. v. 19. Ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi. c. 18. v. 7.

Cap. 16. v. 25. Iuxta Euangelium meum. c. 18. v. 7.

Ex Epist. 1. ad Corinthios.

1. COr. cap. 1. v. 26. 27. 28. Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: &c. c. 5. v. 11.

Cap. 2. v. 1. 4. 5. Et ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Et prædicatio mea non in persuasibilibus &c. c. 5. v. 1.

Cap. 3. v. 2. Lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: ad huc enim carnales estis. c. 11. v. 2.

Cap. 3. v. 3. Cum enim sit inter vos zelus, & contentio: nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? c. 26. v. 19.

Cap 7. v. 12. Nam cæteris ego dico, non Dominus. c. 3. v 13.

Cap. 7. v. 29. Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: &c. c. 15. v. 5.

Cap. 10. v. 11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. c. 12. v. 1.

Cap. 12. v. 28. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores. c. 18. v. 4.

Cap 14. v. 2. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritu autem loquitur mysteria c. 53. v. 13.

Cap. 15. v. 1. Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium, quod prædicaui vobis, &c. c. 18. v. 7.

Cap. 15. v. 2. Per quod (*Euangelium*) & saluamini. c. 19. v. 17.

Cap. 15. v. 10. Gratia autem Dei sum id, quod sum. c. 69. v. 2.

Cap. 15. v. 11. Siue enim ego, siue illi: sic prædicamus, & sic credidistis. c. 18. v. 12 & c. 41. v. 3.

Ex Epist. 2. ad Corinthios.

2. COr. cap. 1. v. 19. Dei enim filius IESVS Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, & Siluanum, & Timotheum, non fuit est, & non, sed est in illo fuit. c. 4. v. 3.

Cap. 3. v. 2. & 3. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quod epistola estis Christi, &c. c. 21. v. 4. & 2.

Cap. 3. v. 6. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera, sed spiritu: &c. c. 10. v. 7. & c. 19. v. 27.

Cap. 3. v. 7. 8. 9. Quòd si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent &c. c. 16. v. 2. & c. 24. v. 2. & c. 32. v. 46.

Cap. 3. v. 11. Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. c. 14. v. 8.

Cap. 3. v. 13. Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam &c. ca. 12. v. 1.

Cap. 3. v. 14. 15. &c. Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem idipsum velamen &c. c. 12. v. 1.

Cap. 4. v. 7. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus. c. 5. v. 6.

Cap. 4. v. 17. Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. c. 17. v. 7.

Cap. 5. v. 17. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. c. 23. v. 7.

Cap. 5. v. 19. Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi. c. 36. v. 9.

Cap. 6. v. 4. &c. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, &c. c. 19. v. 4.

Cap. 8. v. 18. Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias: non solùm autem, sed & ordinatus est, &c. c. 61. v. 4. & 6.

Cap. 10. v. 4. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem &c. ca. 10. v. 7. & ca. 19. v. 27.

Cap. 11. v. 17. Quod loquor, non loquor

secundum Deum, sed quasi in insipientia. c. 3. v. 13.

Cap. 13. v. 3. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? c. 3. v. 7. & 11. & c. 5. v. 9.

Ex Epist. ad Galatas.

GAl. cap. 1. v. 6. In aliud Euangelium: quod non est aliud. c. 41. v. 2.

Cap. 1. v. 8. Sed licet nos, aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis &c. c. 2. v. 2. & c. 5. v. 8.

Cap. 1. v. 11. Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, &c. ca. 3. v. 1. & 11. & c. 4. v. 13.

Cap. 2. v. 1. & 2. Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem &c. c. 4. v. 13. & c. 70. v. 18.

Cap. 2. v. 21. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. ca. 23. v. 3.

Cap. 3. v. 10. Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea. c. v. 16 1.

Cap. 3 v. 19 Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est donec veniret semen cui promiserat, ordinata per Angelos &c. c. 8. v. 1. & c. 14 v. 2.

Cap. 3. v. 21 Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. c. 15 v. 15.

Cap. 3 v. 23. 24. 25. Prius autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex &c. c. 15. v. 15. & c. 11. v. 1.

Cap. 4. v. 1. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, &c. ca. 11. v. 1.

Cap. 4. v. 4. & 5. 7. At vbi venit plenitudo temporis, &c. vt eos, qui sub lege erant, redimeret, &c. Itaque iam non est seruus &c. c. 16. v. 3.

Cap. 4. v. 9. Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, &c. c. 23 v. 3.

Cap. 4. v. 22. &c. Quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. c. 21. v. 2.

Cap. 5 v. 1. & 2. State, & nolite iterum iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit. c. 14. v. 2.

Cap. 5. v. 13. Tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, &c. c. 18. v. 25.

Cap. 5. v. 24. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. c. 19. v. 4.

Ex Epist. ad Ephesios.

EPhes. ca. 1. v. 7. Secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis, in omni sapientia, & prudentia. ca. 10. v. 2.

Cap. 1 v 8. Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, &c. c. 10. v. 2.

Cap. 1. v. 13. Cùm audissetis verbum veritatis (Euangelium salutis vestræ) in quo, &c c. 4. v. 1.

Cap. 2 v. 4. &c. Deus autem. qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, &c. Gratia enim estis saluati per fidem. c. 18. v. 22.

Cap. 2. v. 15. Legem mandatorum decretis euacuans. c. 11. v. 3. & ca. 14. v. 3.

Cap. 3. v. 10. Vt innotescat principatibus, & potestatibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei. c. 10. v. 3.

Cap. 4. v. 17. &c. Hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt iam non ambuletis, sicut & Gentes &c. c. 19. v. 7.

Ex Epist. ad Philippenses.

PHilip. cap. 3. v. 3. &c. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo &c. c. 15 v. 10.

Ex Epist. ad Colossenses.

COl. cap. 2. v. 6 &c. Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominū, in ipso ambulate, radicati, &c. c. 15. v. 10.

Cap. 3. v. 1. Quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. ca. 24. v. 11.

Cap. 4. v. 14. Salutat vos Lucas medicus charissimus. c. 59. v. 5. & c. 61. v. 6.

Ex

Ex Epist. 1. ad Timotheum.

1. TImo. 1. v. 9. Lex iusto non est posita. c. 11. v. 3.

Cap. 1. v. 14. Superabundauit autem gratia Domini nostri, cum fide, & dilectione. c. 10. v. 2.

Ex Epist. 2. ad Timotheum.

1. TImo. ca. 1. v. 7. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, &c. c. 21. v. 2.

Cap. 2 v. 13. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. c. 4. v 2.

Cap. 3. v. 16. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum. c. 3. v. 7. & 15. & c. 7. v. 1.

Cap 4. v. 5. Opus fac Euangelistæ. ca. 63. v 13

Cap 4. v. 11. Lucas est mecum solus c. 61. v. 6.

Ex Epist. ad Titum.

AD Tit c. 1. v. 10. & 11. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores: &c. c. 30. v. 24.

Cap 3 v 4. Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, &c. c. 18. v. 22.

Ex Epist. ad Philemonem.

AD Philem. v. 23. & 24. Salutat te Epaphras &c. Demas, & Lucas, adiutores mei. c. 61. v. 6.

Ex Epist. ad Hebræos.

HEb. cap. 1. v. 1. Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, &c. c. 3. v. 2. & 7. & c. 8. v. 3. & c. 22. v. 6.

Cap. 1. v. 2. Nouissimè, diebus istis locutus est nobis in filio. c. 3. v. 6.

Cap. 2. v. 1 &c. Propterea abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus. &c. c. 8. v. 3.

Cap. 2. v. 3. & 4. Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? &c. contestante Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, &c. c. 5. v. 11.

Cap. 3. v. 3. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto &c. c. 8. v. 3.

Cap. 4. v. 12. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens &c. c. 5 v. 16.

Cap. 5. v. 11. &c. Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cùm deberetis magistri esse &c. c. 11. v. 10.

Cap. 6. v. 1. Ad perfectiora feramur, non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, c. 15. v 8.

Cap. 6. v. 18. Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum. c. 4. v. 2.

Cap. 7. v. 11. &c. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat &c. ca. 14. v. 1.

Cap. 7. v. 18. 19. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex: &c. c. 11. v. 10. & c. 15 v. 15.

Cap. 7. v. 22. In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. ca. 15. v. 2.

Cap. 8. v. 6. 7. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, &c. c. 15. v. 2. & c. 22. v. 1.

Cap. 8. v. 7. &c. Nam si illud prius culpa vacasset: non vtique secundi locus inquireretur. &c. c. 21. v. 3. & c. 23. v. 3.

Cap. 8 v. 13. Dicendo autem nouum: veterauit prius. Quod autem antiquatur, & senescit, prope interitum est. c. 14. v. 1.

Cap. 9. v. 1. &c. Habuit quidem & prius, iustificationes culturæ, &c. & v. 9. quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem. c. 15. v. 8. & c. 23. v. 3.

Cap. 9. v. 10. Et iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis. c. 14. v. 1. & c. 23. v. 3.

Cap. 9. v. 14. Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. c. 23. v. 3.

Cap. 10. v. 1. Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. c. 9. v. 2. & c. 12. v. 1. & c. 22. v. 18. & c. 18. v. 8.

Cap. 10. v. 5. 6. Ideò ingrediens mundum

dicit: Hostiam, & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi: &c. c. 23. v. 3.

Ex Epist. S. Iacobi.

IAc. cap. 2. v. 21. Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est. &c. c. 3. v. 15. & c. 7. v. 16.

Cap. 5. v. 10 Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientię, Prophetas; &c. c. 3. v. 15. c. 7. v. 16.

Ex Epist. 1. S. Petri.

1. PEt. 3. v. 6. Sicut Sara obediebat Abrahæ. c. 3. v. 15. &. c. 7. v. 16.

Ex Epist. 2. S. Petri.

2. PEt. 1. v. 14. Certus quòd velox est depositio tabernaculi mei, &c. c. 10. v. 3.

Cap. 1. v. 19. Et habemus firmiorem propheticum sermonem &c. c. 2. v. 2.

Cap 1. v. 21. Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. c. 3. v. 3. 7. & 15.

Cap. 3. v. 16. Quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. c. 5. v. 15.

Ex Epist. 1. S. Ioannis.

1. IOan. ca 1. v. 1. Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, &c. annunciamus vobis. c. 3. v. 11. & c. 38. v. 6.

Cap. 5. v. 10. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. c. 5. v. 9.

Ex Apocalypsi.

APoc. cap. 1. v. 9. Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo IESV, fui in insula, &c. c. 71. v. 9.

Cap. 4. v. 7. Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, &c. c. 26. v. 1.

Cap. 5. v. 1. Et vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus, & foris, signatum sigillis septem. c. 17. v. 13.

Cap. 5. v. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda. c. 26. v. 20.

Cap. 7. v. 1. Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ &c. c. 36. v. 4.

Cap. 9. v. 11. Latinè habens nomen Exterminans. c. 29. v. 13.

Cap. 11. v 3. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt &c. c. 73. v. 32.

Cap. 14. v. 3. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem. c. 18. v. 18.

Cap. 21. v. 5. Ecce noua facio omnia. c. 18. v. 18.

Cap. 22. v. 20. Dicit qui testimonium perhibet istorũ. Etiam venio citò. c. 73. v. 21.

FINIS.



INDEX RERVM MEMORABILIVM HOC OPERE EXPLICATARVM.

Primus numerus caput; secundus eiusdem capitis paragraphum indicat.

Euangelium.

Euangelium.

 mento

Iphigenia.

Irenæus.

Isaias.

Iuli-

Matthæus.

Merinthus.

Na-



FINIS.



SVMMA PRIVILEGII.

SErenissimorum Archiducum priuilegio cautum, ne quis Euangelicum apparatum R. Patris IOANNIS de la HAIE SERVII, Societatis IESV Presbyteri *per ipsorum Prouincias aut imprimat, aut alibi impressum vendat; nisi qui illud ex arbitrio Auctoris præstare possit. Vti latius Archiducales testantur litteræ datæ Bruxellæ* 21. Iulij. 1611.

Signat.

de Grunoldi.

EX potestate mihi facta à serenissimis Archiducibus nostris, tibi LAVRENTIO KELLAMO facultatem do prædictum librum typis euulgandi, liberâ mihi pro reliquis seruatâ priuilegii vi, & vsu.

Ioannes de la Haye Seruius.

ERRATA.

CAP. 2. parag. 6. lege, dicit eum, pro, dicit enim.
Cap. 4. parag. 11. lege, quia idem, pro, quia fidem.
Cap. 5. parag. 17. lege, damnatis, pro, damnantes.
Cap. 53. parag. 14. lege, hist. lib. 6. pro, lest. 6.
Cap. 55. parag. 1. lege, Anaclet. pag. epist. 3. pro, anaclet. pa. 3.
Cap. 68. parag. 10. lege, Quod, pro quando.
ibid. lege, & alia a Dei matre, pro alia omnia a Dei matre.